CORPVS
SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM
LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE

VINDOBONENSIS

VOL. XXXXVII.

Q. SEPT. FLORENT. TERTVLLIANI OPERA

EX RECENSIONE

AEMILII KROYMANN

PARS III.

VINDOBONAE
F. TEMPSKY

LIPSIAE
G. FREYTAG

MDCCCCVI.

QVINTI SEPTIMI FLORENTIS

TERTVLLIANI

OPERA

EX RECENSIONE

AEMILII KROYMANN

PARS III.

VINDOBONAE
F. TEMPSKY

LIPSIAE
G. FREYTAG

MDCCCCVI.

Typis expressit Rudolphus M. Rohrer, Brunae

PRAEFATIO.

Editionis huius ordinem ab Augusto Reifferscheid per tria uolumina ita dispositum, ut uolumen secundum et scripta codicis Agobardini in tomo primo non edita contineret et eos Tertulliani libros, quorum recensio nititur codicibus saeculo quinto decimo uetustioribus,[1] ne ultra modum incresceret huius uoluminis ambitus, ita censuit immutandum qui post Reifferscheidii mortem in uacuam eius prouinciam intrauit Georgius Wissowa Halensis, ut utrique illi secundi uoluminis parti suum daret fasciculum. e quibus cum ipse susciperet adornandum priorem, ut aliquanto celerius procederet opus post Reifferscheidii curas nimis diu interceptum, alterius ad me detulit Academiae Caesareae Vindobonensis auctoritate recensionem, quam inde ab aestate 1901 institutam et non sine munificentia Academiae per intercapedinem muneris publici peractam iamiam proponimus uiris doctis.

Continentur igitur in hoc uolumine ea Tertulliani opera, quae reperiuntur in duobus saeculi undecimi libris manuscriptis,[2] Montepessulano codice (*M*) et Paterniacensi (*P*), ad quos accedunt editiones princeps et tertia Beati Rhenani (*R*¹ et *R*³), Hirsaugiensibus scilicet libris manuscriptis et Gorziensi (*G*) superstructae hodie deperditis. in subsidium autem uocantur duo codices Itali, Florentini *N* et *F*, et pro libris *de patientia* et *de carnis resurrectione* editio quae uulgo

[1]) cf. uol. I praef. p. VI.

[2]) Quae in codice Paterniacensi exhibentur Tertulliani opera *de carne Christi, de praescriptione haereticorum, aduersus Iudaeos* non huic uolumini sed secundo erant inserenda, quia priora duo in Agobardino, postremum in Fuldensi quoque exstat codice.

uocatur Gangneiana (*B*), rectius autem dicenda Mesnartiana, in qua hic illic uel inter uerba uel in margine superest memoria optimi illius codicis libri Agobardini affinis, ex quo primum edidit Martinus Mesnart (a. 1545) nouem illos Tertulliani libros, qui nondum exstabant apud Rhenanum.[1]) ex his artis criticae subsidiis cum ad opus accessi, una praesto erat Montepessulani codicis collatio ab Augusto Reifferscheid qua solebat diligentia elaborata; reliquos libros omnes ego ipse excussi, editiones uero iam ab Oehlero collatas sed non ubique qua opus erat fide excussas denuo relegi, ei potissimum incumbens negotio, ut accuratius quam libuerat Oehlero distinguerem inter Rhenani primam et tertiam.

Ac de natura quidem et indole, de origine et cognatione totius huius recentioris lectionis memoriae, et manu scriptae et in editionibus Rhenani superstitis, cum uberius disputauerim in commentariolo meo Actis Acad. Caes. Vindobonensis inserto,[2]) iam breuius licebit colligere quae illic copiosius inuenies exposita et argumentis comprobata.

Archetypus omnium qui hodie supersunt saeculi et undecimi et quinti decimi codicum olim fuisse uidetur in bibliotheca coenobii Cluniacensis, exaratus in duobus uoluminibus, e quibus alterum teste illius bibliothecae uetere catalogo[3]) decem continebat Tertulliani scripta et *Apologeticum* eius, alterum septendecim. ad hunc archetypum temporum iniquitate deperditum sine ulla dubitatione ex nostris codicibus deducendi sunt Montepessulanus et Florentinus *N*.[4]) exprimere enim

[1]) cf. uol. I praef. p. IX sqq.

[2]) *Kritische Vorarbeiten für den dritten und vierten Band der neuen Tertullian-Ausgabe* tom. CXLIII. Vindobonae 1900.

[3]) cf. *Delisle, Inventaire des manuscrits de la bibliothèque nationale.*

[4]) Partem priorem codicis Florentini *N* ex ipso fluxisse Montepessulano docui *Kritische Vorarbeiten* p. 11 sqq. utrique autem adnumerandum esse codicem Gorziensem iam non superstitem, quem in tertia sua editione adornanda in usum uocauit Beatus Rhenanus, ibidem comprobatum reperies p. 8—9.

Montepessulanum uoluminum Cluniacensium alterum,[1]) Florentinum *N* utrumque inde liquet, quod ipsum eum, quem indicat uetus catalogus, continent librorum numerum. reperiuntur enim in Montepessulano et Florentini *N* parte priore decem libri Tertulliani et *Apologeticus,* in parte posteriore Florentini *N* septendecim, ita ut iste codex plenam et integram nobis uideatur praebere archetypi Cluniacensis imaginem. num ad eundem fontem redeant reliqui codices, Paterniacensis et quae perierunt uolumina Hirsaugiensia, quorum imaginem nobis hodie praebet Florentinus *F*,[2]) suo iure dubitauerit aliquis, quia in illis et liber *Apologeticus* omnino deest et alii libri alio exhibentur ordine, ut relucebit ex tabula infra apposita.[3]) sed *Apologeticum* librum omnino alienum esse ab

[1]) Quin Montepessulanus olim secundum habuerit uolumen meo quidem iudicio non potest dubitari. de hac re amplius infra p. XXII.

[2]) cf. *Kritische Vorarbeiten* p. 4—7.

[3])

Codex Florentinus *N* (saec. XV):	Codex Florentinus *F* (saec. XV):
De patientia	*De carne Christi*
De carne Christi	*De carnis resurrectione*
De carnis resurrectione	*De corona militis*
Aduersus Praxeam	*Ad martyras*
Aduersus Valentinianos	*De paenitentia*
Aduersus Marcionem libri V	*De uirginibus uelandis*
(Apologeticus)	*De habitu muliebri*
	De cultu feminarum
De fuga	*Ad uxorem libri II*
Ad Scapulam	*De persecutione (= de fuga)*
De corona militis	*Ad Scapulam*
Ad martyras	*De exhortatione castitatis*
De paenitentia	*De monogamia*
De uirginibus uelandis	*De pallio*
De habitu muliebri	
De cultu feminarum	*De patientia dei*
De exhortatione castitatis	*Aduersus Praxeam*
Ad uxorem libri II	*Aduersus Valentinianos*
De monogamia	*Aduersus Marcionem*
De pallio	*Aduersus Iudaeos*

hoc corpore Tertullianeo et ex ipsis ueteris catalogi uerbis[1]) apparet et ex Montepessulano codice; immutandi autem ordinis librorum quae fuerint causae, accuratius examinanti haud difficile erit suspicari. qui enim exarabat ex archetypo librum Paterniacensem, cum exemplar suum descripsisset usque ad librum *aduersus Valentinianos*, animaduertens ingentem ambitum operis insequentis (librorum quinque *aduersus Marcionem*), hos libros suo destinasse uidetur uolumini[2]) et pro illis ex altero archetypi uolumine substituisse eos quatuor libros antihaereticos, qui etiam pro rerum argumentis coniungendi erant cum reliquis antihaereticis, quos modo descripserat. eadem autem hac ratione cogendi in unum libros antihaereticos (in archetypo Cluniacensi, ut docet Florentinus *N*, miserrime disiectos) ductus esse uidetur qui Hirsaugienses scripsit libros, qua quidem in re, ut magis adaequaret duorum uoluminum ambitum, libros *de carne Christi* et *de carnis resurrectione*

Contra Iudaeos	*Aduersus omnes haereses*
Aduersus omnes haereticos	*De praescriptionibus haereticorum*
De praescriptione haereticorum	*Aduersus Hermogenem*
Aduersus Hermogenem	
Codex Montepessulanus (saec. XI):	Codex Paterniacensis (saec. XI):
De patientia	*De patientia*
De carne Christi	*De uera carne domini (= de carne Christi)*
De carnis resurrectione	*De carnis resurrectione*
Aduersus Praxeam	*Aduersus Praxeam*
Aduersus Valentinianos	*Aduersus Valentinianos*
Aduersus Marcionem libri V	*Aduersus Iudaeos*
(Apologeticus)	*Aduersus omnes haereses*
	De praescriptione haereticorum
	Aduersus Hermogenem.

[1]) Legitur enim in catalogo: *continet decem libros Tertulliani et apologeticum eius* et in Montepessulano addidit hunc librum manus alia recentior.

[2]) In tria igitur uolumina disposuisse uidetur opera Tertulliani, ex quibus unum ad nos peruenit. num perfecerit quod sibi proposuerat, non potest dici.

— et ipsos quidem antihaereticos — in partem priorem transponere coactus esse uidetur.[1] ipsorum igitur uoluminum Cluniacensium et dispari ambitu et librorum in illis ordine non ubique apto inductos esse crediderim librarios illos, ut discederent ab ordine tradito. quem ordinem, in uniuersum pro rerum argumentis[2] digestum, cum nusquam uideam turbatum nisi in partis prioris libro primo et in posterioris partis quatuor ultimis, persuadere mihi uix possum hunc esse illum ordinem quem instituerit is, qui totum hoc corpus collegit; multo uerisimilius mihi uidetur ordinem ab initio institutum siue casu siue consulto aliquando esse immutatum, quod ita factum esse putauerim, ut ex archetypo librorum Cluniacensium, in uno exarato uolumine permagno et incipiente a libro *de fuga*, post librum *de pallio* auulsi fuerint ei libri, quos nunc habemus in Montepessulano et in codicis Florentini *N* priore parte. hos enim si rursus illuc inserueris, habebis reuera corpus Tertullianeum pro librorum argumentis apte dispositum neque quicquam desiderabis in ordine scriptorum.

Hoc corpus ab interitu uindicasse de proximo ut uidetur imminente haud paruum est meritum coenobii Cluniacensis et eorum coenobiorum, quae aut ab illo traxerunt originem aut arte illi adhaerebant, Trecense[3]) dico et Paterniacense Transiuranum et Gorziense et Hirsaugiense. unde autem allatus sit bibliothecae Cluniacensi grandis iste thesaurus, cuius ante ueterem catalogum parcissima est memoria[4]), qua regione,

[1]) Cur in parte priore dirempti sint libri *de persecutione* et *ad Scapulam* a reliquis duobus, qui ad causam persecutionum pertinent Christianorum (*de corona militis, ad martyras*), non uideo.

[2]) Ita in parte prima coniuncta est librorum antihaereticorum pars maior; in secunda primum habemus quatuor libros ad persecutionem Christianorum pertinentes, deinde quatuor, qui de disciplina ecclesiastica, denique tres, qui de castitate Christiana agunt.

[3]) Ex Trecensi coenobio ortum esse codicem Montepessulanum docent uerba margini inferiori folii primi inscripta: *Ex libris collegii oratorii Trecensis.*

[4]) Semel tantum thesauri huius in ueteribus catalogis factam inuenimus memoriam. legimus enim in uetere catalogo bibliothecae Lauris-

quo saeculo, a quo uiro sit congestus, dubito, num unquam quisquam sit indagaturus. id quidem pro certo potest affirmari, ei, qui laudabile hoc negotium suscepit, notitiam fuisse nullam neque illius corporis Tertullianei, quod congestum habemus in codice Agobardi, episcopi Lugdunensis, neque minoris illius, ex quo instruxerunt editiones suas Martinus Mesnart et Sigismundus Gelenius. dubitari enim nequit, quin, si nouisset illa, aut omnes qui in illis corporibus exstabant libri Tertulliani in suum corpus fuerit recepturus aut nullum; e quibus neutrum uidemus factum. Gallicanae autem ecclesiae nos debere haec tria corpora, etsi pro certo haberi non potest, eatenus persuasum habebimus, dum certis rationibus demonstrabitur aliunde ea in Galliam translata esse. ceterum in Italia ea orta esse equidem haud facile crediderim. illic enim Gelasii pontificis decretum tantum ualuisse iam cognitum habemus, ut prorsus omnis illic deleta sit Tertulliani memoria. cunctos enim qui in bibliothecis Italis asseruantur codices Tertulliani deriuatos esse ex duobus illis Florentinis *N* et *F* e Germania et Gallia saeculo quinto decimo eo apportatis nuper docuimus.[1])

Ad iudicandam autem corporis Cluniacensis indolem ac naturam summi fore momenti cum persuasum haberem, si cognoscerem, quae ratio intercederet inter Agobardini lectionis memoriam et saeculi undecimi codicum, in commentariolo meo supra nominato (p. 16—34) duos hos Tertullianeae memoriae testes inter se comparaui, in examen uocatis libri *de carne Christi* capitibus I—XI,[2]) quem librum solum in utroque cor-

heimensis saeculi X (*Becker, Catalogi antiqui* 37, 320 et 321; 385 et 386. *cf. Mai, Spic. Rom.* V 186): *Libri Tertulliani presbyteri: de patientia lib. I, de carnis resurrectione lib. I, adu. Marcionem lib. V, de carne Christi lib. I in uno codice.* deinde: *liber Tertulliani presbyteri; item alius liber Tertulliani.* denique: *item libri Tertulliani.* dubitari uix potest, quin haec sint corporis nostri membra disiecta; sed certius de hac re iudicare exile catalogi dicendi genus uetat.

[1]) cf. commentariolum meum *Die Tertullian-Überlieferung in Italien* in Act. Acad. Vind. tom. CXXXVIII. Vindobonae 1898.

[2]) Mutilus est in codice Agobardino hic liber.

pore traditum habemus. quamquam non maiorem nobis suppetere comparationis materiam magnopere dolendum est, id tamen singulorum locorum castigatione demonstrasse mihi uideor, prae antiquiore memoria omnibus fere in locis contemnendam esse recentiorem, traxisse autem illam hunc morbum non tam ex incuria librariorum quam ex libidine quadam audacissima corrigendi, quae nec ab immutatione uerborum abhorruerit nec ab omissione nec ab interpolatione. haec textus temeraria recensio utrum eodem modo per totum corpus sit adhibita an in aliquibus tantum libris, certis argumentis propterea probare non possumus, quia ubique destituti sumus Agobardini libri auxilio; tamen neminem, qui interpretandis huius uoluminis libris impertiuerit laborem, dubitaturum esse puto, quin in omnibus passim deprehendantur correctorum manus, exceptis fortasse libris *aduersus Hermogenem* et *aduersus Valentinianos*, quorum tam misera est condicio, ut a quoquam eos correctos esse haud facile credas. ac medelarum illarum magnam quidem partem omnino nos fugituram nemo non uidebit qui examinauerit comparationem a me institutam; ita enim plerumque sunt adhibitae, ut, nisi genuinae memoriae praesto sit testis, nullo modo possint cognosci, in quibus numero imprimis eas, quae ad syntaxin pertinent.[1]) crebro accidet, ut qui stili Tertullianei satis sit peritus non dubitet, quin correctoris manu immutata sint uerba auctoris, neque uero praeter probabilitatem quicquam mutare audeat. multo sane facilius continget, ut interpretatorum inepta additamenta inuestigemus, etsi et hac in re, non suppetente scilicet antiquiore memoria, nutabit saepius iudicium. quae cum ita sint, sapienti cuique erit certum in huius uoluminis scriptis restituendae uerae Tertulliani librorum faciei non parem fore artem criticam, nisi forte casu aliquando donetur nobis codex non correctus.

Ceterum Agobardinum si omittimus, non omni antiquioris

[1]) Exempli gratia *cum* causale in Agobardino haud raro cum indicatiuo coniunctum in codicibus saeculi XI fere nusquam inuenies ita usurpatum.

lectionis memoria destituti sumus, unde qualis sit condicio corporis Cluniacensis iudicare liceat. haud contemnendum enim ad hanc rem subsidium nobis confert editio Martini Mesnart anno 1545 Lutetiae impressa, quam falso Ioanni Gangneio adscribi ex acrosticho intellegitur titulo huius editionis affixo.[1]) is enim uir doctus in edendis duobus huius uoluminis scriptis — *de patientia* scilicet et *de carnis resurrectione* — in usum uocauit duos alios libros manuscriptos, e quibus alterum, — ad librum *de patientia* adhibitum — qui fuerit et unde acceperit ignoramus,[2]) alterum nouimus[3]). maxime autem dolendum est, quod non, ut debuit, hos codices pro fundamento posuit in recensendis illis Tertulliani libris, sed satis habuit

[1]) *Multum dies haec ipsa (lector candide*
Ardensque lector) commodi tibi attulit
Rursusque dico commodi multum attulit.
Tertullianum tandem tibi habes integrum
Ipsumque cunctis expiatum sordibus:
Non dico ego authorem sed authoris opera
Viris disertis habita summo in pondere
Subtili ad unguem Cypriano cognita,
Magnoque magna ex parte lapsa tempore
Et consepulta nunc reuiuiscunt tibi.
Si legeris, mirabere. poteris interim
Notasse, quantum caeteris theographis
Antestet et sententiis et floribus
Rerumque uarietate quam gratissima.
Tu fruere lector munere, et faustus uale.

[2]) Inerat olim liber *de patientia* teste indiculo etiam in codice Agobardino neque incredibile mihi uidetur ex parte reuulsa superstites fuisse Mesnarti temporibus aliquas lacinias.

[3]) Est ille codex, Masburensis libri a Sigismundo Gelenio usurpati maxime affinis, ex quo desumpsit nouem illa scripta, quae non inerant in Rhenani codicibus: *de testimonio animae, de anima, de spectaculis, de baptismo, scorpiace, de idololatria, de pudicitia, de ieiunio aduersus psychicos, de oratione.* fuisse autem in hoc codice etiam alios tres libros, in quibus edendis codice Masburensi se usum esse testatur Sigismundus Gelenius — *de carnis resurrectione* dico et *de praescriptione haereticorum* et *de monogamia* — docui in dissertatione mea *Quaestiones Tertullianeae criticae* (Oeniponte 1894) p. 7—9.

uariantes eorum scripturas uel inter uerba recipere uel margini adscribere. qua quidem in re cum uerisimile non sit illum ea qua nos solemus cura ac diligentia esse usum,[1]) multum abest, ut plenam et integram habeamus codicum illorum imaginem. et sic tamen ex eis, quae in *B* et *Bmg* inueniuntur a textu Rhenaniano diuersa, comprobatur quod supra tulimus de corporis Cluniacensis recensione iudicium, mendorum scilicet magnam partem non incuriae librariorum sed correctorum curis adscribendam esse. quoties autem uerborum iacturam uel singulorum uel plurium passa sit recentior memoria inde cognoscas, quod in solo libro *de patientia* sexies in *B* comparent quae in reliquis codicibus prorsus interierunt, in his magnum illud in capite tertio decimo lemma, quod ab interitu uindicasse non paruum est meritum editionis Mesnartianae. haec autem uerborum amissio cum eodem modo etiam in libro *de carnis resurrectione* passim occurrat, quid de reliquorum librorum integritate iudicandum sit, simul absolutum est. — Sigismundum uero Gelenium, qui ipse quoque in edendo libro *de carnis resurrectione* adhibuisse se testatur codicem suum Masburensem, Mesnartiani libri maxime affinem si non eundem, dignum non esse cui fidem habeamus, indicanti scilicet nusquam quid codici quid ingenio suo debeat, et alibi docuimus[2]) et in ipsa huius libri recensione satis superque inuenimus comprobatum. uenditasse enim illum ingenii sui inuenta pro codicis lectionibus non fugiet eum qui comparauerit ubique *B* cum Gelenio. multo difficilius mihi uidetur de eo codice

[1]) Mala fide eum rettulisse de eis quae in codicibus suis inuenerat non habeo quod suspicer. immo laudandus mihi uidetur, quod ea quae apud Rhenanum omnino uidebat deesse uncinis appositis notauit, sicut et in libro *de pudicitia* quae in codice suo euanuerant spatiis uacuis relictis diligenter et accurate indicauit. id solum ei uitio uerti potest, quod plus aequo fidem habuisse uidetur Rhenani auctoritati, non suo codici superstruens nouam editionem sed illius curis. certe segregandus est ut a persona Ioannis Gangnei ita et a iudicio, quod de hoc uiro docto tulit Carolus Schenkl (*Poetae Christiani minores* uol. I 337 sqq. et 437 sqq.).

[2]) cf. *Quaest. Tert.* p. 8.

iudicium ferre, ex quo ad eundem illum librum *de carnis resurrectione* adnotasse se dicit uarias lectiones Iacobus Pamelius, Ioannis Clementis Angli dico librum (*C*). quem codicem etsi haud parui momenti esse concedo in recensendis duobus illis scriptis, quae nusquam nisi apud Mesnartium et Gelenium comparent, — *de pudicitia* dico et *de ieiunio aduersus psychicos* — cum haud pauca illic seruauerit quae in *B* et *Gel* interciderunt, pro reliquis scriptis in deterioris notae subsidiis numerandum esse iudico. minime autem sequi eum uolui in libro *de carnis resurrectione.* nam etsi et hic non desunt loci, ubi illum probare reliquos reprobare par sit, dubitari nequit, quin et coniecturis et interpolationibus sit deprauatus, imprimis ubi scripturae loci afferuntur.

Haec quoniam disputauimus, ut quale iudicium feramus pateat de tota illa memoria, quam debemus coenobio Cluniacensi, iam de ipsis manuscriptis et superstitibus et deperditis quae in hoc uolumine adhibendo scienda sunt paucis adumbrabimus.

Primum sine dubio inter critica huius uoluminis subsidia obtinet locum codex Montepessulanus 54 (*M*), quem etsi non ipse contuli tamen meis oculis inspicere non neglexi. est liber formae oblongae patens in altitudinem centimetra triginta sex, in latitudinem undetriginta, membranaceus, saeculi XI ut mihi uidetur ineuntis, ducenta quinquaginta quatuor continens folia[1]) et exaratus in binis columnis, quarum singulae undetriginta habent uersus. est elegantissime scriptus et eadem ubique cura et diligentia, ut omnium quos ego uidi codicum Tertulliani longe sit nitidissimus. in primo folio uerso ab eadem manu, quae codicem ipsum exarauit, praepositus est hic titulus: ISTI LIBRI IN HOC CODICE CONTINENTVR: DE PACIENTIA LIB̄ I DE CARNE XP̄I LIB̄ I DE CARNIS RESVRRECTIONE LIB I ADVERSVS PRAXEAM LIB̄ I

[1]) A manu recenti columnis praepositi sunt numeri. errat autem qui id fecit 1116 dinumerans columnas, cum in numerando a columna 899 non ad 900 transeat, sed ad 1000.

ADVERSVS VALENTINIANOS LIB̄ I ADVERSVS MARCIONĒ LIB̄. V, tum ab alia manu recentiore additum est: *Post sex superiorıs adpositus est elegantissimus liber Apologeticus de ignorantia dei in Christo iesu qui perhibetur.* usque in finem libri quinti *aduersus Marcionem* ab eadem manu exaratus est; qui postea ab alia manu additus est liber *Apologeticus* meo quidem iudicio a saeculi duodecimi manu scriptus est. prioris partis librarius quae in describendo peccauerat non ita raro secundum exemplar suum correxit (*m. 1*), plerumque supra uersum adnotans ueriorem scripturam, interdum etiam in margine uel in spatio inter duas columnas relicto. praeter hanc ipsius librarii manum etiam alia hic illic comparet (*m. 2*) non multo recentior, quae et supra uersum emendauit errata manus prioris et (multo saepius) in margine addidit quae inter uerba desiderabantur. has autem lacunas iam in archetypo codicis *M* fuisse inde apparet, quod eaedem etiam in Paterniacensi reperiuntur codice. sumpsit igitur haec corrector ille ex alio codice, siue ex Hirsaugiensibus libris siue ex libro illorum affini, cum nusquam additum uideamus quod non compareat in codice Florentino *F* et editione Rhenani. comparent denique in margine Montepessulani uel inter uerba signa quaedam (∴ siue //) a manu recentissima eis locis apposita, qui aut aliquanto obscuriores sunt aut sine dubio corrupti, quae adnotare consulto neglexi.[1]) prouenit autem hic codex, ut supra diximus, ex coenobio Trecensi.

Codicis Montepessulani maxime affinis est Paterniacensis 439 (*P*), membranaceus et ipse quoque saeculi XI, sed exeuntis ut uidetur, qui hodie cum libris Beati Rhenani in bibliotheca Seletstadiensi asseruatur. est, ut Montepessulanus, oblongae formae in altitudinem patens centimetra duodetriginta semis, in latitudinem uiginti, centum quadraginta quatuor continens folia.[2]) utrum ab una an a pluribus exaratus sit manibus

[1]) Adnotaui autem ubi haec manus delet quae in *M* per errorem bis scripta sunt (*m. 3*).

[2]) Praeter eos quos supra nominaui libros Tertulliani inueniuntur in

equidem dicere non audeam, cum hic illic diuersitas quaedam scripturae deprehendatur, quae tamen non ea est, ut non interuallis quibusdam ab eadem manu omnia scripta esse credas. multo neglegentius exaratus est quam Montepessulanus et a librario ipso multis locis correctus, plerumque secundum exemplar sed interdum etiam ex coniectura.[1]) emendauit autem praeterea hunc codicem ex libris Hirsaugiensibus primus editor Beatus Rhenanus, supplens ex illis quae in Paterniacensi uidebat omissa et uarias eorum lectiones uel supra uersus uel in margine adnotans.[2]) ita instructum codicem ipsum Frobenio typis describendum commodauit, quam ob rem ad uerbum fere concordat cum illo Rhenani prima. artiore autem affinitatis uinculo cohaerere hunc librum cum Montepessulano quam cum Hirsaugiensibus, etsi ad eundem fontem eos omnes redire certum est, cum ex magno corruptelarum numero librorum *MP* communium tum ex lacunarum earundem haud paruo numero satis liquet, quas in Hirsaugiensibus non fuisse et Rhenanus testis est et codex Florentinus *F*.[3]) ceterum quanta neglegentia descriptus est Paterniacensis liber — passim enim hiat lacunis ubi Montepessulanus est integer — tanta etiam corrigendi exemplaris nec non interpolandi audacia.[4]) corri-

hoc codice a manu alia recentiore scripta *uita S. Simeonis monachi qui stetit super columnam* et narratio de Dareo incipiens: *antiquas per historias dum quaererem.*

[1]) Ubi id factum est, in apparatu adnotaui *corr. m. 1* siue *corr. libr. ipse;* duobus uel tribus locis animaduerti aliam manum (*m. 2*) et ipsam antiquam.

[2]) Coniecturas suas, ipsas quoque in margine notatas, ab Hirsaugiensium lectionibus ita distinxit Rhenanus, ut his *alias* illis *fort.* praescriberet. ceterum in margine primae editionis hic illic leguntur quae in Paterniacensi non compareant; haec igitur inter imprimendum a Rhenano addita sunt.

[3]) cf. exempli gratia p. 8, 20. 13, 21. 28, 22. 41, 10. 90, 25. 116, 2.

[4]) Ex suo ipsius arbitrio librarium codicis Paterniacensis exemplar suum correxisse multis locis persuasum habeo, ubi Paterniacensem contra Montepessulani et Hirsaugiensium consensum facere uideo, ut p. 2, 17. 3, 11. 6, 12 et 19 (ubique uel supplendo uel emendando restituit uerum).

gentem autem exemplar suum librarium cum et uerum haud raro restituisse animaduertam, etiam eis locis, ubi in Paterniacensi aliqua inueniuntur quae nec in Montepessulano nec in Florentino *F* et Rhenani prima comparent,[1]) nescio an coniectanti librario debeantur.

De libris Hirsaugiensibus,[2]) e quibus anno 1521 Beatus Rhenanus ea Tertulliani opera edidit, quae in Paterniacensi

7, 7 et 18. 10, 9 (interpolauit *est*). 14, 4. 35, 24. 36, 23. 50, 21 (locus emendatus). 59, 8 (interpolauit *dicens*). 61, 27. 63, 23 (consulto omisisse uidetur *die*). 65, 11. 26. 27 (recte suppleuit *ut*). 67, 18. 29 (propter primariam corruptelam *facultatem* [*B* recte *facultatum*] falso rescripsit *carnis* pro *carnibus*). 69, 4 (falso coniecit m. 1 *quasi* pro *quia*). 70, 11 (suppleuit ex scripturae loco *nouum*). 70, 15 (*eorum* pro *illorum*). 71, 3 (remouit iniuria accusatiuum graecum). 71, 5 (bis uerum restituit). 72, 4 (falso post *quia* indicatiuum restituit pro coniunctiuo). 73, 3. 75, 5. 17 (interpolauit *hominis*). 85, 25. 86, 8 (correxit hunc locum secundum similem locum 59, 14). 98, 12 (consulto correxit *sed* in *quod*, sed falso). 102, 25. 109, 17. 110, 17 (audacter et falso pro *facta*[*m*] rescripsit *uiuentem*). 188, 9 (interpolauit uocem *parere*). sufficere puto haec exempla ad comprobandum quod supra tuli iudicium.

[1]) Velut in memorabili illo loco p. 9, 22, ubi uocabulum *moras*, sine dubio necessarium et aptum, nec in *M* nec in *RF* comparet.

[2]) Hos et Paterniacensem librum quomodo nactus sit enarrat in praefatione Rhenanus: '*Prosequebamur anno superiori eximium illum ciuilis prudentiae et optimarum litterarum antistitem Vdalricum Zasium, cum sodalitatis litterariae salutandae gratia Seletstadium uenisset, Colmariam usque, quo cum uenissemus insignem illum bonorum studiorum fautorem Dn. Iacobum Zimmermanum, illic Decanum, adiuimus. In cuius bibliotheca libris exquisitissimis instructa, forte uetustum quendam codicem arripui, quem is ex Paterniaco Transiurano coenobio* (Peterlingen) *commodum attulerat. Hunc cum me uideret auidius euoluere, pro suo candore permisit, ut mecum auferrem. — Deinde cum paulo post agerem Argentorati intellexissemque Thomam Rappium ad Thermas Hercinias quas uulgus Syluestres appellat proficisci uelle, rogaui hominem, ut Hirsaugiense coenobium quod illinc non multum abest adiret. Is negotium id lubens suscepit. atque — audi fortunam — uixdum biduum fuerat in Thermis, cum Reuerendus Abbas Hirsaugiensis .... illuc quoque lotum uenit. Quae res effecit, ut facilius impetraret quod uolebat. Itaque Tertulliani libros secum attulit, quos ab illo paulo post Basileae agens accepi non minori gaudio, quam si gemmas mihi misisset.*'

non exstabant,[1]) rectius nunc quam antea iudicare licet, quia Rhenani prima (*R*[1]) comparata cum Florentino *F* ueram in uniuersum et integram nobis permittit restituere illorum imaginem. ubiubi enim prima Rhenani cum codice *F* facit Hirsaugiensem nos habere certum est, ubi uero *F* cum *M*(*PN*) facit contra *R*[1], Rhenani coniecturam agnoscendam esse non minus liquet.[2]) ceterum qua aetate fuerint conscripta uolumina Hirsaugiensia, quia tacet Rhenanus, scire non possumus, quamquam inde, quod ille ubiubi praesto erat Paterniacensis illum pro fundamento posuit, iure fortasse concludas Rhenanum hunc codicem antiquiorem iudicasse libris Hirsaugiensibus et ob eam rem fide digniorem. quantum autem deperditis libris in uerbis auctoris constituendis adiudicandum sit auctoritatis et quo uinculo coniuncti fuerint cum Montepessulano et Paterniacensi, firmioribus iam positis fundamentis dici posse existimo. ac primum quidem id hac nostra recensione palam factum est non tantum intercedere inter Hirsaugienses et reliquos, quantum intercedere uidebatur quamdiu non satis distinctae erant editiones Rhenanianae; maiorem enim numerum discrepantiarum, quae in tertia Rhenani reperiuntur, non Hirsaugiensibus sed coniectanti Rhenano deberi iam potest cognosci. ueriorem tamen archetypi imaginem praebere codicem Montepessulanum quam Hirsaugienses uix fugiet quemquam, qui locos discrepantes perlustrauerit. sicut enim in immutandis quorundam

[1]) Sunt hi libri: *de corona militis, ad martyras, de paenitentia, de uirginibus uelandis, de habitu muliebri, ad uxorem, de persecutione, ad Scapulam, de exhortatione castitatis, de monogamia, de pallio, aduersus Marcionem.*

[2]) Arti emendandi multo etiam magis studuit Rhenanus in editione secunda a. 1528 emissa, in qua adornanda nulla adhibuit noua codicum subsidia, maxime autem in tertia, quae prodiit a. 1539 (*R*[3]), non solum Gorziensis libri quam interea acceperat collatione sed etiam ipsius coniecturis permultis locis emendata. propterea, cum eas quas postmodum probauit medelas etiam in tertiam receperit, secundae editionis rationem nullam censuimus habendam, eo accuratius autem distinximus inter primam et tertiam, ut tandem aliquando cognosci possit, quid codicibus quid ingenio suo debeat Rhenanus.

uocabulorum formis, quae grammaticorum regulis obstrepere uidebantur, satis audacem fuisse Hirsaugiensium librarium iam prius animaduertimus,[1]) ita et ab interpolationibus quamuis paruulis non prorsus eum abstinuisse concedendum est.[2]) tamen multum abest, ut Hirsaugiensibus possimus carere. haud paucis enim locis — etsi in ipsis quoque saepius interciderunt singula uocabula[3]) — ex illis suppleri possunt quae in Montepessulano et Paterniacensi omnino desiderantur;[4]) quin immo non desunt loci, ubi Hirsaugienses integros, Montepessulanum ceterosque interpolatos esse iudicandum sit, ut loco memorabili p. 303, 15 (cf. etiam p. 46, 6). quae cum ita sint, id certum est Hirsaugienses non esse descriptos ex eodem exemplari ex quo Montepessulanum et Paterniacensem; ad eundem tamen fontem omnes tres redire cum absolutum sit, superest, ut Montepessulanum et Paterniacensem propter lacunas communes secundo gradu distare censeamus ab archetypo Cluniacensi, de Hirsaugiensibus autem, utrum ex ipso archetypo an ex apographo eius fluxerint, in suspenso relinquamus iudicium. ceterum de hac re certius iudicare liceret, nisi libri Hirsaugienses, a Rhenano cum Paterniacensi in prela Frobeniana commissi, prorsus interiissent; tunc enim cognosci posset, quantum mutauerit in illis manus correctoris, cuius mentionem facit Rhenanus in margine editionis suae (cf. huius uoluminis

[1]) cf. *Krit. Vorarb.* p. 10. ad quae exempla adiungo haec ex libris *aduersus Marcionem* collecta: *agnoscere* pro *adcognoscere* (464, 8 saepius), *multiplicatis* pro *multificatis* (ibidem), *pepercit* pro *parsit* (496, 27), *nent* pro *neunt* (519, 26), *suffodi* pro *suffodiri* (521, 16).

[2]) cf. in libris *adu. Marcionem* 304, 18 (*sit*). 324, 27 (*est*). 409, 26 (*est*). 421, 12 (*est*). 464, 21 (*dei alterius*). 521, 22 (*ut*). 554, 17 (*inquit*). 584, 1 (*erit*).

[3]) In libris *aduersus Marcionem* hoc quadragies fere factum est, cum duobus tantum locis (481, 14. 496, 20) tota membra interciderint.

[4]) In libris *aduersus Marcionem* sex locis tota membra omittit Montepessulanus (296, 22. 350, 20. 374, 6. 453, 22. 549, 12. 567, 7), cum singula uerba in eo aliquanto rarius (uicies fere) omissa uideamus, quam in Hirsaugiensibus.

p. 3, 2). fieri enim potest, ut et uariarum lectionum et interpolationum magna pars non codici sed correctori illi debeatur.

Nunc paucis etiam de quinti decimi saeculi libris manuscriptis, de Florentinis *F* et *N* et de eo codice, quem in adornanda tertia editione in usum uocauit Beatus Rhenanus, Gorziensem dico hodie deperditum, de quibus omnibus latius disputaui *Kritische Vorarbeiten* p. 4—13.

Asseruatur codex Florentinus *F* (Conuenti soppressi VI, 10) in bibliotheca Magliabechiana. est chartaceus (38 × 30), in duabus partibus exaratus, e quibus priorem secundum subscriptionem descripsit anno 1426 in coenobio Pforzhinensi frater Iohannes de Lautenbach, posteriorem ibidem eodemque anno[1]) frater Thomas de Lypha. fluxisse hunc codicem ex apographo Hirsaugiensium olim in coenobio Pforzhinensi asseruato nunc deperdito satis certis rationibus probasse mihi uideor.[2]) neglegentissime autem exaratum fuisse illud apographum ex ingenti et lacunarum et mendorum[3]) numero cognoscitur, quibus caruisse Hirsaugienses ex prima Rhenani editione scimus. quamuis autem malae sit notae, tamen non omnino contemnendum est eius auxilium. ubicumque enim pro fundamento posuit Rhenanus Paterniacensem in usum tantum adhibitis Hirsaugiensibus, cum nec accurate nec plene excussisse cognoscatur quos prae Paterniacensi neglexit codices, quantum nos adiuuet Florentinus *F* in restituendis libris deperditis facile intellegitur, nec semel inde suum redditum esse puto Tertulliano. in eis autem libris, quos ex solis Hirsaugiensibus edidit Rhenanus, sicut in hoc uolumine libros *aduersus Marcionem*, cum non adnotauerit ubique, ubi codices ubi iudicium suum

[1]) cf. *Die Tertullian-Überlieferung in Italien* p. 13.

[2]) *Kritische Vorarbeiten* p. 6—7.

[3]) Quam feci huius codicis collationem plenam et integram non expressi nisi ad librum *de patientia*, ut qualis eius sit condicio inde possit cognosci; ceterum, ne inutili et molesta abundantia oneraretur apparatus criticus, in notandis uariis eius lectionibus parcior quam profusior esse malui, imprimis in quarto et quinto *aduersus Marcionem* libro, ubi et lacunas adnotare desii.

sit secutus, id nobis praestat auxilii codex *F*, ut iam liquido discernere liceat coniecturas Rhenani ab eis, quae debuit codicibus.

In eadem autem bibliotheca Magliabechiana asseruatur etiam alter codex Florentinus *N* (Conuenti soppressi VI, 9), ipse quoque chartaceus (39 × 32) et a duabus manibus in duabus partibus[1]) exaratus. atque priorem quidem huius codicis partem ex ipso Montepessulano descriptam esse, quippe in qua non solum prima sed et secunda Montepessulani manus correctrix compareret, cum prius pro explorato iam habuerim, hodie eadem fiducia non audeam asserere. potest enim hic Florentinus etiam Gorziensis libri esse apographum hodie deperditi, cuius collationibus in tertia sua usus est Beatus Rhenanus.[2]) sciri enim nequit, — quamquam tacet de hac re Rhenanus — num manus correctorum Montepessulani etiam in illo codice comparuerint, ut et hinc fluere potuerint in Florentinum. utut autem iudicandum est de horum codicum inter se affinitate, quin ad Montepessulanum redeant non potest dubitari, quam ob rem pro eis Tertulliani libris, quos et ille continet, prorsus sunt neglegendi.[3]) suboritur autem hoc loco quaestio, unde acceperint hi codices[4]) ea Tertulliani scripta, quae in Montepessulano non continentur. ac primum quidem

[1]) Dirimuntur hae partes, quarum utriusque in fine subscriptio comparet nulla, duobus foliis uacuis relictis.

[2]) Dicit in praefatione hanc collationem '*diligentia et dexteritate Huberti Custinei uiri cum pietate tum eruditione excellentis adiuuante Dominico Florentino sodali peractam esse cura clarissimi Iuris consulti D. Claudii Cantiunculae Ferdinandi Caesaris a consilio.*' uarias autem huius collationis lectiones exscripsit Rhenanus in adnotationibus suis singulis libris praefixis.

[3]) Attamen ad librum *de patientia* notaui omnes codicis *N* lectiones uarias, ut qualis sit possit cognosci. animaduertendum autem est satis audacter et non sine magna corrigendi temeritate depingere librarium exemplar suum, quippe qui nec a coniecturis nec ab immutationibus et interpolationibus abhorreat.

[4]) Totum corpus in Gorziensi exstitisse ex Rhenani adnotationibus liquet.

in eis opusculis, quae in Paterniacensi exstant, in Montepessulano non comparent, codices *NG* in uniuersum contra Hirsaugienses cum Paterniacensi facere uidemus, ex quo tamen in his partibus eos fluxisse ne credamus lacunae impediunt solius Paterniacensis propriae. eandem autem rationem intercedere inter *GN* et Hirsaugienses in eis scriptis, quae ex solis Hirsaugiensibus edidit Rhenanus, uoluminis quarti apparatus criticus docebit. absolutum igitur cum sit nec ex Hirsaugiensibus nec ex Paterniacensi illa scripta desumpta esse, uerisimillimum mihi uidetur, quod iam antea suspicatus eram,[1]) habuisse olim Montepessulanum etiam alterum uolumen reliqua continens corporis Cluniacensis opuscula nunc deperditum et superesse huius uoluminis memoriam, quamquam deprauatam nec integram, in solo hodie codice Florentino *N* (et in collationibus Gorziensis), unde apparet, quanti nobis futurus sit in quarti uoluminis libris recensendis hic quem nemo usque adhuc excussit liber manuscriptus.

Haec de codicum fundamentis, quibus nititur huius uoluminis recensio. infirma ea esse et fallacia cum post primum omnes deinceps cognouissent editores, pro sui quisque ingenii facultatibus emendando auctori nauauerunt operam, e quibus quid quisque praestiterit nunc paucis erit adumbrandum. palma sine dubio adiudicanda est Beati Rhenani admirabili ingenio, qui postquam anno 1521 primam editionem emisit prae temporis angustiis, ut ipse profitetur, plus aequo maturatam, per uiginti fere annos et interpretando et emendando auctori tam strenuam tamque indefessam adhibuit industriam, ut in sequentibus duabus editionibus annis 1528 et 1539 emissis et emendatior semper et adnotationibus plenior prodiret Tertullianus. cui quantum profuerit singulare eius ingenii acumen ac iudicii sobrietas prima quaeque huius uoluminis pagina melius docebit quam uerbosissima nostra laudatio. quam feliciter autem exerceat emendandi artem, testes sunt imprimis libri *aduersus Hermogenem* et *aduersus Valentinianos*, quos ex codicibus

[1]) *Kritische Vorarbeiten* p. 13.

tanta corruptelarum multitudine deprauatis ita edere, ut non modo possint legi sed ut et emendationum maior pars ab omnibus qui sequebantur editoribus sit probata, haud mediocris sane critici ingenii est testimonium. et mutasse quidem illum haud raro uerba auctoris, ubi nos ex melius iam perspecto sermone Tertullianeo mutandi necessitatem agnoscere non possumus, id ei crimini uertere obtrectatoris magis quam iusti iudicis esse putauerim. magis sane in ea re mihi uituperandus uidetur Rhenanus, quod permultis locis, ubi praeter codicum auctoritatem quid ausus est mutare, in adnotationibus singulis libris praefixis id commemorare neglexit. inde enim posteriores omnes — neque enim Rigaltium hic excipio neque Oehlerum — in eum inciderunt errorem, ut Rhenani coniecturas pro codicum memoria acciperent et mendis male a Rhenano emendatis suam superstruerent emendationem. nam inde a Martino Mesnart omnes pro fundamento posuerunt tertiam Rhenani, prima eius aut omnino neglecta aut non ea qua opus erat diligentia inspecta, Mesnartius quidem et Gelenius ita, ut ubicumque noua codicum subsidia adhibere non poterant, tertiam Rhenani repetere satis habuerint nulla adhibita sua cura. ac Mesnartio quidem id certe laudi dandum est, quod quaecumque debuit codicibus a se primum in auxilium uocatis uncinis includenda curauit et ubi contra Rhenani auctoritatem suos codices sequi ausus non est, uarias eorum lectiones in margine adnotauit. sed cum in his libris edendis hic illic etiam suas coniecturas uel margini adscripsisse uel inter uerba recepisse eum satis compertum sit,[1] haud facile incumbit editori negotium, ut ubi id factum sit ubi non, ex singulorum locorum ratione cognoscat. Mesnartianae editioni suam superstruxit Sigismundus Gelenius, qui etsi haud paucos Tertulliani locos splendidissimis emendauit medelis, meo quidem iudicio plus obfuit Tertulliano quam profuit. neglecta enim ea, quam

[1]) Saepissime id factum esse in eis libris, quos primus edidit Mesnartius ex suo 'codice uetustissimo' recte animaduerterunt Klussmannus et Reifferscheidius.

adhibentem animaduertimus Mesnartium in notandis codicum lectionibus cura nusquam omnino significauit, quid ex codicis sui fide quid ex coniectura nouauerit, quod equidem magis consulto ab eo factum quam incuria omissum crediderim, scilicet ut eo maiorem strueret coniecturis suis fidem. ea certe est uariarum lectionum quae apud illum in libro *de carnis resurrectione* inueniuntur condicio, ut prae manu scriptorum testium fide omnes fere contemnendas duxerim et in emendando ubique a Mesnartio reliquisque procedere maluerim quam a Gelenio, qui quantum ingenio suo in immutandis sine causa auctorum uerbis indulserit aliunde quoque notum est, sicut ex Arnobio et Ammiano Marcellino. ceterum apud posteriores propter ipsam illam artem tacendi usque adeo inuenit fidem, ut neglecto Mesnartio et Rhenano ubique fere illum secuti sint, nisi quod aliquot locis de fide eius dubitauerunt Oehlerus et saepius etiam Reifferscheidius in primo huius editionis uolumine, quem tamen plus aequo illi confisum esse alibi docuimus.[1]) quod quidem seuerum de Gelenio iudicium cum comprobari nequeat nisi ex singulorum locorum castigatione, hic proferre tantum mihi liceat, comprobatione eius relicta epilegomenis aliquando edendis.

Quae post Gelenii curas anno 1562 prodiit noua Tertulliani editio a Iacobo Pamelio instructa saepiusque exinde repetita, etsi non tam emendando quam interpretando Tertulliano inseruiuit Rhenani adnotationibus indicibusque et correctis et auctis, non tamen nullis instructa erat nouis codicum subsidiis. praeter enim illum, quem supra nominaui codicem Ioannis Clementis Angli, qui qualis fuerit notae iam diximus, Vaticanos quosdam codices[2]) in usum se uocasse testatur, quos

[1]) *Quaest. Tert. criticae* in eis quas scripsi ad libros *de baptismo*, *de pudicitia*, *de ieiunio aduersus psychicos* animaduersionibus.

[2]) Vnum adhibuit ad libros *aduersus Iudaeos, de praescriptione haereticorum*, *aduersus omnes haereses*, *aduersus Hermogenem*, duos ad libros V *aduersus Marcionem*, tres ad reliquos omnes corporis Tertullianei libros.

tamen certius indicare neglexit. ex his fuisse unum codicem *N*, qui nunc Florentiae asseruatur, uel apographum eius, etsi hodie iam non inuenitur in bibliotheca Vaticana, satis liquet ex uariis lectionibus inde repetitis, quae ubique fere cum illo codice faciunt.[1]) reliqui omnes ex eorum numero erant, qui adhuc in Vaticana reperiuntur, descripti a me in commentariolo supra nominato[2]) et ad unum omnes reducti ad codicem Florentinum *F* siue ad apographum eius manu Nicolai de Nicolis exaratum. qui libri quod unde prodiissent et quanti essent aestimandi iudicare nullo pacto potuit Pamelius, sine ratione eum et iudicio illis usum esse nemini erit mirum. passim igitur, prout libuit iudicio eius, nouiciorum librorum quam fallacissimis subsidiis subuenire ausus est Tertulliano, qui quantam illinc labem traxerit uix potest dici. nam etsi ex codice *N* (siue eius apographo) suum interdum reddidit auctori, tamen et in hoc codice adhibendo tantopere inter Rhenani et codicis sui auctoritatem nutat iudicio, ut libidinem suam magis quam rationem uideatur sequi. ubi uero praeter omnem codicum auctoritatem mutare quid audet, nescio utrum saepius in eis quae bene se habent iniuria offenderit an falsis coniecturis tentauerit quae corrupta esse recte senserat. certe non ita multis locis coniecturam Pamelianam inter uerba recipere potuimus, eo saepius autem remouendae erant quas ex parte probauerant posteriores interpolationes eius, siue ex deteriorum codicum auctoritate siue ex ipsius coniectura uerbis auctoris intextae. imprimis enim sacrae scripturae locos, sicubi dissentire uidebat a Vulgata quam dicimus recensione, secundum illam uel

[1]) Quod uti patefiat, — etsi, ubicumque Montepessulanum habemus, prorsus nullum codicis *N* esse usum demonstrauimus — adnotare Pamelii cum illo libro contra reliquos consensum non superfluum duxi, id quod propterea etiam factum scito, ut quantum Montepessulani propago a parente iam abstiterit melius cognoscatur. ceterum ubi ex hoc codice Pamelius uerum restituit, nihil significaui, ubique eam rationem secutus, ut ubi superstites sunt ipsi libri manuscripti, quid ex eis desumpserint priores editores non commemorarem.

[2]) cf. *Die Tertullian-Überlieferung in Italien* p. 2—5 et 18—19.

immutare interdum uel supplere sui iuris esse putabat similique licentia in recensendo libro tertio *aduersus Marcionem* usus est libro *aduersus Iudaeos*, ex quo interpolasse magis illud opusculum quam emendasse eum non satis a posterioribus cognitum esse putauerim. sic Pamelianae editionis quantum ad uerba auctoris constituenda perexiguus esset usus, nisi instructa esset Latini Latinii, Ludouici Carrionis, Ioannis Harrisii emendationibus et coniecturis, in quibus imprimis laudandus est Latinius, qui haud uno loco uerborum corruptelis necessariam et aptam medelam adhibuit.

Eandem hanc Pamelianam recensionem repraesentat sequens editio a Francisco Iunio adornata et Franeckerae anno 1597 in lucem emissa, cui adiectae sunt editoris in singulos libros animaduersiones et in calce libri, postquam totum iam opus absolutum erat, codicis Fuldensis ad libros *Apologeticum* et *aduersus Iudaeos* scripturae discrepantes.[1]) atque utinam placuisset huic uiro docto, neglecta Pameliana ad antiquiorum testium redire fidem nouamque inde instruere Tertulliani operum recensionem! inter ueteres enim editores uix unus est, qui iudicii acumine et eruditione ei par sit, qui tam diligenter obseruauerit Tertullianei stili proprietatem, nemo. inde ad emendandum optime instructus in adnotationibus suis thesaurum congessit et obseruationum et emendationum et coniectaneorum, quem et huic nostrae recensioni magno usui fuisse grato animo confitemur. est enim in illo ueri inueniendi naturalis quaedam uis et tam strenue tamque nauiter intellegendis auctoris subtilitatibus dat operam, ut etiam in erroribus eius semper fere ueri aliquid inueniri possit. id eo expressius duxi profitendum, quo magis illi obtrectantem animaduerto nouissimum editorem Franciscum Oehlerum.[2]) neque enim Iunius mihi hic uituperandus uidetur sed Oehlerus, qui non raro quae palmari con-

[1]) De Fuldensi libro plenius disputabitur in secundi uoluminis prolegomenis.

[2]) cf. Oehleri praefationem p. XVIII.

iectura restituerat ille aut praeter codicum quam putabat fidem spreuit aut insulsis suis inuentiunculis remouit.

Quae autem desiderabatur noua Tertulliani operum recensio haud ita multo post instituta est a Nicolao Rigaltio. is enim quem Mesnartius hic illic tantum in usum uocauerat codicem Agobardinum primus integrum excussit et praeterea recentioris memoriae optimum testem, Montepessulanum, in eis libris quos ille continet pro fundamento posuit editionis suae, Lutetiae anno 1634 impressae, quae quin post Rhenani et Mesnartii curas plurimum contulerit ad ueram Tertulliani imaginem recuperandam non potest dubitari. nam milies fere, ut dicit editor, ex codicibus illis sua arripuit Tertullianus, maxime uidelicet ex Agobardino. attamen non ita usum esse Rigaltium nouis suis subsidiis, ut et debuit et potuit, ex codicibus accuratius excussis melius hodie perspici potest, quam antea. ut enim taceam de Agobardino, in quo excutiendo utpote lectu difficillimo crebro eum errauisse constat, etiam in eis libris, in quibus Montepessulani auxilio utebatur, multum abest, ut codicem suum qua opus erat fide sequatur ducem. hoc eo factum est, quod et ille, uti priores, Rhenani coniecturas — seductus scilicet editoris in notis silentio — pro codicum memoria accepit, in eundem errorem inductus de Rhenano, in quem de Fuluio Ursino,[1]) cuius emendationes margini editionis Pamelianae adscriptas et inde in librum archiepiscopi Tolosatium Car. Monchalli transscriptas uelut antiquae memoriae noua subsidia adhibuit sanandis uerborum corruptelis. sed hac quidem in re, quam primus cognouit Franciscus Oehlerus, excusandus magis quam inculpandus mihi uidetur Rigaltius, quia curae Fuluianae Francofurti ad Moenum anno 1612 ab Ioanne a Wouwer ex manuscripto bibliothecae

[1]) cf. quae dicit in praefatione: *Sequens aetas Fuluium Ursinum tulit, qui certe codices inspexerat longe meliores Rhenanianis, contentus excerptas inde lectiones editionis Pamelianae marginibus adnotasse, sed ne possessoribus quidem exemplarium nominatis.*

Vaticanae[1]) editae,[2]) emendationum maiorem partem ex 'uetere codice' desumptam proterua fronte contendunt. quod quamquam cum Oehlero pro mendacio puto accipiendum, tamen non tantum quantum ille detrahi uelim Ursini splendido ingenio, in emendando tam felici, ut praeter Rhenanum et Iunium neminem tam saepe ex coniectura uerum inuenisse existimem quam Fuluium Ursinum. — Usus est autem Rigaltius praeter eos quos supra nominaui codices etiam excerptis ex aliis quibusdam codicibus scripturis, quorum notitiam hodie habemus nullam, margini editionis Rhenanianae ut uidetur adscriptis, in quibus nominandus est codex Diuionensis, qui tamen, quantum ex parcissima eius memoria licet iudicare, malae fuit notae, ut recte iudicauit Oehlerus. de emendatore autem Rigaltio si iam ferendum est iudicium, id ei imprimis laudi uelim uerti, quod editorum omnium primus, ne dicam solus, perspexit recentioris memoriae codices omnes ad unum correctorum manus passos esse.[3]) qua cognitione instructus interpolatorum inepta commenta hic illic delere ausus est, in quibus ante eum nemo offenderat, sicut et in supplendis eis, quae incuria librariorum intercidisse putabat, prioribus aliquanto est audacior. in coniectando parcus est sed adeo felix, ut coniecturarum eius maiorem partem inter uerba recipiendam duxerimus.

Praetermissis quas sequens aetas tulit editiones, Semlerianam dico Halis annis 1769—1776 impressam et Mignianam (Patres latini uol. I et II), quippe quae tantum non in omnibus exprimant editionem Rigaltianam,[4]) ad nouissimam

[1]) Adseruari adhuc in Vaticana manuscriptum illud uidi, comparare cum Wouweri editione prae temporis angustiis non potui.

[2]) Sub titulo: *Ad Q. Sept. Florentis Tertulliani opera emendationes epidicticae. Ioannes a Wouwer Francofurti ad Moenum. Impendio Rulandiorum. Typis Richterianis MDCXII.*

[3]) cf. quae dicit in praefatione: *Quod si ueterum librorum* (saeculi scilicet undecimi codices) *appelles fidem, etiam ueterum librorum fide falsissimae lectiones adseruntur. nam sunt et libri ueteres deprauatissime correcti, neque ulla spes reducendae unquam ueritatis, nisi tam ueteres nanciscamur, ut sint omnium correctorum antiquitate uetustiores.*

[4]) Non omnino eas a me neglectas esse docebit apparatus criticus.

iam accedamus Tertulliani operum editionem recensendam a Francisco Oehlero annis 1853—1854 Lipsiae emissam tripertitam et apparatu critico et commentario perpetuo instructam et dehinc editione minore repetitam. cuius editionis cum uideam quot iudices tot fere exstitisse uituperatores eosque seueros,[1]) ego quidem defensoris malim suscipere partes quam uituperatorum augere numerum. multi enim procul dubio sudoris est opus, quippe in quo — id quod ante Oehlerum susceperat nemo — mirabili diligentia et fide pro rei difficultatibus satis probabili congestae sint omnium fere quae antecesserant editionum uariantes scripturae et quidquid uel in interpretando uel in emendando praestiterant singuli, adiectis praeterea et ipsius continua interpretatione[2]) et testimoniorum nominum rerum indicibus.[3]) curis his Oehlerianis, non contemnendis profecto et ne hodie quidem omnino obsoletis, quanto minus uelim obtrectari, tanto exertius in ea re accusatoribus Oehleri adstipulandum putauerim, quod philologorum desideriis nusquam fere satisfacit illius editio. an quem putas usum editionis criticae, quae criticae artis fundamento, librorum manuscriptorum recensione, omnino careat? si enim omittimus codicem Agobardinum, cuius duas attulit collationes a Stephano Baluzio et Hildebrando elaboratas, eorum codicum, quibus nituntur quas adhibuit ueteres editiones, non modo suis oculis inspexerat nullum sed ne ab aliis quidem collationes eorum curauerat instruendas.[4]) destitutus

[1]) In his imprimis nominandus est Ernestus Klussmann in Hilgenfeldii annalibus uol. III a. 1860 p. 82—100; 363—393 (respondit Oehlerus uol. IV a. 1861 p. 204—11).

[2]) Interpretationis huius maiorem partem desumptam esse ex adnotationibus ueterum editorum ipse profitetur praef. p. XXII.

[3]) Hi indices Rhenanianis Pamelianisque multo auctiores et emendatiores, quamquam satis multa in eis desiderantur, sine dubio curarum Oehlerianarum optima pars sunt. magnopere autem dolendum est, quod usus eorum erratorum multitudine plus solito maiore molestissimum in modum impeditur.

[4]) Satis habuit Montepessulani et Paterniacensis specimina tantum afferre eaque minima.

igitur omni certa et probata ratione dignoscendi, quae uera esset et genuina lectionis memoria, quid uirorum doctorum inuentum, suspicandi magis et hariolandi quam recensendi suscepit negotium. quod etsi magno ei tribuendum est uitio, — neque enim ignorabat, ubi asseruarentur codices illi — tamen magis in ea re mihi uituperandus uidetur, quod quem melius potuit consumere laborem in excutiendis perspectioris fidei codicibus, eum perdere maluit in deterrimae notae libris castigandis, Leydensi scilicet libro et Vindobonensi, qui quanti essent aestimandi unde iudicaret prorsus habebat nihil. unde enim potuit iudicari horum codicum indoles, ex Italis dico codicibus, huius memoriae lacinias tantum habuit collationum easque per uarios libros Tertulliani dissipatas. etsi igitur quod de eis ferendum esset iudicium scire non potuit, non solum uarias eorum lectiones, quarum prorsus nullus est usus, continuo adnotauit, sed et ad uerba auctoris constituenda eas adhibere ausus est. atque utinam qui in interpretando Tertulliano tantum laboris consumpsit quantum ante eum fere nemo, ingenita saltem ac naturali quadam, sicut Iunius Ursinus alii, subuenire potuisset scriptori suo recte iudicandi et ueri inueniendi facultate! satis enim superque reliquerant priores, quae clamitare quodammodo uiderentur emendatoris artem, in quibus imprimis eos locos numero, qui peruersa librariorum distinguendi ratione ita erant obscurati, ut aut nullam omnino aut non satis perspicuam interpretationem admitterent. atenim tantum abest, ut debita huic rei adhibita cura in integrum talia restituat, quae nullius noui codicis opera sanari poterant, ut ne offendere quidem plerumque in eis uideatur. emendator uero Oehlerus utrum risum saepius an bilem mihi moueat, incertus haesito. coniecturarum enim eius, quas ipse inter uerba recepit, magnam partem talem esse iudico, ut ne disputare quidem de eis opus esse putem, quippe ex quibus liqueat non satis perspexisse Oehlerum, quid dicere uoluerit Tertullianus. sed et ubi iusta ratione offendit recteque quid loci ratio ac sententia postulet cognoscit, celerior mihi uidetur in corrigendo quam in indagando uero felicior, qua re, cum boni

melius sit inimicum, effectum est, ut perraro ingenii Oehleriani inuenta uerbis inserenda censuerimus.[1]) quin immo, quo rarius illum prodesse uideo non satis emendato auctori, eo saepius obesse eum deprehendo ab aliis iam in integrum restituto. relegatis enim saepissime in notas aliorum uerissimis emendationibus, in quibus imprimis nomino Scaligerum Iunium Ursinum, aut librorum corruptelas aut sui ingenii commenta substituere audet uel minus probabilia uel aperte falsa. et hoc quidem omnium maxime dedecori esse puto nouissimo editori, utpote qui nulla magis re ostenderit se suscepti negotii difficultatibus non satis esse parem.

Superest, ut de hac mea recensione pauca addam. qua quid praestiterim aliorum cum sit iudicare, ego quam in recensendo rationem sim secutus breuiter iam exponam, pollicitus iam hic me in epilegomenis aliquando, cum totum edendi auctoris negotium absolutum erit, de singulis relaturum, cui officio, quo magis immutata uidetur his meis curis Tertulliani librorum facies, eo minus uelim deesse. ac de recensionis huius fundamentis, ut breuibus iam colligam quae supra disserui, haec fere scienda sunt legentibus: ducem sequor, ubicumque praesto est, codicem Montepessulanum, recentioris memoriae ut antiquissimum ita et optimum testem. cum quo Paterniacensis codex cum ad unum redire uideatur fontem, non ipsum Cluniacensem archetypum sed apographum eius, huic libro hunc potissimum usum uindicandum puto, ut, ubi adest Montepessulanus, quid in communi fonte fuerit, cognoscendi

[1]) Cui iudicio cum refragari ex parte uideam tomi primi recensionem a Reifferscheidio institutam (cf. *H. Hoppe, Syntax und Stil des Tertullian* p. IV not.), tacere non possum meo quidem iudicio plus aequo indulgere coniectanti Oehlero Reifferscheidium multumque me ab illo dissentire. ex ea autem re, quod in solis libris *aduersus nationes* ducenties quinquagies bis coniecturae Oehleri a Reifferscheidio comprobatae sunt, eo minus iudicium ferre licet, quia pro misera horum librorum in codice Agobardino condicione multo saepius hiulcis quam deprauatis Tertulliani uerbis hic subuenit Oehlerus, qua in re quo difficilius inuenitur uerum eo facilius recipitur probabile.

igitur omni certa et probata ratione dignoscendi, quae uera esset et genuina lectionis memoria, quid uirorum doctorum inuentum, suspicandi magis et hariolandi quam recensendi suscepit negotium. quod etsi magno ei tribuendum est uitio, — neque enim ignorabat, ubi asseruarentur codices illi — tamen magis in ea re mihi uituperandus uidetur, quod quem melius potuit consumere laborem in excutiendis perspectioris fidei codicibus, eum perdere maluit in deterrimae notae libris castigandis, Leydensi scilicet libro et Vindobonensi, qui quanti essent aestimandi unde iudicaret prorsus habebat nihil. unde enim potuit iudicari horum codicum indoles, ex Italis dico codicibus, huius memoriae lacinias tantum habuit collationum easque per uarios libros Tertulliani dissipatas. etsi igitur quod de eis ferendum esset iudicium scire non potuit, non solum uarias eorum lectiones, quarum prorsus nullus est usus, continuo adnotauit, sed et ad uerba auctoris constituenda eas adhibere ausus est. atque utinam qui in interpretando Tertulliano tantum laboris consumpsit quantum ante eum fere nemo, ingenita saltem ac naturali quadam, sicut Iunius Ursinus alii, subuenire potuisset scriptori suo recte iudicandi et ueri inueniendi facultate! satis enim superque reliquerant priores, quae clamitare quodammodo uiderentur emendatoris artem, in quibus imprimis eos locos numero, qui peruersa librariorum distinguendi ratione ita erant obscurati, ut aut nullam omnino aut non satis perspicuam interpretationem admitterent. atenim tantum abest, ut debita huic rei adhibita cura in integrum talia restituat, quae nullius noui codicis opera sanari poterant, ut ne offendere quidem plerumque in eis uideatur. emendator uero Oehlerus utrum risum saepius an bilem mihi moueat, incertus haesito. coniecturarum enim eius, quas ipse inter uerba recepit, magnam partem talem esse iudico, ut ne disputare quidem de eis opus esse putem, quippe ex quibus liqueat non satis perspexisse Oehlerum, quid dicere uoluerit Tertullianus. sed et ubi iusta ratione offendit recteque quid loci ratio ac sententia postulet cognoscit, celerior mihi uidetur in corrigendo quam in indagando uero felicior, qua re, cum boni

melius sit inimicum, effectum est, ut perraro ingenii Oehleriani inuenta uerbis inserenda censuerimus.[1]) quin immo, quo rarius illum prodesse uideo non satis emendato auctori, eo saepius obesse eum deprehendo ab aliis iam in integrum restituto. relegatis enim saepissime in notas aliorum uerissimis emendationibus, in quibus imprimis nomino Scaligerum Iunium Ursinum, aut librorum corruptelas aut sui ingenii commenta substituere audet uel minus probabilia uel aperte falsa. et hoc quidem omnium maxime dedecori esse puto nouissimo editori, utpote qui nulla magis re ostenderit se suscepti negotii difficultatibus non satis esse parem.

Superest, ut de hac mea recensione pauca addam. qua quid praestiterim aliorum cum sit iudicare, ego quam in recensendo rationem sim secutus breuiter iam exponam, pollicitus iam hic me in epilegomenis aliquando, cum totum edendi auctoris negotium absolutum erit, de singulis relaturum, cui officio, quo magis immutata uidetur his meis curis Tertulliani librorum facies, eo minus uelim deesse. ac de recensionis huius fundamentis, ut breuibus iam colligam quae supra disserui, haec fere scienda sunt legentibus: ducem sequor, ubicumque praesto est, codicem Montepessulanum, recentioris memoriae ut antiquissimum ita et optimum testem. cum quo Paterniacensis codex cum ad unum redire uideatur fontem, non ipsum Cluniacensem archetypum sed apographum eius, huic libro hunc potissimum usum uindicandum puto, ut, ubi adest Montepessulanus, quid in communi fonte fuerit, cognoscendi

[1]) Cui iudicio cum refragari ex parte uideam tomi primi recensionem a Reifferscheidio institutam (cf. *H. Hoppe, Syntax und Stil des Tertullian* p. IV not.), tacere non possum meo quidem iudicio plus aequo indulgere coniectanti Oehlero Reifferscheidium multumque me ab illo dissentire. ex ea autem re, quod in solis libris *aduersus nationes* ducenties quinquagies bis coniecturae Oehleri a Reifferscheidio comprobatae sunt, eo minus iudicium ferre licet, quia pro misera horum librorum in codice Agobardino condicione multo saepius hiulcis quam deprauatis Tertulliani uerbis hic subuenit Oehlerus, qua in re quo difficilius inuenitur uerum eo facilius recipitur probabile.

nobis det copiam, ubi deest ille, in deficientis succedat locum, una cum nouicio libro Florentino *N*, qui ex Montepessulano deriuatus est. iuxta Montepessulanum autem eiusque cognatos non omnino contemnendos esse supra docuimus archetypi Cluniacensis alios testes, Hirsaugienses libros in Rhenani prima superstites et illorum nepotem Florentinum *F*. nam etsi aliquanto suspectioris sunt fidei et in dubiis cedere debent meliori testi, non modo seruare haud ita raro uidentur quae in altera familia prorsus interciderunt sed etiam ueriora interdum praebere aut quomodo medendum sit corruptelis indicare uiam. et qualis hic sit usus libri nouicii Florentini *F* in eis potissimum scriptis cognoscitur, quae ex Paterniacensi quam ex Hirsaugiensibus maluit edere Rhenanus. nam etsi in his quoque libris recensendis non omnino respuit libros illos hodie deperditos, magnam tamen uariantium in illis scripturarum partem adnotare aut incuria neglexit aut consulto noluit, e quibus non ita paucas Florentini libri auxilio ab obliuione uindicatas emendando auctori adhibendas censuimus. — Ceterum excussis his codicibus et quam maxima fieri potuerit cura inter se comparatis nihil aliud praestabimus, nisi ut quid in Cluniacensi archetypo fuerit certius agnoscamus. quod quamuis et necessarium sit et utile cognoscere, tamen et haec codicibus nostris antiquior memoria quantum distet a genuina auctoris scriptura et ex difficultatibus interpretationis potest disci passim oborientibus et ex ea quam instituimus comparatione inter Agobardini et Mesnartiani codicis antiquissimam et hanc recentiorem memoriam. inde autem instructi duas potissimum esse causas corruptelarum, uerborum scilicet iacturas et correctorum interpretamenta, in constituendis auctoris uerbis uel maxime operam dedimus, ut inuestigatis interpolatorum commentis et librariorum omissionibus pristinam restitueremus uerborum faciem. qua in re cum neminem temeritatis incusaturum me confidam, multo sane difficilius adstipulaturos scio uiros doctos, ubi interpretandi difficultatibus coactus inuertendum duxi ordinem uerborum, quod non ita raro factum esse concedo, maxime in libro *de patientia*.

ac uicinorum quidem uerborum transpositionem non grauiorem esse medelae rationem quam eorum immutationem, quae per coniecturam fieri solet, si non aliunde sciremus, ex ipsa librorum nostrorum condicione possemus discere, in singulis fere paginis nutantis uerborum ordinis exempla praebentium. quod autem tota etiam membra ab eo loco, quo consensu librorum leguntur, mouenda alioque transferenda duxi, hoc cum neminem editorum adhuc ausum esse uideam,[1]) eo difficilius ab aliis probatum iri non sum nescius. ad ultimum igitur hoc criticae artis subsidium si interdum confugere non nolui, id non leuiter a me factum uelim scias, sed inita iterum iterumque ratiocinatione et cum aliis uiris doctis communicata. nouum praeterea et hoc in mea editione inuenias, quod in libris *aduersus Marcionem* primo et secundo, quos bis se edidisse testatur auctor in exordio libri secundi, duplicis huius recensionis hic illic inuenta uestigia in margine appositis sigmate et antisigmate indicanda curaui. et interim cum sperem ex ipsa re liquere locos his signis notatos ferri non posse alium iuxta alium, quippe qui idem dicant uerbis uarie compositis, tamen et haec comprobanda relinquo epilegomenis aliquando adiciendis. per se ipsam autem satis commendari putauerim quam passim institui aliam distinguendi rationem, duobus imprimis remediis usus, quibus subuenirem Tertulliano praue adhuc intellecto siue coniecturis sine necessitate tentato: parentheseos significatione et aduersarii ficti uerborum. et uellem quidem licuisset mihi nouam plane adornare capitum distinctionem. ea enim, quae a Iacobo Pamelio facta est,[2]) equidem uix excogitari posse crediderim infeliciorem, utpote qua separentur quae artissime inter se cohaerent et coniungantur quae argumento plane sunt diuerso. sed ne

[1]) Solum I. van der Vliet uno loco hac emendandi ratione usum inuenio, qui (*Stud. eccles.* p. 66) felicissima obseruatione uerba *uindicanda erat procacitas aetatis uerecundiam debentis* ex libri *aduersus Marcionem* capite 16 in capitis 14 finem transposuit (cf. p. 355, 4).

[2]) In ea editione quae prodiit Parisiis anno 1583.

obessem commoditati eorum, qui aliis utuntur editionibus, a distinctione usitata discedendum non putaui, nisi ubi unius eiusdemque sententiae membra — id quod re uera alicubi factum est — per duo capita disposita inueniebam.[1]) in apparatu critico instruendo non acquieui codicum uariantes scripturas adnotare, sed usum secutus paulo iam uulgatiorem passim inserui et immutationum argumenta quam breuissime concepta et locorum difficiliorum interpretationes siue uersiones, id quod in auctore tam difficili non sine causa factum esse putauerim.

Reputanti autem mecum, quantum differat haec quae nunc impressa est tertii huius uoluminis recensio ab ea, quam ante hos duos annos imprimendam miseram Vindobonam, auxilii mihi uenit in mentem, quo me adiuuit Augustus Engelbrecht. ut enim taceam de indefessa eius in plagulis perlegendis sedulitate et diligentia, ipse quoque pro sua parte recensendi auctoris ita suscepit negotium, ut aduersarii quodammodo teneret partes, in unumquemque quaternionem litteris mecum communicans, quae probaret quae minus probaret, additis passim quae meis inuenisse sibi uidebatur probabiliora. qua re etsi duplo fere mihi augebatur labor, magno cum fructu eum a me adhibitum libenti gratoque animo confiteor. iterum enim iterumque recogitare coactus et animo uoluere quae immutanda censueram, multa prorsus omittenda multa secundum illius iudicium rescribenda duxi, nec raro accidit, ut denuo aggressus rem et corruptelae sedem rectius cognoscerem et inde medelam inuenirem. huc si addo, quod etiam in testimoniis et inueniendis et recte indicandis utilissima me adiuuit opera, satis me habere puto, quod huius uoluminis alterum eum nominem editorem. — Post hunc nomino Henricum Hoppe, cuius liber *Syntax und Stil des Ter-*

[1]) Sero me monitum esse doleo ab amico Monacensi, ut paragraphis singulorum capitum marginibus appositis inseruirem commoditati eorum, qui Linguae Latinae Thesauro congerendo dant operam. sed opere iam semiperfecto huius rei rationem habere iam non potui.

tullian inscriptus, qui prodiit Lipsiae anno 1903, dum iam in prelis erat opus, a me in auxilium uocari potuit multumque uel in emendando uel in interpretando auctore mihi profuit. — Haud paruum denique fructum percepi ex curis I. van der Vliet Harlemensis, qui in libro suo *Studia ecclesiastica* (Lugduni Batauorum 1891) ad huius uoluminis libros *de patientia* et *aduersus Marcionem* coniectanea quaedam congessit, in quibus haud pauca tam sagaciter et lepide inueni emendata, ut inter uerba ea recipere non dubitauerim.

Prodeat igitur iam in lucem hoc uolumen, non parui sane laboris opus, sed pluris iucundi. quo si aliquantum profuisse uidebor Latinorum auctorum difficillimo et obscurissimo, is satis magnus mihi huius laboris erit fructus. ceterum quam fallax sit emendandi ars, praesertim cum tam infirmis fundamentis nitatur, ipse re satis expertus, ab alio libens grato animo discam, si quid uel ad interpretandum uel ad emendandum auctorem contulerit probabilius. multa enim quin inemendata reliquerim, multa quin melius possint sanari, non dubito: id autem mihi uindico, quod ubiubi suberat interpretandi aliqua difficultas, tacendo eam dissimulare, ut interdum fieri solet, nolui.

Scripsi Dusseldorpi ad Rhenum, Id. Nou. a. MDCCCCV.

Aemilius Kroymann.

INDEX SIGLORVM.

M = Montepessulanus 54 saec. XI.
P = Paterniacensis 439 saec. XI.
N = Florentinus Magliabechianus Conu. soppr. VI, 9 saec. XV.
F = Florentinus Magliabechianus Conu. soppr. VI, 10 saec. XV.
B = editio Martini Mesnart Parisina a. 1545 (uulgo Gangneiana).
Bmg = margo editionis Mesnartianae.
R^1 = editio princeps Beati Rhenani a. 1521 (Paterniacensi superstructa et Hirsaugiensibus libris hodie deperditis).
R^3 = editio tertia Rhenani a. 1539.
R^1mg, R^3mg = margines harum editionum.
R = consensus harum editionum.
G = lectiones libri Gorziensis a Rhenano in tertia editione usurpati.
C = lectiones codicis Ioannis Clementis Angli a Iacobo Pamelio usurpati.
Gel = editio Sigismundi Gelenii a. 1550.
Pam = editio Iacobi Pamelii a. 1579.
Iun = editio Francisci Iunii a. 1597.
Rig = editio Nicolai Rigaltii a. 1634.
Scal = Iosephus Iustus Scaliger.
Urs = Fuluius Ursinus.
Lat = Latinus Latinius.
Eng = Augustus Engelbrecht.
fort. = suspiciones meae dubitanter prolatae.
† corruptelae, * siue ** siue *** lacunae signa.
C Ɔ duplicis recensionis signa in libris I et II aduersus Marcionem deprehensae. in adnotatione critica stellulae * singulas litteras erasas indicant.
⌊ ⌋ his uncinis textui interpositis includuntur eae litterae, quae in *M* iam euanuerunt; iisdem uncinis in adnotatione critica adhibitis includuntur eae litterae, quae in codicibus nostris omissae solius *B* debentur memoriae.

INDEX LIBRORVM.

I.

DE PATIENTIA.

1. Confiteor ad dominum deum satis temere me, si non etiam impudenter, de patientia componere ausum, cui praestandae idoneus omnino non sim, ut homo nullius boni, quando oporteat demonstrationem et commendationem alicuius rei adortos ipsos prius in administratione eius rei deprehendi et constantiam commonendi propriae conuersationis auctoritate dirigere, ne dicta factis deficientibus erubescant. atque utinam erubescere istud remedium ferat, uti pudor non exhibendi quod aliis suggestum imus exhibendi fiat magisterium, nisi quod bonorum quorundam sicuti et malorum intolerabilis magnitudo est, ut ad capienda et praestanda ea sola gratia diuinae inspirationis operetur. nam quod maxime bonum, id maxime penes deum, nec alius id quam qui possidet dispensat, ut cuique dignatur. itaque uelut solacium erit disputare super eo, quod frui non datur, uice languentium, qui, cum uacent a sanita⸤te, de bonis⸥ eius tacere non norun⸤t. ita⸥ miserrimus ego, semper ae⸤ger calo⸥ribus impatientiae quam n⸤on obti⸥neo patientiae sanitatem e⸤t suspirem⸥ et inuocem et perorem neces⸤se est, cum re⸥cordor et in meae imbeci⸤llitatis⸥ contemplatione diger⸤o bonam⸥ fidei ualitudinem et dominicae disciplinae sanitatem non facile cuiquam, nisi patientia adsideat, prouenire. ita praeposi⸤ta dei re⸥bus est, ut nullum praeceptum

15] cf. I Cor. 12, 11.

2 INCIP̄ DE PACIENTIA *MN*, INCIP̄ DE PACIENTIA TERTVLLIANI *P*, DE PACIENTIA DEI *F* 5 sim *MNF*, sum *P uulgo* 8 commendi *F* 10 illud *F* 11 suggestum imus *R*, suggestu minus *P*, suggestum minus *MN*, suggestum unus *F* 14 bonum id maxime *om. P* (*in mg. add. libr. ipse*) 17 uice *PMN*, mee *F* cum *PMN*, eum *F* 18 *abhinc usque in finem huius capitis in codice M multa euanuerunt, quae in contextu indicaui uncinis paruulis* (⸤ ⸥) 24 praeposita *F*, proposita *PMN*

⌊obire⌋ quis, nullum opus domino complacitum perpetrare extrane⌊us a pati⌋entia possit. bonum ei⌊us etiam⌋ qui caeca uiuunt summae u⌊irtutis⌋ appellatione honorant. philosophi quidem, qui alicu⌊ius sapi⌋entiae animalis deputantu⌊r, tan⌋tum illi subsignant, ut, cum ⌊inter⌋ sese uariis sectarum libid⌊i-nibus⌋ et sententiarum aemulatio⌊nibus⌋ discordent, solius ta⌊men pa⌋tientiae in commune me⌊mores huic⌋ uni studiorum suorum com⌊miserint⌋ pacem. in eam conspirant, in ⌊eam foede⌋rantur, in illam adfectatio⌊ne uir⌋tutis unanimiter student; ⌊omnem sapien-tiae⌋ ostentationem de pati⌊entia praef⌋erunt. grande testi⌊monium⌋ eius est, cum etiam uanas saeculi ⌊disciplin⌋as ad laudem et gloriam ⌊promouet.⌋ aut numquid poti⌊us iniu⌋ria, cum diuina res in saecu⌊larib⌋us artibus uolutatur? ⌊sed uide⌋rint illi, quos mox sapi⌊entiae su⌋ae cum saeculo destructae ac ⌊dedeco⌋ratae pudebit.

2. Nobis ex⌊ercendae⌋ patientiae auctorita⌊tem non⌋ adfectatio humana cani⌊nae aequ⌋animitatis stupore for⌊mata,⌋ sed uiuae ac caelestis dis⌊ciplinae⌋ diuina dispositio dele⌊gat, de⌋um ipsum ostendens patien⌊tiae exe⌋mplum iam primum, qui ⌊florem l⌋ucis huius super iustos et in⌊iustos a⌋equaliter spargit, qui tem⌊porum⌋ officia, elementorum seruitia, ⌊totius⌋ geniturae tributa dignis ⌊simul⌋ et indignis patiatur occur⌊rere,⌋ sustinens

14] cf. Es. 29, 14 (I Cor. 1, 19). 20] cf. Matth. 5, 45.

1 obire *FR*, obicere *NP* (*corr.* ob *in* eff *m. 2*) 2 a patientia *F*. patientia *FN* caeca uiuunt (*cf. I 353, 12:* subterraneum et subaquaneum uiuere) *R*, caeca uiuat *P* (uiuant *corr. m. 1*) *MN*, ex ea uiuunt *F* 3 honorant *R*, honorent *P* (*corr. R*) *MNB*, honorarent *F* 4 animalis *Urs* (*id est* ψυχικῆς, *quae opponitur* πνευματικῇ *sapientiae. id est Christianae. cf. p. 23, 19 sqq.*): animalia *PMNF* 7 in commune *om. P* (*add. R in mg. ex Hirsaugiensi*) 8 meam . . meam *M* (*corr.*) *F* 9 in illam *scripsi:* illam in *PMN*R^1, illi in R^3*B* adfectatione *PMN*. adfectione *F* unanimiter—sapientiae *om. F* 12 promoueat (eat *ex* et *a m. 1*) *P* 13 uoluntatur *F* 15 decoratae *F* 17 uiuae ac *P*, uiua ac *MNB*, uiua a te *F* 18 delegat R^3, diligat *P* (*in mg.:* alias dirigat) *MNF*R^1 deum ipsum deum *F* 19 quae *F* 22 patiatur *PMN* (*cf. p. 36, 10. 11*): patitur *F Pam Rig Oehlerus* occurrere *PMNF*, ⟨simul⟩ occurrere *Gel*

ingratissimas na⌊tione⌋s ludibria artium et opera ⌊manuum⌋ suarum adorantes, nomen ⌊famili⌋am ipsius persequentes, luxu⌊riam⌋ auaritiam iniquitatem ma⌊lignita⌋tem cotidie insolescentem, ⌊ut sua⌋ sibi patientia detrahat. plures enim dominum idcirco non credunt, quia saeculo iratum tamdiu nesciunt.

3. Et haec quidem diuinae patientiae species, quasi de longinquo, fors ut de supernis aestimetur. quid illa autem, quae inter homines palam in terris quodammodo manu adprehensa est? nasci se deus in utero patitur matris [expectat] et natus adolescere sustinet et adultus non gestit agnosci, sed contumeliosus insuper sibi est et a seruo suo tinguitur et temptatoris congressus solis uerbis repellit. cum de deo fit magister docens hominem euadere mortem, ob salutem scilicet ueniam offensae patientiae eruditum, 'non contendit, non reclamauit nec quisquam in plateis uocem eius audiuit; arundinem quassatam non fregit, linum fumigans non restinxit.' nec enim mentitus fuerat propheta, immo ipsius dei contestatio, spiritum suum in filio cum tota patientia collocantis. nullum uolentem sibi adhaerere non suscepit, nullius mensam tectumue despexit;

14] Ioh. 3, 2. 16] cf. Matth. 12, 19—20. cf. Es. 42, 2—3.

2 familiam *PMN* (*in margine editionis principis adnotat Rhenanus:* in Hirsaugiensi quidam hunc locum sic emendarat: nomen cum familia), cum familia *F* 3 luxuria, auaritia .... insolescentes *fort.* 4 sibi *PMN*, eis *F* 5 tamdiu *FN*, tam diuine *M* (*corr. m. 1*) *P* (*corr. R*) 6 nesciuit *F* 8 sors *F* extimetur *N* 11 expectat *seclusi* (*interpretamentum esse uidetur olim uocabulo* sustinet *superscriptum, quod pro* expectare *ponere solet auctor*): expectat *F*, et expectat *PMN* 12 gestit *P*, gestiet *MNF* cingitur *F* 13 et *om. F* 14 deo *scripsi:* domino *PMNF* 15 ob salutem *F*, absolutē *M*, absolute *P*, absolitam *N*, absolutam *cod. Diuionensis teste Rigaltio* uenire offensa patientia *F* 16 eruditum *scripsi:* eruditus *PMNF* eruditus. non *uulgo* 18 lumen *F* [r]extinxit *N* (*corr. m. 1*), resstrinxit *F* 20 filium *N* patientia tota *N*

[atquin ipse lauandis discipulorum pedibus ministrauit] non peccatores, non publicanos aspernatus est, non illi saltim ciuitati, quae eum recipere noluerat, iratus est, cum etiam discipuli tam contumelioso oppido caelestes ignes repraesentari uoluissent; ingratos curauit, insidiatoribus cessit. parum hoc, si non etiam proditorem suum secum habuit nec constanter denotauit. cum uero traditur, cum adducitur ut pecus ad uictimam, — sic enim non magis aperit os quam agnus sub tondentis potestate — ille, cui legiones angelorum, si uoluisset, uno dicto de caelis adfuissent, ne unius quidem discentis gladium ultorem probauit. patientia domini in Malcho uulnerata est. itaque et gladii opera maledixit in posterum et sanitatis restitutione ei, quem non ipse uexauerat, satisfecit per patientiam, misericordiae matrem. taceo, quod figitur; in hoc enim uenerat. numquid tamen subiendae morti etiam contumeliis opus fuerat? sed saginari uoluptate patientiae discessurus uolebat: despuitur, uerberatur, deridetur, foedis uestitur, foedioribus coronatur. mira aequanimitatis fides: qui in hominis figura proposuerat latere, nihil de impatientia hominis imitatus est. hinc uel maxime, Pharisaei, dominum agnoscere debuistis; patientiam huiusmodi nemo hominum perpetraret. talia tantaque documenta, quorum magnitudo penes nationes quidem detrectatio fidei est, penes

3] cf. Luc. 9, 52—56. 8] Es. 53, 7. 9] cf. Matth. 26, 53. 11] cf. Matth. 26, 51. Ioh. 18, 10. 12] cf. Matth. 26, 52. 13] cf. Luc. 22, 51. 21] cf. I Cor. 2, 8.

1 atquin—ministrauit *seclusi* (*neque enim humiliationis domini sed patientiae eius hic afferuntur exempla* [*cf. quem supra attulit auctor locum scripturae*], *suscipientis benigne uel sustinentis patienter eos, qui aut indigni sint beneuolentia eius propter malos mores aut ei insidientur, id quod de discipulis domini non potest dici*) 4 repraesentare *F* 9 condentis *F* 10 uoluissent *N* 11 $\overset{e}{\text{d}}$ucentis *P* (*corr. m. 1; R margini adscripsit:* Hirs. habet: discentis) 12 et *om. F* 15 nunquam *F* 16 subiendae *M* (ien *ex* icien) *NF*, subiciendae *P* (*corr. R*), subigendae *Bmg*, subeundae *RB uulgo* 17 uerberatur *MNF*, flagellatur *N* 18 foedis oribus *P* (*corr. R*) 19 aequanimitas *F* 20 huic uel *F* 21 patientiam *PF*, patientia *MN*

nos uero ratio et structio, satis aperte non sermonibus modo in praecipiendo sed etiam passionibus domini ⟨in⟩ sustinendo probant his, quibus credere datum est, patientiam dei esse naturam, effectum et praestantiam ingenitae cuiusdam proprietatis.

4. Igitur si probos quosque seruos et bonae mentis pro ingenio dominico conuersari uidemus, — siquidem artificium promerendi obsequium est, obsequii uero disciplina morigera subiectio est — quanto magis nos secundum dominum moratos inueniri oportet, seruos scilicet dei uiui, cuius iudicium in suos non in compede aut pilleo uertitur, sed in aeternitate aut poenae aut salutis? cui seueritati declinandae uel liberalitati inuitandae tanta obsequii diligentia opus est, quanta sunt ipsa, quae aut seueritas comminatur aut liberalitas pollicetur. et tamen nos non de hominibus modo seruitute subnexis uel quolibet alio iure debitoribus obsequii, uerum etiam de pecudibus, etiam de bestiis oboedientiam exprimimus, intellegentes usibus nostris eas a domino prouisas traditasque. meliora ergo nobis erunt in obsequii disciplina quae nobis deus subdit? agnoscunt denique ** quae oboediunt: nos cui soli subditi sumus, domino scilicet, auscultare dubitamus? at quam iniustum est, quam etiam ingratum, quod per alterius indulgentiam de aliis consequaris, idem illi, per quem consequeris, de temetipso non rependere! nec pluribus de obsequii exhibitione debiti a nobis domino deo. satis enim agnitio dei, quid sibi incumbat, intellegit. ne

1 instructio *F et Hirsaugiensis teste Rhenano* aperta *F* 2 praeciendo *F* in *add. Iun* 4 effectum *Rig:* effectam *PMNF* 8 promerendae *F* 9 secundum ⌞dominum⌟ moratos *B*, secundum moratos *PMNF* 11 pileo *F uulgo* 16 subnexis *Scal:* subnixis *PMNF* alio uiro *N* 19 tractasque *F* in *om. N* 20 *lacunam signaui:* ⟨primi cuiuslibet dominium eidem⟩que oboediunt *fort.* 21 ascultare *N* 22 ac quam *N* 23 consequatur *F* 25 debiti (i *in* a *corr. m. 1*) *P*, debite *MNF*, debita *R uulgo:* nec de plurima obsequii exhibitione non debite a uobis domino deo gratias non agere *F* 26 nec tamen *F*

tamen ut extraneum de obsequio uideamur interiecisse, ipsum quoque obsequium de patientia trahitur. numquis non patiens obsequitur aut patiens obluctatur? quam ergo dominus deus, omnium bonorum et demonstrator et acceptator, in semetipso circumtulit, quis de bono eius late retractet? cui item dubium sit omne bonum, quia ad deum pertineat, pertinentibus ad deum tota mente sectandum? per quae in expedito et quasi in praescriptionis compendio [et commendatio et exhortatio] de patientia constitutum est.

5. Verumtamen procudere disputationem de necessariis fidei non est otiosum, quia nec infructuosum. loquacitas in aedificatione nulla turpis, si quando turpis. itaque si de aliquo bono sermo est, res postulat contrarium quoque boni recensere. quid enim sectandum sit, magis inluminabis, si, quid uitandum sit, proinde digesseris. consideremus igitur de impatientia, an sicut patientia in deo, ita aduersaria eius in aduersario nostro nata atque comperta sit, ut ex isto appareat, quam principaliter fidei aduersetur. nam quod ab aemulo dei conceptum est utique non est amicum dei rebus. eadem discordia est rerum quae et auctorum. porro cum deus optimus, diabolus e contrario pessimus, ipsa sui diuersitate testantur neutrum alterius facere, ut nobis non magis a malo aliquid boni quam a bono aliquid mali editum uideri possit. igitur natales impatientiae in ipso diabolo deprehendo, iam tunc, cum dominum deum

2 *sic emendauit hunc locum Fr. Leo:* numquam impatiens obsequitur aut patiens quis non *PR*[1]*MNF* (non *om. R*[3]*B*); *duplici forma eadem dicta erant nunc commixta:* 1) numquis non patiens? 2) numquam impatiens 3 obluctatur *R*[3], oblectatur *PMNFR*[1] 4 dominus deus *scripsi:* dominus *PMNF* acceptator *PM,* acceptor *NFR* 5 in *scripsi:* deus in *PMNF* late retractet *NR*[1], latere tractet *PMF,* latere retractet *R*[3]*B* 6 quia *R*, qui *MNF*, quo *P* (*corr. R*) 9 et commendatio et exhortatio *del. Rig* (in expedito = *breuiter cf. Apol. 47:* expedite praescribitur, *adu. Herm. 33:* expedita summa est) constitutum *PMNF*, constituta *B reliqui* 10 procudere *Scal:* procedere *PMNF* 12 si de *P* (si *s. u. a m. 1*), de *MNF* 14 illuminabit *N* quid *scripsi:* quod *PMNF* 19 eadem *P* (*in mg. a m. 1*)*:* earum *MNF* 21 alterius *Ew. Bruhn:* alteri *PMNF* 23 editum *Bmg:* dictum *PMNF*

uniuersa opera, quae fecisset, imagini suae, id est homini, subiecisse impatienter tulit. nec enim doluisset, si sustinuisset, nec inuidisset homini, si non doluisset. adeo decepit eum, quia inuiderat; inuiderat autem, quia doluerat; doluerat ⟨autem,⟩ quia patienter utique non tulerat. quid prius fuerit ille angelus perditionis, malus an impatiens, contemno quaerere, palam cum sit aut impatientiam ab malitia aut malitiam ab impatientia auspicatam deinde inter se conspirasse et indiuiduas in uno patris sinu adoleuisse. at enim quam prius senserat, per quam [primus] delinquere intrauerat, de suo experimento quid ad peccandum adiutaret ⟨in⟩structus, eandem impingendo in crimen homini aduocauit. conuenta statim illi mulier, non temere dixerim, per conloquium ipsum eius afflata est spiritu impatientia infecto. usque adeo numquam omnino peccasset, si diuino interdicto patientiam perseruasset. quid, quod non sustinuit sola conuenta, sed apud Adam, nondum maritum, nondum aures sibi debentem, impatiens etiam tacendi est ac traducem illum eius, quod a malo hauserat, facit? perit igitur et alius homo per impatientiam alterius, perit⟨urus⟩ mox et ipse per impatientiam suam utrobique commissam et circa dei praemonitionem et circa diaboli circumscriptionem, illam seruare, hanc refutare non sustinens. hinc prima iudicii, unde delicti, origo; hinc deus

1] cf. Gen. 1, 26.

3 nec *R*, nec enim *PMNF* non *om. F* 4 autem *addidi* 5 prius *scripsi:* primum *PMNF* 7 sit aut *N Oehlerus:* sit an *P* (*corr.* an *in* aut *m. 1*) *MF*, sit *R reliqui* ab *scripsi:* cum *PMNF* 9 prius *scripsi:* primus *PMNF* 10 primus *om. R³B, praebent reliqui* delinquere = *das Sündigen cf. 605, 17* intrauerat *Pam:* intrauerit *PMNGF* 11 adiutaret *MNR³*, adiuuaret *P* (u *ex* t *a m. 1*) *FR¹* instructus *Urs:* structus *PMNF* 14 ipsa *F* usque adeo *notione rariore = quin etiam cf. p. 323, 17* 15 ⟨ut⟩ numquam *Urs* si—perseruasset *om. N* in diuino *P* (in *del. R*) 16 perseruasset *M*, praeseruasset *PF* 17 adamandum maritum *F* 18 ac traducem illum *Lat:* ad traducem ad illum *MNF*, ad traducem illum *P* 19 igitur *M* (*in ras.*) 20 perit⟨urus⟩ *scripsi:* perit *PMNF* 21 praemotionem *N* 23 deus *om. F*

irasci exorsus, unde offendere homo inductus. [inde in deo prima patientia, unde indignatio prima, qui tunc maledictione sola contentus ab animaduersionis impetu in diabolo temperauit.] aut quod crimen ante istud impatientiae admissum homini imputatur? innocens erat et deo de proximo amicus et paradisi colonus. at ubi semel succidit impatientiae, desiuit deo sapere, desiuit caelestia sustinere posse, exinde homo, terrae datus et ab oculis dei eiectus, facile usurpari ab impatientia coepit in omne, quod deum offenderet. nam statim illa semine diaboli concepta malitiae fecunditate iram filium procreauit, editum suis artibus erudiit. quod enim ipsa Adam et Euam morti inmerserat, docuit et filium ab homicidio incipere. frustra istud impatientiae adscripserim, si Cain ille primus homicida et primus fratricida oblationes suas a domino recusatas aequanimiter nec impatienter tulit, si iratus fratri suo non est, si neminem denique interemit. cum uero nec occidere potuerit nisi iratus nec irasci nisi impatiens, demonstrat quod per iram gessit ad eam referendum, a qua ira suggesta est. [per] haec impatientiae tunc infantis quodammodo incunabula. ceterum quanta mox incrementa! nec mirum. nam si prima deliquit, consequens est, ut, quia prima, idcirco et sola sit matrix in omne delictum,

1 inde—temperauit *seclusi* (*quae enim hic proferuntur prorsus contraria sunt eis, quae in antecedentibus dicit auctor; illic enim deus delicti impatiens, hic patiens dicitur. praeterea quae sequuntur:* aut quod crimen *sqq. coniungi non possunt nisi cum uerbis* unde offendere homo inductus) 6 at *PR*[1]*MF*, aut *R*[3]*B* ubi semel *NFG*, ubi *PR*[1], ubi[s] *M* (*in mg.* semel *a m. 1*) succidit *PMN*, succubuit *F* (cubuit *Hirsaugiensis teste Rhenano*) 7 desinit—desinit *FR*[1] posse. exinde *uulgo* 9 offendet *F* 10 semina *F* 11 irae *F* erudiit *PM*, erudiuit *NF* 12 ipsa *scripsi* (*sc. impatientia*): ipsum *PMNF* immiserat *F* 13 illud *F* 14 si eam *F* 15 a domino *R*[3]*NG*, ad dominum *PMFR*[1] 16 si (*prius*) *om. B* 17 uero *scripsi:* ergo *PMNF* 18 gessit *R*[3], cessit *PMNFR*[1] 19 per *seclusi:* post *mauult Eng*, suggesta est per haec impatientiae *uulgo distinguitur* 20 ceterum—incrementa *om. M* (*add. in mg. m. 2*) *P* (*add. in mg. R ex Hirsaugiensi*) ceterum = *sed, ut saepius* 21 nam si *B*, si *PMNF*

defundens de suo fonte uarias criminum uenas. de homicidio quidem dictum est. sed ira editum a primordio, etiam quascumque postmodum causas sibi inuenit ad impatientiam ut ad originem sui confert. siue enim quis inimicitiis siue praedae gratia id scelus conficit, prius est, ut aut odii aut auaritiae fiat impatiens. quidquid compellit, sine impatientia scelus non est ut perfici possit. quis adulterium sine libidinis impatientia subiit? quod et si pretio in feminis cogitur, uenditio illa pudicitiae utique impatientia contemnendi lucri ordinatur. haec ut principalia penes dominum delicta. nam ut compendio dictum sit, omne peccatum impatientiae adscribendum. malum impatientia est boni. nemo impudicus non impatiens pudicitiae et improbus probitatis et impius pietatis et inquietus quietis. ut malus unusquisque fiat, bonus perseuerare non poterit. talis igitur excetra delictorum cur non dominum offendat improbatorem malorum? an non ipsum quoque Israhel per impatientiam semper in deum deliquisse manifestum est, exinde, cum oblitus brachii caelestis, quo Aegyptiis adflictationibus fuerat extractus, de Aaron deos sibi duces postulat, cum in idolum auri sui conlationes defundit? tam necessarias enim Moysei cum domino congredientis impatienter exceperat moras. post mannae escatilem pluuiam, post petrae aquatilem sequellam desperant de domino, tridui sitim non sustinendo. nam haec quoque illis impatientia a domino exprobratur. ac ne singula peruagemur:

19] cf. Exod. 32, 1—4. 22] cf. Exod. 16, 14. cf. Exod. 17, 6. 23] cf. Exod. 15, 22—25 (I Cor. 10, 4).

1 terminum *F* 3 a inpatientia *N* 4 conferret *F* 7 scelus *Ew. Bruhn:* sui *PMNF* perfici* *M*, perficit *F* libidinis *om. N* 8 cogitur uenditio illa pudicitiae *uulgo; rectius distinxit Eng* 10 nec ut *F* 15 excetra *R*¹ *mg Bmg:* exętra *M*, exedra *PN*, et ecclesia *F; excetra = hydra, quae semper noua ex se parit delicta* (*Eng*) 16 ipsum *om. N* 19 deos sibi *MN*, sibi deos *R*³*B*, deos *om. PR*¹ 20 duces *om. M* (*in mg. add. m. 1*) 21 moysei *PMNR*¹, moysi *FR*³ egredientis *F* 22 moras *P*, *om. MNF* 23 sequelam *PN* 24 fridui *F*

numquam non per impatientiam delinquendo ⟨per impatientiam⟩ perierunt. quomodo autem manus prophetis intulerunt, nisi per impatientiam audiendi? domino autem ipso, per impatientiam etiam uidendi. quodsi patientiam inissent, liberarentur.

6. Ipsa adeo est, quae fidem et subsequitur et antecedit. denique Abraham deo credidit et iustitiae deputatus ab illo est; sed fidem eius patientia probauit, cum filium immolare iussus ad fidei, non temptationem dixerim, sed typicam contestationem, — ceterum deus quem iustitiae deputasset sciebat — tam graue praeceptum, quod nec domino perfici placebat, patienter et audiuit et, si deus uoluisset, implesset. merito ergo benedictus, quia et fidelis; merito fidelis, quia et patiens. ita fides patientia inluminata, cum in nationes seminaretur per semen Abrahae, quod est Christus, et gratiam legi superduceret, ampliandae adimplendaeque legi adiutricem suam patientiam praefecit, quod ea sola ad iustitiae doctrinam retro defuisset. nam olim et oculum pro oculo et dentem pro dente repetebant et malum malo fenerabant. nondum enim patientia in terris, quia nec fides. scilicet interim impatientia occasionibus legis fruebatur. facile erat absente domino patientiae et magistro. qui postquam superuenit et gratiam fidei patientia composuit, iam nec uerbo quidem

7] cf. Gen. 15, 6. 13] cf. Gen. 22, 17. 18. 18] cf. Exod. 21, 24.

1 per impatientiam *addidi* (*hoc enim dicere uult auctor: quia omnium delictorum causa fuit impatientia, eadem et causa fuit interitus*) 2 *delere olim uolui ut spuria uerba* quomodo autem—etiam uidendi, *ut quae refragari uideantur eis, quae supra dicit auctor:* ne per singula peruagemur. *sed animaduertendum est duo hic patientiae genera ab auctore distingui, subsequentis scilicet fidem et antecedentis* (*cf. l. 6*). *ut autem supra subsequentis patientiae exempla proferuntur, ita hic antecedentis* 3 ipso *MNF*, ipsi *P uulgo* 9 iussus *MNF*, iussus est *P uulgo* 10 *parenthesin indicaui:* contestationem. ceterum deus .... sciebat. tam *uulgo* 12 amplesset *F* 15 per sanctum abrahae *F* 16 aductricem *F* 17 sapientiam *P* (*in mg.* patientiam *corr. R ex Hirsaugiensi*) 18 et olim *F*

lacessere nec 'fatue' quidem dicere sine iudicii periculo licet. prohibita ira restricti animi, compressa petulantia manus, exemptum linguae uenenum. plus lex quam amisit inuenit. dicente Christo: diligite inimicos uestros et maledicentibus benedicite et orate pro persecutoribus uestris, ut filii sitis patris uestri caelestis. uides, quem nobis patrem patientia adquirat.

7. Hoc principali praecepto, quo ne digne quidem malefacere concessum, uniuersa patientiae disciplina succincta est. iam uero percurrentibus nobis causas impatientiae cetera quoque praecepta suis locis respondebunt. si detrimento rei familiaris animus concitatur, omni paene in loco contemnendo saeculo scripturis dominicis commonetur; nec maior ad pecuniae contemptum exhortatio subiacet, quam quod ipse dominus in nullis diuitiis inuênitur. semper pauperes iustificat, diuites praedamnat. ita detriment⟨or⟩um patientiae fastidium opulentiae praeministrauit, demonstrans per abiectionem diuitiarum laesuras quoque earum computandas non esse. quod ergo nobis appetere minime opus est, quia nec dominus appetiuit, detruncatum uel etiam ademptum non aegre sustinere debemus. cupiditatem omnium malorum radicem spiritus domini per apostolum pronuntiauit. eam non in concupiscentia alieni tantum constitutam interpretemur: nam et quod nostrum uidetur alienum est; nihil enim nostrum, quoniam dei omnia, cuius ipsi quoque nos. itaque si damno adfecti impatienter sense-

1] cf. Matth. 5, 22. 4] Matth. 5, 44. 21] cf. I Tim. 6, 10.

3 exemtum *PM* exempto—ueneno *F* 7 adquirat? *RB* 8 *aliter distinxi capita: uulgo inde a uerbis* iam uero *incipit c. VII* quo *scripsi:* quando *PMNF* (*quod indicatiuum non admittit apud Tertullianum*) digne (*id est iure*) *PMNR*[3], linguae *FR*[1] 9 concessum *F*, concessum est *PMN* *uerba* uniuersa—succincta est *in libris mss. post* praecepto *tradita huc transtuli* 12 contemnendo *MF*, de contemnendo *PN* 14 contemtum *PN* 16 detrimentorum *Urs:* detrimentum *PMNF reliqui* 17 abroctionem *N* 22 non *om. F* alicui *F* 25 impatientes erimus *R*[3]

rimus, de non nostro amissum dolentes adfines cupiditatis deprehendemur. alienum quaerimus, cum alienum amissum aegre sustinemus. qui damni impatientia concitatur terrena caelestibus anteponendo, de proximo in deum peccat. spiritum enim, quem a domino sumpsit, saecularis rei gratia concutit. libenter igitur terrena amittamus, ⟨ut⟩ caelestia tueamur. totum licet saeculum pereat, dum patientiam lucrifaciam. iam qui minutum sibi aliquid aut furto aut ui aut etiam ignauia non constanter sustinere constituit, nescio an facile uel ex animo ipse rei suae manum inferre possit in causa elemosynae. quis enim ab alio secari omnino non sustinens ipse ferrum in corpore suo ducit? patientia in detrimentis exercitatio est largiendi et communicandi. non piget donare eum, qui non timet perdere. alioquin quomodo duas habens tunicas alteram earum nudo dabit, nisi idem sit, qui auferenti tunicam etiam pallium offerre possit? quomodo amicos de mammona fabricabimus nobis, si eum in tantum amauerimus, ut amissum non sufferamus? peribimus cum perdito qui hic inuenimus, ubi habemus amittere. gentilium est omnibus detrimentis impatientiam adhibere, qui rem pecuniariam fortasse animae anteponant. nam id faciunt, cum lucri cupiditatibus quaestuosa pericula mercimoniorum in mari exercent, cum pecuniae causa etiam in foro nihil † damnationi timendum adgredi dubitant, cum denique ludo et castris sese locant, cum peruia inmemores bestiarum latrocinantur. nos uero secundum diuersitatem, qua cum illis sumus, non ani-

14] cf. Luc. 3, 11. 15] cf. Matth. 5, 40. 16] cf. Luc. 16, 9.

1 de non nostro *Rig:* non de nostro *PMNF* 3 sustineamus *P* (*del. a m. 1*) 5 a deo *N* 6 libentes *F Hirsaugiensis teste Rhenano* ut *addidi* 8 furto aut ui *B*, furto *PMNF* 10 possit *scripsi:* posset *PMNF* elemosine *PMNF* 13 quae *F* 17 fabricamus *F* 18 perdito qui *scripsi:* perdito. quid *PMNF* 19 amittere? *uulgo* 20 pecuniarum *F* 21 id *scripsi:* et *PMNF*, quid *Lat* 25 peruia (*offene Räumlichkeiten*) *PMNFR*[1], per uiam *R*[3] *reliqui* inmemores *PMNFR*[1]*B mg*, more *R*[3]*B*, in morem *Oehlerus* bestiarum *id est canum* (*Eng*) 26 qua cum illis *in M bis; del. m. 3:* qua contrarii illis sumus *fort.*

mam pro pecunia, sed pecuniam pro anima deponere conuenit, seu sponte in largiendo seu patienter in amittendo.

8. Ipsam animam ipsumque corpus in saeculo isto expositum omnibus ad iniuriam gerimus eiusque iniuriae patientiam subimus: minorum delibatione laedemur? absit a seruo Christi tale inquinamentum, ut patientia maioribus temptationibus praeparata in friuolis excidat! si manu quis temptauerit prouocare, praesto est dominica monela: uerberanti te, inquit, in faciem etiam alteram genam obuerte. fatigetur improbitas patientia tua; quiuis ictus illi sit dolore et contumelia constrictus. plus improbum illum caedis sustinendo, grauius a domino uapulaturum; ab eo enim uapulabit, cuius gratia sustines. si linguae amaritudo maledicto siue conuicio eruperit, respice dictum: cum uos maledixerint, gaudete. dominus ipse maledictus in lege est et tamen solus est benedictus. igitur dominum serui consequamur et maledicamur patienter, ut benedicti esse possimus. si parum aequanimiter audiam dictum aliquod in me proteruum aut nequam, reddam et ipse amaritudinis uicem necesse est, aut cruciabor impatientia muta. cum ergo ⟨re⟩percussero maledictis, quomodo secutus inueniar doctrinam domini, qua traditum est non uasculorum inquinamentis, sed eorum, quae ex ore promuntur, hominem communicari, item:

8] Matth. 5, 39. 14] Matth. 5, 11. 15] cf. Deut. 21, 23. Gal. 3, 13. 22] cf. Marc. 7, 15. 18.

3 ipsum qui corpus *Oehlerus* 5 subimus. minorum *uulgo* delibatione R^3, deliberatione $PMNFR^1$ 6 in patientia *N* 8 prouocare R^3, prouocari $PMNFR^1$ 10 qui ius *P*, cuius R^1 illi *scripsi:* ille *PMNF* 12 uapulaturum *scripsi:* uapulaturus *PMNF*, uapulat *RB*, uapulabit *Lat uerba* grauius—uapulaturum *in libris mss. post* constrictus *tradita huc transtuli* enim *om. P* (*add. R ex Hirsaugiensi*) uapulabit *R*, uapulauit *PMNF* 15 benedictus *F* 20 repercussero *scripsi:* percussero *PMNF* 21 maledictis *Eng:* maledictus *PMNF*, maledicto *Bmg* doctrinam *om. P* (*add. R ex Hirsaugiensi*) *M* (*add. m. 1*) 23 promunitur *P* (*corr. R*) communicari *Rmg:* communicare *PMN*, coinquinari *F et Hirsaugiensis teste Rhenano*

manere nos omnis uani et superuacui dicti reatum? sequitur ergo, ut a quo nos dominus arcet, idem ab alio aequanimiter pati admoneat. hic iam ⟨ui⟩de patientiae uoluptatem. nam omnis iniuria, seu lingua seu manu incussa, cum patientiam offenderit, eodem exitu dispungetur, quo telum aliquod in petra constantissimae duritiae libratum et obtusum. concidet enim ibidem inrita opera et infructuosa et nonnumquam repercussum in eum, qui misit, reciproco impetu saeuiet. nempe idcirco quis te laedit, ut doleas, quia fructus laedentis in dolore laesi est. ergo cum fructum eius euerteris non dolendo, ipse doleat necesse est amissione fructus sui. tunc tu non modo inlaesus abis, quod etiam solum tibi sufficit, sed insuper aduersarii tui et frustratione oblectatus et dolore defensus. haec est patientiae utilitas et uoluptas.

9. Ne illa quidem impatientiae species excusatur, [in amissione nostrorum] cui aliqua doloris patrocinatur adsertio. praeponendus est enim respectus denuntiationis apostoli, qui ait: n e c o n t r i s t e m i n i d o r m i t i o n e c u i u s q u a m, s i c u t n a t i o n e s, q u a e s p e c a r e n t. et merito. credentes enim resurrectionem Christi in nostram quoque credimus, propter quos ille et obiit et resurrexit. ergo cum constet de resurrectione mortuorum, uacat dolor mortis, uacat et impatientia doloris. cur enim doleas, si perisse non credis? cur impatienter feras subductum interim quem credis reuersurum? profectio est quam putas mortem. non est lugendus qui antecedit, sed plane desiderandus. id quoque desiderium patientia

1] cf. Matth. 12, 36. 18] I Thess. 4, 13.

2 dominus arcet *B*, dominus *PMNF* 3 admonuerat *R*¹*mg* hic iam uide *scripsi:* hic iam de *PM*, hic de *N*, ne iam de *F*, adiciam de *Oehlerus* uoluptatem *scripsi:* uoluntatem *PMNF*, uoluntate *RB*, uoluptate *Gel reliqui* 4 iniuria *P* (a *ex* e), iniuriae *MNF* patientiam *P*, patientia *MNF*, ⟨in⟩patientia *fort.* 6 concedet *F* 8 misit *scripsi:* remisit *P* (r *del. R*) *MNF*, emisit *R uulgo* 12 abis *Gel:* ibis *PMNFB* 14 uoluptas *Urs:* uoluntas *PMNF* 15 excusator *F* in amissione nostrorum *seclusi* 16 cui *scripsi:* ubi *PMNF* 22 uacat (*alt.*)—doloris *om. F* 23 enim *F*, ergo *PMN*

temperandum. cur enim immoderate feras abisse quem mox subsequeris? ceterum impatientia in huiusmodi et spei nostrae male ominatur et fidem praeuaricatur. et Christum laedimus, cum euocatos quosque ab illo quasi miserandos non aequanimiter accipimus. cupio, inquit apostolus, recipi iam et esse cum domino. quanto melius ostendit uotum! Christianorum ergo uotum, si alios consecutos impatienter dolemus, ipsi consequi nolumus.

10. Est et alius summus impatientiae stimulus, ultionis libido, negotium curans aut gloriae aut malitiae. sed et gloria ubique uana et malitia numquam non domino odiosa, hoc quidem loco cum maxime, cum alterius malitia prouocata superiorem se in exsequenda ultione constituit et remunerans nequam duplicat quod semel factum est. ultio penes errorem solacium uidetur doloris, penes ueritatem certamen redarguitur malignitatis. quid enim refert inter prouocantem et prouocatum, nisi quod ille prior in maleficio deprehenditur, at ille posterior? tamen uterque laesi hominis domino reus est, qui omne nequam et prohibet et damnat. nulla in maleficio ordinis ratio est, nec locus secernit quod similitudo coniungit. par factum par habet meritum. absolute itaque praecipitur malum malo non rependendum. quomodo id obseruabimus, si fastidientes * in fastidio ultionis non erimus? quem autem honorem litabimus domino deo, si nobis arbitrium defensionis arrogauerimus? nos putres, uasa fictilia! seruulis nostris adsumentibus sibi de conseruis ulti-

5] Phil. 1, 23. 22] cf. Rom. 12, 17. 25] cf. Ps. 2, 9. Apoc. 2, 27.

6 domino *PM*, christo *NF* 7 ergo uotum *om. R*[1] (*etiam in P haec uerba deleuit Rhenanus*) 11 uana et *Lat:* una et *PMN*, unaque *F* 12 cum (*prius*) *om. B* alterius *PMNF*, ab alterius *B* 15 certamen *Rig:* certam *PMNF*, contra *Oehlerus* 17 ille posterior. attamen *fort.* 18 tamen = *jedenfalls* laesores *F* 19 omnem *B* 20 nec *R*, ne *P* (c *add. R*) *MN*, nonne *F* 21 *uerba* par—meritum *in libris mss. post* rependendum *tradita huc transtuli* 23 *lacunam signaui:* maleficii *intercidisse puto*

onem grauiter offendimur eosque, qui nobis patientiam obtulerint suam, ut memores humilitatis seruitutis suae, dominici honoris diligentes non probamus modo, sed ampliorem, quam ipsi sibi praesumpsissent, satisfactionem facimus. id nobis in domino tam iusto ad aestimandum, tam potenti ad perficiendum periclitatur? ** hoc se nobis repromittit dicens: uindictam mihi, et ego uindicabo, id est: patientiam tibi, et ego patientiam remunerabo. cum enim dicit: nolite iudicare, ne iudicemini, nonne patientiam flagitat? quis enim non iudicabit alium, nisi qui patiens erit non defendendi? quid ergo credimus iudicem illum, si non et ultorem? quis idcirco iudicat, ut ignoscat? ac si ignoscet, tamen iudicantis impatientiam cauerit et honorem unici iudicis [id est dei] abstulerit. quantos uero casus huiusmodi impatientia incursare consueuit! quotiens paenituit defensionem! quotiens instantia eius deterior inuenta est causis suis! quoniam nihil impatientia susceptum sine impetu transigi nouit, nihil impetu actum non aut offendit aut corruit aut praeceps abit. iam si leuius defenderis, insanies, si uberius, oneraberis. quid mihi cum ultione, cuius modum regere non possum per impatientiam doloris? quodsi patientiae incubabo, non dolebo; si non dolebo, ulcisci non desiderabo.

11. Post has principales impatientiae materias ut potuimus regestas quid inter ceteras euagemur, quae domi, quae foris?

7] Deut. 32, 35. 9] Matth. 7, 1.

2 suae *Eng:* ius *PMNF* 3 diligentes, non *uulgo* 5 iustum *N* destinandum *F*, extimandum *N* 6 *quae infra l. 11 inserui:* quid ergo—ultorem *in libris mss. hoc loco, post* periclitatur, *leguntur* *lacunam signaui:* <ecce, ipse in> *fort. supplendum* 8 tibi *scripsi:* mihi *PMNF* 11 defendendi *Gel:* defendi *PMNF* 12 quis *R,* qui *F*, quia *PMN* at si *F* 13 cauerit *scripsi:* cauit *PMNF* id est dei *seclusi* abstulerit *scripsi:* abstulit *PMNF* 15 incursare *Pam:* incusare *PMF*, incurare *N* (*corr.* r *in* s *m. 1*) consueuit *Urs:* consueuerat *PMNF* quotiens paenituit defensionem *om. F* 17 transigi—impetu *om. P* (*add. R in mg. ex Hirsaugiensi*) 19 abit *scripsi:* abiit *PMNF* defenderis *scripsi:* defendaris *PMNF* 20 oneraberis *FR*, oneraueris *PMN* non *om. F*

lata atque diffusa est operatio mali multiplicia aspidum incitamenta iaculantis, et modo paruula modo maxima. si paruula de sua mediocritate contemnas, maximis pro sua exuperantia cedas. ubi minor iniuria, ibi nulla necessitas impatientiae. at ubi maior iniuria, ibi necessarior iniuriae medela, patientia. certemus igitur quae a malo infliguntur sustinere, ut hostis studium aemulatio nostrae aequanimitatis eludat. si uero quaedam ipsi in nos aut imprudentia aut sponte etiam superducimus, aeque patienter obeamus quae nobis imputamus. quodsi a domino nonnulla credimus incuti, cui magis patientiam quam domino praebeamus? quin insuper gratulari [et gaudere] nos docet dignatione diuinae castigationis. e g o, inquit, q u o s d i l i g o c a s t i g o. o seruum illum beatum, cuius emendationi dominus instat, cui dignatur irasci, quem admonendi dissimulatione non decipit! undique igitur adstricti sumus officio patientiae administrandae, qua aequa ex parte aut erroribus nostris aut mali insidiis aut admonitionibus domini interuenimus. eius officii magna merces, felicitas scilicet. quos enim felices dominus nisi patientes nuncupauit dicendo: b e a t i p a u p e r e s s p i r i t u, i l l o r u m e s t e n i m r e g n u m c a e l o r u m? nullus profecto spiritu pauper nisi humilis. quis autem humilis nisi patiens? quia nemo subicere sese potest sine prima patientia subiectionis ipsius. b e a t i, inquit, f l e n t e s a t q u e l u g e n t e s. quis talia sine patientia tolerat? itaque talibus et aduocatio et risus promittitur. b e a t i m i t e s. hoc quidem uocabulo impatientes non licet omnino censeri. item cum pacificos

13] Apoc. 3, 19. 20] Matth. 5, 3. 24] Matth. 5, 4. 26] Matth. 5, 5.

1 est *om. N* aspidum *Bmg* (*cf. p. 502, 18 sqq.*), spiritus *PMNFB* 2 si *scripsi:* sed *PMNF* 4 exuberantia *P* (b *ex* p *a m. 1*) *F* ubi nulla *F* 6 patientia *R*[1], patientiae *PMNFR*[3] 8 in imprudentiae *F* 11 qui insuper *N* 12 et gaudere *seclusi* (*ut interpretamentum uocabuli* gratulari) 13 quos ego, inquit, diligo *F* quos *om. M* (*add. m. 1*) 16 qua aequa *scripsi:* quia qua *PMNF*, quaqua *Urs* 17 aut (*tertium*) *del. Scal, quem sequitur Oehlerus, sed cf. l. 15* 18 interueniamus *N* 22 spiritu *P*, spiritus *MNF* autem *scripsi:* enim *PMNF*

eodem titulo felicitatis notat et filios dei nuncupat, numquid impatientes pacis adfines? stultus hoc senserit. cum uero gaudete et exultate dicit, quotiens uos maledicent et persequentur, merces enim uestra plurima in caelo, id utique non [exultationis] impatientiae pollicetur, quia nemo in aduersis exultabit, nisi ante contempserit ea. nemo contemnet, nisi patientiam gesserit.

12. Quod ⟨ad⟩ pacis gratissimae deo attinet disciplinam, quis omnino impatientiae natus uel semel ignoscet fratri suo, non dicam septies et septuagies septies? quis ad iudicem cum aduersario suo dirigens negotium conuenientia soluet, nisi prius iram delerit, duritiam amaritudinem, uenas scilicet impatientiae, amputarit? quomodo remittes et remittetur tibi, si tenax iniuriae per absentiam patientiae fueris? nemo conuulsus animum in fratrem suum munus apud altare perficiet, nisi prius, reconciliando fratri reuersus, ad patientiam fuerit. sol super iram nostram si occiderit, periclitamur. non licet nobis una die sine patientia manere. atenim cum omnem speciem salutaris disciplinae gubernet, quid mirum, quod etiam paenitentiae ministrat? solita lapsis subuenire, haec expectat, haec exoptat, haec exorat paenitentiam quandoque inituris salutem. quantum boni utrique confert, cum

1] cf. Matth. 5, 9. 3] Matth. 5, 12. 11. 10] cf. Matth. 18, 22. Luc. 17, 4. 13] cf. Luc. 6, 37. 15] cf. Matth. 5, 23. 24. 17] cf. Eph. 4, 26.

2 hos stultus *F* 5 exultationis *seclusi* 6 exultabit R^{3}, exultauit *PMNFR*^{1} contempserit ea *N*, contempserint ea *PM*, ea contempserit *RBF* 8 ad *add. Lat* attinent *NF* 9 ignoscet R^{3}, ignoscit *PMNFR*^{1} 10 et *scripsi:* sed *PMNF*, sed et *Rig*, uel *Lat* ad iudicem cum *B*, iudicem cum *PMNF*, iudicium cum *Urs*, iudicium *Oehlerus* 12 iram delerit *scripsi:* iam doleret *PMNF*, animi dolorem *Urs*, iam dolorem *Ciacconius* uenas *Ew. Bruhn:* uenena *PMNF* 13 amputarit *Urs:* amputaret *PMNF* 14 abstinentiam *F* fueris patientiae *N* 16 reuersus, ⟨reuersus⟩ *van der Vliet: at ego ellipsin, quam dicimus, hic agnosci malim* 20 patientiae *Bmg:* paenitentiae ⟨patientia⟩ *fort.* ministrat? solita *scripsi:* ministrat. solitae *PMNF* 21 exorat *Pam:* et ortat *MF*, exortat *PN*, etortat *GR*^{3}, exhortatur *R*^{1}*mgB*, *om. R*^{1} *uerba* haec exortat 22 *uerba* cum disiuncto—sustineri, *quae in libris mss. paulo supra post* lapsis subuenire *leguntur, huc transposui*

disiuncto matrimonio — ex ea tamen causa, qua licet seu uiro seu feminae a diiuiduitatis perseuerantia sustineri — alterum adulterum non facit alterum emendat. sic et illis dominicarum similitudinum exemplis de paenitentia saluis adest: erroneam ouem patientia pastoris requirit et inuenit — nam impatientia unam facile contemneret, sed laborem inquisitionis patientia suscipit — et humeris insuper aduehit, baiulus patiens, peccatricem derelictam; illum quoque prodigum filium patientia patris et recipit et uestit et pascit et apud impatientiam irati fratris excusat. saluus est igitur qui perierat, quia paenitentiam iniit; paenitentia non periit, quia patientiam inuenit. iam dilectio, summum fidei sacramentum, Christiani nominis thesaurus, quam apostolus totis uiribus sancti spiritus commendat, cuius nisi patientiae disciplinis eruditur? dilectio, inquit, magnanimis est: id a patientia sumit. benefica est: malum patientia non facit. non aemulatur: id quidem patientiae proprium est. nec proteruum sapit: modestiam de patientia traxit. non inflatur, non proteruit: non enim ad patientiam pertinet. nec sua requirit: suffert ** sua, dum alteri prosit. nec incitatur: ceterum quid impatientiae reliquisset? ideo, inquit, dilectio omnia sustinet, omnia tolerat, utique quia patiens. merito ergo numquam excidet. nam cetera euacuabuntur consummabuntur exhaurientur: linguae scientiae prophetiae, permanent autem fides spes dilectio: fides, quam

5] Luc. 15, 4—6. 8] cf. Luc. 15, 11—32. 15] I Cor. 13, 4. 5. 17] I Cor. 13, 5. 22] I Cor. 13, 7. 23] cf. I Cor. 13, 8. 13.

2 a diiuiduitatis perseuerantia *scripsi:* ad uiduitatis perseuerantiam *PMNF* 3 adulterum R^3, ad alterum *PMNF*R^1 4 de paenitentia saluis *scripsi* (*cf. l. 10*): de patientia sanctis *PMNF* 5 pastoris patientia *F* 11 periit *Iun:* perit *PMNF* 12 iam *scripsi:* nam *PMNF* 15 id a patientia *scripsi:* ita patientia *MN*, ita patientiam *PF uulgo* 19 proteruit *B*, proterit *FR* (*ex Hirsaugiensi*), poterit *PMN* 20 *lacunam signaui:* suffert <patientia amittere> sua *fort.* (*cf. 12, 18*), suffert sui <damnum> *Eng, sed patientiae mentio nullo modo deesse potest* 21 reliqui esset *fort.* 24 consummabuntur exhaurientur: linguae *scripsi:* consummabuntur. exhauriuntur linguae *PMNF* 25 autem *MNF*, *om. P reliqui*

Christi patientia induxit, spes, quam hominis patientia expectat, dilectio, quam deo magistro patientia comitatur.

13. Usque huc de patientia tantum simplici et uniformi et tantum in animo constituta, cum eandem etiam in corpore demerendo domino multipliciter adlaboremus, utpote quae ab ipso domino in corporis quoque uirtute edita est, siquidem rector animus facile communicat spiritus inuecta cum habitaculo suo. quae igitur negotiatio patientiae in corpore? inprimis adflictatio carnis, hostia domino placatoria per humiliationis sacrificium, cum sordes cum angustia uictus domino libat, contenta simplici pabulo puroque aquae potu, cum ieiunia coniungit, cum cineri et sacco inolescit. haec patientia corporis precationes commendat, deprecationes adfirmat; haec aures Christi ⟨et⟩ dei aperit, seueritatem dispergit, clementiam elicit. sic ille rex Babylonius offenso domino cum squalore et paedore septenni ab humana forma exulasset, immolata patientia corporis sui et regnum recuperauit et, quod optabilius homini est, satis deo fecit. iam si altiores et feliciores gradus corporalis patientiae digeramus, eadem sanctitati quoque praecurat continentiam carnis: haec et uiduam tenet et uirginem adsignat et uoluntarium spadonem ad regna caeli leuat. quod de uirtute animi uenit in carne perficitur. carnis patientia in persecutionibus denique proeliatur. si fuga urgeat, incommoda fugae caro militat. si et carcer

15] cf. Dan. 4, 25 sqq. 21] cf. Matth. 19, 12.

1 hominis patientia expectat *B*, homini patienti induxit *PMNF* 3 tantum *Eng:* tandem *PMNF* 4 eadem *R*³ 5 adlaboremus *scripsi:* adlaborem *PMNFR*¹, adlaboret *R*³ 6 *totum hoc lemma inde a uerbis* corporis quoque *usque ad* prophetae quae (*p. 21, 11*) *in PMNF non comparet; attulit haec primum editio Mesnartiana* (*B*) *ex codice nunc deperdito* 7 spiritu *Eng* 9 adflictatio *Gel:* adfectatio *B* 10 cum *Gel:* cur *B* 11 contenta *Gel:* contecta *B* puroque aquae *Gel:* puro quoque *B* 14 Christi ⟨et⟩ dei *Iun:* Christi dei *B*, Christi *fort. delendum* 15 elicit *Gel:* eligit *B* 19 digeramus *Gel:* degeramus *B* 20 praecurat *B*, procurat *Gel* 24 ⟨aduersus⟩ incommoda *Rig:* ⟨ad⟩ incommoda *Oehlerus; sed nescio an per figurae quam dicimus etymologicae liberiorem usum hoc dictum sit*

praeueniat, caro in uinculis, caro in ligno, caro in solo; illa et in paupertate lucis, illa et in penuria mundi. cum uero producitur ad experimentum felicitatis, ad occasionem secundae intinctionis, ad ipsum diuinae sedis ascensum, nulla plus illic quam patientia corporis. si spiritus promptus, sed caro infirma, ubi salus spiritus sine patientia et carnis ipsius? at cum hoc dominus de carne dicit, infirmam pronuntians, quid ei firmandae opus sit, ostendit, patientia scilicet aduersus omnem subuertendae fidei uel puniendae paraturam, ut uerbera, ut ignem, ut crucem bestias gladium constantissime toleret, quae prophetae, quae apostoli sustinendo uicerunt.

14. His patientiae uiribus secatur Esaias et de domino non tacet, lapidatur Stephanus et ueniam hostibus suis postulat. o felicissimum illum quoque, qui omnem patientiae speciem aduersus omnem diaboli uim expunxit! quem non abactae [greges, non] illae in pecore diuitiae, non filii uno ruinae impetu adempti, non ipsius denique corporis in uulnere cruciatus a patientia fide domino dedita exclusit, quem diabolus totis uiribus frustra cecidit. neque enim a respectu dei tot doloribus auocatus ille est, sed constitit nobis in exemplum et testimonium tam spiritu quam carne tam animo quam corpore patientiae perpetrandae, ut neque damnis saecularium nec amissionibus carissimorum nec corporis quidem conflictationibus succidamus. quale in illo uiro feretrum deus de diabolo extruxit, quale uexillum de inimico gloriae suae

5] Matth. 26, 41. 13] cf. Act. 7, 59. 15] cf. Iob 1, 15, 17. 16] cf. Iob 1, 19.

1 praeueniat *B*, premat *Urs* 2 illa et in *scripsi* (*bis*): et in illa *B* (*bis*) penuria *Urs* (*ex de res. carn. 8:* cum maceratur teterrimo lucis exilio, penuria mundi *etc.;* mundi *hic intellege* κόσμον = *Toilette*): patientia *B* 6 *uerba* sine patientia *in libris mss. post* sed caro *tradita huc transtuli* 9 paraturam ut *Pam:* paratur aut *B*, paratum ut *Gel* 11 apostoli sustinendo uicerunt *B*, apostolis sustinendo uicerunt *P*, apostolis sustinendo uicerit *R* (*ex Hirsaugiensi, ni fallor*) *MNF* 13 et *B*, sed *PMNF* postulat (a *ex* e) *P* 15 abactae *scripsi:* abacti *PMNF* 16 greges non *seclusi:* non abacti greges, non igne caeli ablatae (*cf. Iob 1, 16*) in pecore diuitiae *Eng* 17 ulcere *Urs* 19 enim a *PMN*, omnia *F* 20 in *om. N* 25 de diabolo *B*, diabolo *PMNF*

extulit, cum ille homo ad omnem acerbum nuntium nihil ex ore promeret nisi 'deo gratias', cum uxorem iam malis delassatam et ad praua remedia suadentem execraretur! quid ridebat deus, quid dissecabatur malus, cum Iob inmundum ulceris sui redundantiam magna aequanimitate destringeret, cum erumpentes bestiolas inde in eosdem specus et pastus refossae carnis ludendo reuocaret! itaque operarius ille uictoriae dei retusis omnibus iaculis temptationum lorica clipeoque patientiae et integritatem mox corporis a deo recuperauit et quae amiserat conduplicata possedit. et si filios quoque restitui uoluisset, pater iterum uocaretur. sed maluit in illo die reddi sibi: tantum gaudii, securus de domino, distulit: sustinuit iam uoluntariam orbitatem, ne sine aliqua patientia uiueret.

15. Adeo satis idoneus patientiae sequester deus: si iniuriam deposueris penes eum, ultor est; si damnum, restitutor est; si dolorem, medicus est; si mortem, resuscitator est. quantum patientiae licet, ut deum habeat debitorem! nec inmerito [enim]. omnia enim placita eius tuetur, omnibus mandatis eius interuenit: fidem munit, pacem gubernat, dilectionem adiuuat, humilitatem instruit, paenitentiam expectat, exhomologesin adsignat, carnem regit, spiritum seruat, linguam frenat, manum continet, temptationes inculcat, scandala pellit, martyria consummat, pauperem consolatur, diuitem temperat, infirmum non consumit, ualentem non extendit, fidelem delectat, gentilem inuitat, seruum domino, dominum deo commendat, feminam exornat, uirum adprobat; amatur in puero, laudatur in iuuene, suspicitur in sene; in omni sexu, in omni aetate formosa est. age iam, sis, et effigiem habitumque eius

2] cf. Iob 2, 9. 10. 10] cf. Iob 42, 10.

1 acerbum nuntium *B*, aceruum nuntiorum *PMNF* 3 delapsatam *N* 4 dissi*cabatur *M*, dissicabatur *N* 7 refossae *R*² *mg:* reformasse *PMNFR*¹, foraminosae *R*³ 9 recuperatam *R*¹ 10 conduplicata *R*³, centuplicata *PMNFR*¹ 12 securus de *MNF*, securus sic (c *ex* t *R*) de *P uulgo* 13 iam *Urs:* tam *PMNF* 17 debitorem! nec *Eng:* debitorem? nec *uulgo* 18 enim *del. Gel* 24 consumit—extendit *scripsi:* extendit—consumit *PMNF* 27 suspicitur *R*, suscipitur *PMNF* 28 sis *Iun:* si *PMNF*

comprehendamus. uultus illi tranquillus et placidus, frons pura, nulla maeroris aut irae rugositate contracta; remissa aeque in laetum modum supercilia, oculis humilitate, non infelicitate deiectis; os taciturnitatis honore signatum; color, qualis securis et innoxiis; motus frequens capitis in diabolum et minax risus; ceterum amictus circum pectora candidus et corpori impressus, ut qui nec inflatur nec inquinatur. sedet enim in throno spiritus eius mitissimi et mansuetissimi, qui non turbine glomeratur, non nubilo liuet, sed est tenerae serenitatis, apertus et simplex, quem tertio uidit Helias. nam ubi deus, ibidem et alumna eius, patientia scilicet. cum ergo spiritus dei descendit, indiuidua patientia comitatur eum. si non cum spiritu admiserimus, in nobis morabitur semper? immo nescio, an diutius perseueret. sine sua comite ac ministra omni loco ac tempore angatur necesse est. quodcumque inimicus eius inflixerit, solus sustinere non poterit, carens instrumento sustinendi.

16. Haec patientiae ratio, haec disciplina, haec opera, — caelestis et uerae. scilicet Christiana non, ut illa patientia gentium terrae, falsa probrosa. nam ut in isto quoque domino diabolus aemularetur, quasi plane ex pari — nisi quod ipsa diuersitas mali et boni aequaliter magnitudinis par est — docuit et suos patientiam propriam, illam dico, quae maritos dote uenales aut lenociniis negotiantes uxorum potestatibus subicit, quae aucupandis orbitatibus omnem coacti obsequii laborem mentitis adfectionibus tolerat, quae uentris

10] cf. III Reg. 19, 12.

6 circumspector ac candidus *F* 7 te qui *F* inquinatur *Urs:* inquietatur *PMNF* 11 alimenta *F* 13 ⟨eam⟩ si *Iun: sed facillime suppleueris mente ex antecedentibus:* patientiam si nos R^3B 14 diutius *hic absolute positum uidetur = auch nur eine längere Zeit* 18 disciplina R^3, disciplinae *PMNF*R^1 19 uerae *PMNF*, uera *Gel*, uere R^1 *aliter distinxi:* et uerae (*siue* uera), scilicet Christianae (*siue* Christiana). *uulgo* christiana *PF*, christianę (ę *ex* a *a m. 3*) *M*, christianae *N Rig* 22 magnitudinis *PMN*, magnitudine *F*

operarios contumeliosis patrociniis gulae subiectione libertatis addicit. talia nationes patientiae studia nouerunt et tanti boni nomen foedis operationibus occupant; patientes riualium et diuitum et inuitatorum, impatientes solius dei uiuunt. sed uiderint sua et sui praesidis, quam patientiam sub terra ignis expectat. ceterum nos amemus patientiam dei, patientiam Christi: rependamus illi quam pro nobis ipse dependit; offeramus patientiam spiritus, patientiam carnis, qui in resurrectionem carnis et spiritus credimus.

1 gulae subiectione libertatis *scripsi:* subiectione libertatis gulae *PMNF* 2 dicit *P* (addicit *R in mg. ex Hirsaugiensi*) 3 patientes ⌞riualium et diuitum et inuitatorum⌟ *B*, patientes *PMNF* 5 praesidis *Urs:* praesides *PMNF* quam patientiam *scripsi:* quam patientia *PMNF*, patientia, quam *Urs*, *quem sequuntur posteriores* sub terra *scripsi:* subter *PMNF* 7 dependit *Pam:* defendit *PMNF* EXPLIC̄ DE PACIENTIA *PMN*, de pacientia explicit *F*

II.

DE CARNIS RESVRRECTIONE.

1. Fiducia Christianorum resurrectio mortuorum. illam credentes sumus; hoc credere ueritas cogit; ueritatem deus aperit. sed uulgus inridet, existimans nihil superesse post mortem. et tamen defunctis parentat, et quidem impensissimo officio pro moribus sepultorum, pro temporibus esculentorum, ut quos negat sentire quicquam etiam desiderare praesumat. at ego magis ridebo uulgus tunc, cum ipsos quoque defunctos atrocissime exurit, quos postmodum gulosissime nutrit, isdem ignibus et promerens et offendens. o pietatem de crudelitate ludentem! sacrificat an insultat, cum crematis cremat? plane cum uulgo interdum et sapientes sententiam suam iungunt. nihil esse post mortem Epicuri schola est. ait et Seneca omnia post mortem finiri, etiam ipsam. satis est autem, si non minor philosophia Pythagorae et Empedoclis et Platonici immortalem animam e contrario reclamant, immo adhuc proxime etiam in corpora remeabilem adfirmant. etsi non in eadem, etsi non in humana tantummodo, ut Euphorbus

15] cf. Seneca Troad. 397.

INCIP̄ DE CARNIS RESURRECTIONE *MPF*, De resurrectione carnis *R uulgo* 3 illam *MF*, illa *P uulgo* 5 aperit, sed *uulgo* 6 parentat *scripsi:* parentant *PMF* 7 sepultorum *scripsi:* eorum *PMF* esculentorum *PMF*, sepultorum *Bmg* (*quam uariam lectionem ad* eorum, *non ad* esculentorum *adscribere uoluisse puto Mesnartium*) 8 negat *PMF*, negant *B* praesumat *PMF*, praesumant *B* 9 tunc, cum ipsos quoque *scripsi:* tunc quoque cum ipsos *PMF* 13 sententiam ⌞suam⌟ *B*, sententiam *PMF* 14 scola *PMF* 16 mimon *P* (*corr. R*) Empedoclis et *Oehlerus:* empedocli sed *PMF*, Empedocli. sed et *Urs* 18 adhuc proxime *cf.* adhuc tunc *p. 545, 20* adfirmant, etsi *uulgo* etsi *PM*, et *F* 19 Euphorbus *R*, euphorbius *PMF*

in Pythagoram, Homerus in pauum, re⟨dire⟩ censeantur, certe recidiuatum animae corporalem pronuntiauerunt, tolerabilius mutata quam negata qualitate, pulsata saltem, licet non adita ueritate. ita saeculum resurrectionem mortuorum nec cum errat ignorat.

2. Si uero et apud deum aliqua secta est Epicureis magis adfinis quam prophetis, sciemus, quid audiant a Christo Saducaei. Christo enim seruabatur omnia retro occulta nudare, dubitata dirigere, praelibata supplere, praedicata repraesentare, mortuorum certe resurrectionem non modo per semetipsum uerum etiam in semetipso probare. nunc autem ad alios Saducaeos praeparamur, partiarios sententiae illorum: dimidiam agnoscunt resurrectionem, solius scilicet animae, ita aspernati carnem, sicut et ipsum dominum carnis. nulli denique alii salutem corporali substantiae inuident quam alterius diuinitatis haeretici. ideoque et Christum aliter disponere coacti, ne creatoris habeatur, in ipsa prius carne eius errauerunt, aut nullius ueritatis contendentes eam secundum Marcionem et Basiliden aut propriae qualitatis secundum haereses Valentini et Appellen. atque ita sequitur, ut salutem eius substantiae excludant, cuius Christum consortem negant, certi illam summo praeiudicio resurrectionis instructam, si iam in Christo resurrexit caro. propterea et nos uolumen praemisimus 'de carne Christi', quo eam et solidam probamus aduersum phantasmatis uanitatem et humanam uindicamus aduersus qualitatis proprietatem, cuius condicio Christum et hominem et filium hominis inscripserit. carneum enim atque corporeum probantes eum, proinde et obducimus praescribendo nullum alium credendum deum praeter

6] cf. Matth. 22, 23—33.

1 re⟨dire⟩ censeantur *Eng:* recenseantur *PMF* recenseantur. certe *uulgo* 3 saltem *Bmg:* salute *PMF* adita *FB*, addita *PM* 13 *uocabulum* ita *in libris mss. post* illorum (11) *traditum huc transposui* 16 creatoris *Bmg:* creator carnis *PMF* 20 ⌞consortem⌟ negant *B*, negant *PMF* 22 resurrexit *FGel:* resurrexerit *PM* 24 uanitatem *PM*, natiuitatem *F* aduersum = *gegen;* aduersus (*25*) = *angesichts* 27 obducimus *absolute positum* = *obsiegen cf. p. 404, 4*

creatorem, dum talem ostendimus Christum, in quo dinoscitur deus, qualis promittitur a creatore. obducti dehinc ⟨et⟩ de deo carnis auctore et de Christo carnis redemptore, iam et de resurrectione carnis reuincentur. congruenter scilicet hoc ferme modo dicimus ineundam cum haereticis disceptationem, — nam et ordo semper a principalibus deduci exposcit — ut de ipso prius constet, a quo dicatur dispositum esse quod quaeritur, atque adeo et haeretici ex conscientia infirmitatis numquam ordinarie tractant. certi enim, quam laborant in alterius diuinitatis insinuatione aduersus deum mundi omnibus naturaliter notum de testimoniis operum, certe et in sacramentis priorem et in praedicationibus manifestiorem, sub obtentu quasi urgentioris causae, id est ipsius humanae salutis ante omnia requirendae, a quaestionibus resurrectionis incipiunt, quia durius creditur resurrectio carnis quam una diuinitas; atque ita tractatum uiribus ordinis sui destitutum et scrupulis potius oneratum depretiantibus carnem paulatim ad alterius diuinitatis temperant sensum ex ipsa spei concussione et demutatione. deiectus enim unusquisque uel motus de gradu eius spei, quam susceperat apud creatorem, facile iam declinatur ad alterius spei auctorem, etiam ultro suspicandum. per diuersitatem enim promissionum diuersitas insinuatur deorum. sic multos inretitos uidemus, dum ante de resurrectione carnis eliduntur quam de unione diuinitatis. [elidunt] igitur quantum ad haereticos demonstrauimus, quo cuneo occurrendum sit a nobis. et occursum est iam suo quoque titulo: de deo quidem unico et Christo eius aduersus Marcionem, de carne uero domini etiam aduersus quatuor

2 et de *scripsi:* de *PMF* 4 congruenter scilicet hoc *Iun:* congruenter scilicet. et hoc *Rig,* congruenter scilicet et de deo carnis auctore et de christo carnis redemptore hoc *PMF* 6 *parenthesin indicaui* 8 quaeritur. atque *uulgo* 9 laborant *PMF*, laborent *R uulgo* 17 depretiantibus carnem *B*, depreciatibus carnis *PMF* 18 ad alterius *B*, alterius *PMF* 21 ultra *F* 24 elidunt *seclusi:* ⟨se⟩ elidunt *de la Cerda* 26 occurrendum *Gel:* decurrendum *PMF* iam *Bmg:* etiam *PMF*

haereses, ad hanc maxime quaestionem praestruendam; uti nunc de sola carnis resurrectione ita digerendum sit, tamquam penes nos quoque incerta, id est penes creatorem, — nam et multi rudes et plerique sua fide dubii et simplices plures, quos instrui dirigi muniri oportebit — quia et ⟨ex⟩ hoc latere unio diuinitatis defendetur. sicut enim negata carnis resurrectione concutitur, ita uindicata constabilitur. animae autem salutem credo retractatu carere. omnes enim fere haeretici eam, quoquo modo uolunt, tamen non negant. uiderit unus aliqui Lucanus nec huic quidem substantiae parcens, quam secundum Aristotelem dissoluens aliud quid pro ea subicit, tertium quiddam resurrecturus, neque anima neque caro, id est non homo, sed ursus forsitan, qua Lucanus. habet et iste a nobis plenissimum 'de omni statu animae' stilum. quam inprimis immortalem tuentes, solius carnis et defectionem agnoscimus et refectionem cum maxime adserimus, redactis in ordinarium materiae corpus si qua et alibi pro causarum incursione praestricta distulimus. nam ut quaedam praelibari sollemne est, ita et differri necesse est, dummodo et praelibata suppleantur suo corpore et dilata reddantur suo nomine.

3. Est quidem et de communibus sensibus sapere in dei rebus, sed in testimonium ueri, non in adiutorium falsi, quod sit secundum diuinam, non contra diuinam dispositionem. quaedam enim et natura nota sunt, ut immortalitas animae penes plures, ut deus noster penes omnes. utar ergo et

2 digerendum sit *B*, digerandum sit *F*, digeram *PM* 3 nos quoque incerta id est *B*, nos quoque incertam uel *F*, nos incertum dum sit quoque certum *PM* 3 *parenthesin indicaui* 4 *caue mutes quid in ordine uerborum. intellege enim: viele, sehr viele und noch mehr; cf. p. 31, 5. 6.* (*Eng*) 5 ex *add. Eng* 6 defenditur *F* 8 retractatus = *Zweifel* 9 quomodo *PR*[1] 12 ⌞tertium⌟ quiddam *B*, quiddam *PMF* resurrecturus *Gel:* resurrecturum *PMF* 13 qua *Gel:* tamquam *PMFB* 14 stilum, quam *uulgo* 15 et defectionem ⌞agnoscimus et refectionem⌟ *B*, et defectionem *PMF* 22 de communibus *FR*[3], communibus *P* (*in mg.:* alias de communibus) *R*[1]*M* (*add.* de *s. u. m. 1*)

sententia Platonis alicuius pronuntiantis: omnis anima immortalis; utar et conscientia populi contestantis deum deorum; utar et reliquis communibus sensibus, qui deum iudicem praedicant: 'deus uidet' et 'deo commendo'. at cum aiunt: 'mortuum quod mortuum' et 'uiue dum uiuis' et 'post mortem omnia finiuntur, etiam ipsa', tunc meminero et cor uulgi cinerem a deo deputatum et ipsam sapientiam saeculi stultitiam pronuntiatam, tunc, si haereticus ad uulgi uitia uel saeculi ingenia confugerit, 'discede,' dicam, 'ab ethnico, haeretice; etsi unum estis omnes, qui deum fingitis, dum hoc tamen in Christi nomine facis, dum Christianus tibi uideris, alius ab ethnico es; redde illi suos sensus, quia nec ille de tuis instruitur. quid caeco duci inniteris, si uides? quid uestiris a nudo, si Christum induisti? quid alieno uteris clipeo, si ab apostolo armatus es? ille potius a te discat carnis resurrectionem confiteri quam tu ab illo diffiteri; quia si et a Christianis negari eam oporteret, sufficeret illis de sua scientia, non de uulgi ignorantia instrui'. adeo non erit Christianus qui eam negabit, quam confitentur Christiani, et his argumentis negabit, quibus utitur non Christianus. aufer denique haereticis quae cum ethnicis sapiunt, ut de scripturis solis quaestiones suas sistant, et stare non poterunt. communes enim sensus simplicitas ipsa commendat et compassio sententiarum et familiaritas opinionum, eoque fideliores existimantur, quia nuda et aperta et omnibus nota definiunt; ratio autem diuina in medulla est, non in superficie, et plerumque aemula manifestis.

1] cf. Plato Phaedrus c. 24. 5] cf. Seneca Troad. 397. 6] cf. Es. 44, 20. 7] cf. I Cor. 1, 20. 3, 19. 14] cf. Gal. 3, 27. Rom. 13, 14. 15] cf. Eph. 6, 13—18.

5 uiue dum *Gel:* uiuendum *PMF*, uiuum dum *B*, uiuidum *Bmg* 8 pronuntiatam. tunc *uulgo* haereticus *PMF*, et haereticus *Gel* 12 ab ethnico es *B*, ab ethnico *PMF* 13 si uides *B*, si uideris *PM* (*syll.* ri *eras.*), si uidens *F*, si uidens <es> *fort.* 17 et a *PMF*, a *Gel* 20 utuntur non christiani *C* 21 aufer *R*3, aufers *PMFR*1 quae cum *Gel:* quaecunque *PMF* 25 fideliores *FR*3, fidelioribus *PR*1, fideliores** *M* (es *in ras.*)

4. Itaque haeretici inde statim [incipiunt] praestruunt et inde dehinc interstruunt, unde sciunt facile capi mentes, de communione fauorabili sensuum. an aliud prius uel magis audias ab haeretico quam ab ethnico? et non protinus et non ubique conuicium carnis, in originem, in materiam, in casum, in omnem exitum eius, inmundae a primordio ex faecibus terrae, inmundioris deinceps ex seminis sui limo, friuolae infirmae criminosae onerosae molestae et post totum ignobilitatis elogium caducae in originem, terram, et cadaueris nomen, et de isto quoque nomine periturae in nullum inde iam nomen, in omnis iam uocabuli mortem? 'hancne ergo,' ⟨ait⟩ uir sapiens, 'et uisui et contactui et recordatui tuo ereptam persuadere uis, quod se receptura quandoque sit in integrum de corrupto, in solidum de casso, in plenum de inanito, in aliquid omnino de nihilo, et utique rehibentibus eam ignibus et undis et aluis ferarum et rumis alitum et lactibus piscium et ipsorum temporum propria gula? adeone autem eadem sperabitur quae intercidit, ut claudus et luscus [caecus] et leprosus et paralyticus reuertantur, ut redisse non libeat ad pristinum? an integri, ut iterum talia pati timeant? quid tum de consequentiis carnis? rursusne omnia necessaria illi et inprimis pabula atque potacula? et pulmonibus halandum et intestinis aestuandum et pudendis non pudendum et omnibus membris laborandum? rursus ulcera et uulnera et febris et podagra? et mors redoptanda? nimirum haec erunt uota carnis recuperandae, iterum cupere de ea

1 incipiunt *seclusi* praestruunt et inde *scripsi:* et inde praestruunt *PMF* 4 ⟨tam⟩ ab haeretico *Urs* et non protinus *om. Gel* 8 molestae *post* onerosae *admodum friget* 12 ait *addidi* 13 persuadere ⌞uis⌟ *B*, persuadere *PM*, persuadeare *F* 15 redhibentibus R^3 *uulgo* 16 eam ignibus *GNR*^{3}, ea imaginibus *PF*, eam ignibus (*ex* ea imaginibus) *M* aluis *PFGR*^{3}, alius *MR*^{1} 17 lactibus *GNR*^{3}, iactibus *PMFR*^{1} ipsorum ⌞temporum⌟ *B*, ipsorum *PMF* 18 ut *B*, et *PMF* 19 caecus *seclusi:* luscus caecus *PMF*, luscus ⟨et⟩ caecus *Gel* 23 halandum *Eng:* natandum *PMF* 25 febris ⌞et podagra⌟ *B*, febris *PMF* podagra et *uulgo*

euadere'. et nos quidem haec aliquanto honestius pro stili pudore. ceterum quantum etiam spurciloquio liceat illorum. in congressibus experiri ⟨est⟩ tam ethnicorum quam haereticorum.

5. Igitur quoniam et rudes quique de communibus adhuc sensibus sapiunt et dubii et simplices per eosdem sensus denuo inquietantur et ubique in primis iste in nos aries temperatur, quo carnis condicio quassatur, necessario et a nobis carnis primum condicio munietur, uituperatione laudatione depulsa. ita nos rhetoricari quoque prouocant haeretici, sicut etiam philosophari. futtile et friuolum istud corpusculum, quod malum denique appellare non horrent, etsi angelorum fuisset operatio, ut Menandro et Marco placet, etsi ignei alicuius extructio aeque angeli, ut Appelles docet, sufficeret ad auctoritatem carnis secundae diuinitatis patrocinium. angelos post deum nouimus. iam nunc quisquis ille summus deus haeretici cuiusque est, non inmerito ab ipso quoque deducerem carnis dignitatem, a quo uoluntas producendae ei adfuisset. utique enim prohibuisset fieri quam fieri scisset, si fieri noluisset. ita et secundum illos aeque caro dei res. nihil operis non est eius, qui passus est esse. bene autem, quod et plures et clariores quaeque doctrinae totam hominis figulationem deo nostro cedunt. quantus hic sit, satis nosti qui unicum credidisti. incipiat iam tibi caro placere, cuius artifex tantus est. 'sed et mundus', inquis, 'dei opus est, et tamen praeterit habitus huius mundi, apostolo quoque auctore, nec idcirco restitutio mundi praeiudicabitur, quia

26] I Cor. 7, 31.

1 aliquanto *FR*, aliquando *P* (*corr. R*) *M* 3 experiri ⟨est⟩ *scripsi:* experiri *PMF*, experire *Oehlerus* 7 in primis *R*, inprimis *PMF*, primus *Gel* 9 uituperationem laudatione depellas *Gel* 11 etiam *om. F* futtile *PM*, et futile *F* 14 ignei alicuius ⟨domini⟩ *fort.* (*cf. adu. omnes haereses cap. 6*) 21 non est eius *MF*, non est eius est *PR*[1], non eius est *R*[3] 22 et plures *PMF*, plures *Gel* clariores *scripsi:* duriores *PMNFB* quaeque *MF*, queque (e *pr. ex* o) *P*, quoque *R* 27 praeiudicabitur *FR*[3], praeiudicatur *PM* (*add.* bi *s. u. m. 1*) *R*[1]

dei opus est. et utique si uniuersitas inreformabilis post decessum, quid portio'? plane, si portio uniuersitati adaequatur. ad distantiam enim prouocamus: primo quidem, 'omnia' quod sermone dei facta sunt [et sine illo nihil], caro autem et sermone dei constitit propter formam, ne quid sine sermone ⟨fieret⟩ — faciamus enim hominem ante praemisit — et amplius manu propter praelationem, ne uniuersitati compararetur: et finxit, inquit, deus hominem. magnae sine dubio differentiae ratio, pro condicione scilicet rerum. minora enim quae fiebant eo, cui fiebant, si quidem homini fiebant, cui mox a deo addicta sunt. merito igitur, ut famula, iussu et imperio et sola uocali potestate uniuersa processerant, contra homo, ut dominus eorum, in hoc ab ipso deo extructus est. [ut dominus esse possit, dum fit a domino.] hominem autem memento carnem proprie dici, quae prior uocabulum hominis occupauit: et finxit deus hominem, limum de terra, — iam homo, qui adhuc limus — et insufflauit in faciem eius flatum uitae, et factus est homo, id est limus, in animam uiuam, et posuit deus hominem, quem finxit, in paradiso. adeo homo figmentum primo, dehinc totus. hoc eo commendarim, uti quicquid omnino homini a deo prospectum atque promissum est non soli animae uerum et carni scias debitum, [ut] si non ex consortio generis, certe uel ex priuilegio nominis.

4] cf. Ioh. 1, 3. 6] Gen. 1, 26. 8] Gen. 1, 27. 16] Gen. 2, 7. 19] Gen. 2, 8.

1 sibi *P* (*corr. R*) 2 adaequaretur *fort.* 3 primo quidem *cf. p. 33, 1:* persequar itaque propositum *sqq.* omnia = *uniuersa cf. l. 2. 7. 12.* omnia quod *F*, quod omnia *MP uulgo* 4 et sine illo nihil *seclusi: prorsus enim obscurant haec uerba antitheseos perspicuitatem* 4 nihil. caro *uulgo* 5 constetit *C* sermone. faciamus *uulgo* 6 fieret *addidi* 8 inquit, deus hominem *Gel:* deus hominem inquit *PMF* *intellego:* ratio (*scil. qua facta sunt et caro et reliqua*) magnae (*scil.* est) differentiae 10 siquidem *uulgo* 14 ut dominus—a domino *seclusi* (in hoc *intellege: ut dominus esse possit*) possit *PMF*, posset *Gel* 17 *parenthesin indicaui* 23 suas *M* ut *seclusi*

6. Persequar itaque propositum, si tamen tantum possim carni uindicare, quantum contulit illi qui eam fecit, iam tunc gloriantem, quod illa pusillitas, limus, in manus dei, quaecumque sunt, peruenit, satis beatus etsi solummodo contactus. quid enim, si nullo amplius opere statim de contactu dei figmentum constitisset? ⟨non⟩ adeo magna res, [agebatur] quae ista materia extruebatur. itaque totiens honoratur, quotiens manus dei patitur, dum tangitur, dum decerpitur, dum deducitur, dum effingitur. recogita totum illi deum occupatum ac deditum, manu sensu opere consilio sapientia prouidentia et ipsa inprimis adfectione, quae liniamenta ducebat. quodcumque enim limus exprimebatur, Christus cogitabatur, homo futurus, quod et limus, et caro sermo, quod et terra tunc. sic enim praefatio patris ad filium: faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. et fecit hominem deus, id utique quod finxit, ad imaginem dei fecit illum, scilicet Christi. et sermo enim deus, qui in effigie dei constitutus non rapinam existimauit pariari deo. ita limus ille iam tunc imaginem induens Christi futuri in carne non tantum dei opus erat sed et pignus. quo nunc facit ad infuscandam originem carnis nomen terrae uentilare, ut sordentis, ut iacentis elementi? cum, et si alia materia excudendo homini competisset, artificis fastigium recogitari oporteret, qui illam et eligendo dignam iudicasset et tractando fecisset. Phidiae manus Iouem Olympium ex ebore molitur, et adoratur nec iam bestiae, et quidem insulsissimae, deus est, sed

15] Gen. 1, 26. 18] cf. Phil. 2, 6.

2 illi *scripsi:* ille *PMF* 5 de contactu dei figmentum *scripsi:* figmentum de contactu dei *PMF* 6 non *addidi* 7 agebatur *seclusi:* ⟨sed⟩ a deo—agebatur *Eng* quae *PMF*, qua *R uulgo* 10 deditum *FGel:* dedicatum *P*, dedicatum *M* 12 ducebat *Urs:* decebat *PMF*, dictabat *Bmg*, ductabat *Pam* 13 limus, et *Eng:* limus et *uulgo* sermo caro *Gel* 17 Christum *Bmg* 19 pariari *R*[3] (*cf. adu. Marc. V, 20*): par in *PMFR*[1], parem esse *Rmg Oehlerus* 25 elegendo *C* fidiae *M*, fidei *P* (*corr. R*), fidii *F* 26 molitur et adoratur *PMF*, molitae adorantur *Gel* 27 sed *Gel:* et *PMF*

summum saeculi numen, non quia elephantus, sed quia Phidias tantus: deus uiuus, deus uerus quamcumque materiae uilitatem non de sua operatione purgasset et ab omni infirmitate sanasset? an hoc supererit, ut honestius homo deum quam hominem deus finxerit? nunc etsi scandalum limus, alia iam res est. carnem iam teneo, non terram, licet et caro audiat: terra es et in terram ibis. origo recensetur, non substantia. [reuocatur datum] est esse aliquid origine generosius et de mutatione felicius. nam et aurum terra, quia de terra, hactenus tamen terra, ex quo aurum, longe alia materia, splendidior atque nobilior, de obsoletiore matrice. ita et deo licuit carnis aurum de limi, quibus putas, sordibus excusato censu eliquasse.

7. Sed dilutior uideatur auctoritas carnis, quia non et ipsam proprie manus diuina tractauit, sicuti limum. * quando in hoc tractauerit limum, ut postmodum caro fieret ex limo, carni utique negotium gessit. sed adhuc uelim discas, quando et quomodo caro floruerit ex limo. neque enim, ut quidam uolunt, illae pelliciae tunicae, quas Adam et Eua paradisum exuti induerunt, ipsae erunt carnis ex limo reformatio, cum aliquanto prius et Adam substantiae suae traducem in feminae iam carne recognouerit — hoc nunc os ex ossibus meis et caro ex carne mea — et ipsa delibatio masculi in feminam carne suppleta sit, limo, opinor, supplenda, si Adam adhuc limus. obliteratus igitur et deuoratus est limus in

7] Gen. 3, 19. 19] cf. Gen. 3, 21. 22] Gen. 2, 23.

1 non quia elephantus *B*, elephantus *PMF* 2 et deus uerus *C* 6 iam *om. F* 7 et caro *PMF*, caro *Gel* 8 reuocatur datum *seclusi ut glossam interlinearem: concesserat auctor carnem quodammodo esse terram, sed abhinc quod dedit restringit:* est esse *cf. p. 114, 10. 11.* 9 de mutatione *scripsi:* demutatione *PMF* 11 obsoletiore *Gel:* obsolentiore *PMF* 13 excausato *F* 14 dilutior *PMF*, ne dilutior *B* 15 *lacunam signaui:* atenim *desideratur* 16 tractauerit *MF*, tractauit *P uulgo* 17 carni *PMF*, carnis *Gel* quando et quomodo *FGel:* quomodo et quando *PM* 21 feminae iam carne *PMF*, femina iam carnem *C*

carnem. quando? cum factus est homo in animam uiuam de dei flatu, uaporeo scilicet et idoneo torrere quodammodo limum in aliam qualitatem, quasi in testam, ita in carnem. sic et figulo licet argillam temperato ignis adflatu in materiam robustiorem recorporare et aliam ex alia stringere speciem, aptiorem pristina et sui iam generis ac nominis. nam et si scriptum est: numquid argilla dicet figulo? id est homo deo, et si apostolus: in testaceis, ait, uasculis, [tamen] et argilla homo, quia limus ante, et testa caro, quia ex limo per adflatus diuini uaporem. quam postea pelliciae tunicae, id est cutes superductae, uestierunt. usque adeo, si detraxeris cutem, nudaueris carnem. ita quod hodie spolium efficitur, si detrahatur, hoc fuit indumentum, cum superstruebatur. hinc et apostolus circumcisionem despoliationem carnis appellans tunicam cutem adfirmauit. haec cum ita sint, habes et limum de manu dei gloriosum et carnem de adflatu dei gloriosiorem, quo pariter caro et limi rudimenta deposuit et animae ornamenta suscepit. num es diligentior deo, uti tu quidem Scythicas et Indicas gemmas et Rubentis Maris grana candentia non plumbo, non aere, non ferro, ne argento quoque oblaquees, sed electissimo et insuper operosissimo descrobes auro, et unguentis pretiosissimis quibusque uasculorum prius congruentiam cures, proinde perspectae ferruginis gladiis uaginarum adaeques dignitatem, — deus uero animae suae umbram, spiritus sui auram, oris sui operam uilissimo alicui commiserit capulo et indigne collocando utique damnauerit? collocauit autem — an

1] cf. Gen. 2, 7. 7] Rom. 9, 20. 8] II Cor. 4, 7. 14] cf. Col. 2, 11.

2 uapore scilicet idoneo *Lat,* retorto quodammodo limo *Bmg* 5 fingere *Gel* 7 et si *scripsi:* etsi *PMF* 8 et si *scripsi:* etsi *PMF* 9 tamen *seclusi* 10 uaporem, quam *uulgo* 15 adfirmauit *PMF,* confirmauit *Gel* 18 num *scripsi:* non *PMF* 19 scitycas *PMF* 21 oblaquees sed R^3, oblaqueasset $PMFR^1$ 22 ⟨uinis item⟩ et unguentis *Gel, quem sequuntur reliqui* 24 perspectae *MFBmg:* perfectae *P uulgo* ferruginis *Bmg:* ferrugineis *PMF,* ferroginis *C*

potius inseruit et inmiscuit carni? tanta quidem concretione, ut incertum haberi possit, utrumne caro animam an carnem anima circumferat, utrumne animae caro an anima pareat carni. sed etsi magis animam inuehi atque dominari credendum est, ut magis deo proximam, hoc quoque ad gloriam carnis exuberat, quod proximam deo et continet et ipsius dominationis compotem praestat. quem enim naturae usum, quem mundi fructum, quem elementorum saporem non per carnem anima depascitur? quidni? per quam omni instrumento sensuum fulciatur, uisu auditu gustu odoratu contactu? per quam diuina potestate respersa est, nihil non sermone perficiens, uel tacite praemisso? et sermo enim de organo carnis est. artes per carnem, studia ingenia per carnem, opera negotia officia per carnem, atque adeo totum uiuere animae carnis est, ut non uiuere animae ⟨nil⟩ aliud sit quam a carne diuertere. sic etiam ipsum mori carnis est, cuius et uiuere. porro si uniuersa per carnem subiacent animae, carni quoque subiacent. per quod utaris, cum eo utaris necesse est. ita caro, dum ministra et famula animae deputatur, consors et coheres inuenitur. si temporalium, cur non et aeternorum?

8. Et haec quidem uelut de publica forma humanae condicionis suffragium carni procurauerim. uideamus nunc de propria etiam Christiani nominis forma, quanta huic substantiae friuolae ac sordidae apud deum praerogatiua sit, etsi sufficeret illi, quod nulla omnino anima salutem possit adipisci nisi, dum est in carne, crediderit; adeo caro salutis est cardo. de qua cum anima deo alligatur, ipsa est, quae efficit, ut anima alligari possit. scilicet caro abluitur, ut anima

3 pareat *PMF*, appareat *Gel* 4 etsi *Gel:* et *PMF* 10 fulta est *Gel* 15 nil *add.* *R*[3] 18 subiacent (*alt.*) *Gel:* iacent *F*, subiaceant *PM* utaris ⌞cum eo utaris⌟ *B*, utaris *PMF* 23 suffragium *MF*, suffragia *P*, ⟨in⟩ suffragium *Gel* 27 est (*prius*) *om.* *Gel* 28 denique cum *Urs* alligatur *F*, alligitur *PM*, allegitur *R uulgo* 29 alligari *F*, alligi *PM*, allegi *R uulgo* scilicet *Urs:* sed et *PMF*

emaculetur; caro unguitur, ut anima consecretur; caro signatur, ut et anima muniatur; caro manus impositione adumbratur, ut et anima spiritu inluminetur; caro corpore et sanguine Christi uescitur, ut et anima de deo saginetur. non possunt ergo separari in mercede quas opera coniungit. nam et sacrificia deo grata, conflictationes dico animae, ieiunia et seras et aridas escas et adpendices huius officii sordes, caro de proprio suo incommodo instaurat. uirginitas quoque et uiduitas et modesta in occulto matrimonii dissimulatio et una notitia eius de bonis carnis deo adolentur. age iam, quid de ea sentis, cum pro nominis fide in medium extracta et odio publico exposita decertat, cum in carceribus maceratur teterrimo lucis exilio penuria mundi squalore paedore contumelia uictus, ne somno quidem libera, quippe ipsis etiam cubilibus uincta ipsisque stramentis lancinata, cum iam et in luce omni tormentorum machinatione laniatur, cum denique suppliciis erogatur, enisa reddere Christo uicem moriendo pro ipso, et quidem per eandem crucem saepe, nedum per atrociora quoque ingenia poenarum? ne illa beatissima et gloriosissima, quae potest apud Christum dominum parere debito tanto, ut hoc solum debeat ei, quod ei debere desierit, hoc magis uincta quo absoluta!

9. Igitur ut retexam, quam deus manibus suis ad imaginem dei struxit, quam de suo adflatu ad similitudinem suae uiuacitatis animauit, quam incolatui fructui dominatui totius suae operationis praeposuit, quam sacramentis suis disciplinisque uestiuit, cuius munditias amat, cuius castigationes probat, cuius passiones sibi adpretiat, haecine non resurget, totiens dei? absit, absit, ut deus manuum suarum operam, ingenii sui curam, adflatus sui uaginam, molitionis suae

8 instaurat *Gel:* instauratur *PMF* 9 modesta *R*³, modestia *PMFR*¹ 10 adolentur *Gel:* adulentur *Bmg*, adolantur *PMF*, adulantur *Rmg* (*probat Eng*) 15 lancinata *R*, lacinata *PMF* 17 moriendo (*syll.* do *in ras.*) *M*, morientē *P* (*corr. m. 1*) 22 quo *FBmg*, quod *PM* (*sed* d *eras.*) 25 dominatui *om. F* 26 sacramentis *PM*, de sacramentis *F* 28 resurgeret *F* 29 absit absit *PMF*, absit *R*

reginam, liberalitatis suae heredem, religionis suae sacerdotem, testimonii sui militem, Christi sui sororem, in aeternum destituat interitum. bonum deum nouimus: solum optimum a Christo eius addiscimus. qui, dilectionem mandans post suam in proximum, faciet et ipse quod praecepit. diliget carnem tot modis sibi proximam: etsi infirmam, sed uirtus in infirmitate perficitur: etsi imbecillam, sed medicum non desiderant nisi male habentes: etsi inhonestam, sed inhonestioribus maiorem circumdamus honorem: etsi perditam, sed ego, inquit, ueni, ut quod periit saluum faciam: etsi peccatricem, sed malo mihi, inquit, salutem peccatoris quam mortem: etsi damnatam, sed ego, inquit, percutiam et sanabo. quid ea exprobras carni, quae deum expectant, quae in deum sperant? honorantur ab illo quibus subuenit. ausim dicere: si haec carni non accidissent, benignitas gratia misericordia omnis uis dei benefica uacuisset.

10. Tenes scripturas, quibus caro infuscatur: tene etiam quibus inlustratur; legis cum quando deprimitur, adige oculos et cum quando releuatur. omnis caro foenum. non hoc solum pronuntiauit Esaias, sed et: omnis caro uidebit salutare dei. notatur in Genesi dicens deus: non manebit spiritus meus in hominibus istis, quia caro sunt. sed et auditur per Iohelem: effundam de spiritu meo in omnem carnem. apostolum quoque ne de uno

3] cf. Matth. 19, 17; Luc. 18, 19. 4] cf. Matth. 22, 37. 6] II Cor. 12, 9. 7] Luc. 5, 31. 9] I Cor. 12, 23. 10] Luc. 19, 10. 11] Ez. 18, 23. 13] Deut. 32, 39. 20] Es. 40, 6. 22] Gen. 6, 3. 24] Ioel 3, 1.

3 nouimus solum, optimum *Rig* (*sed optimus = bonus, pessimus = malus auctori sollemne est*) 5 facit *Bmg* 14 *signum interrogationis posui* honorantur *PMF*, <quae> honorantur *Gel* 15 subuenit? ausim *uulgo* 17 uacuasset *F*, uacauisset *Rmg* 20 cum quando *PMF*, tum quando *Pam*, cum caro *Rig* releuatur *R*, reuelatur *PMF* hoc *om. Gel; nescio an inuertendus sit uerborum ordo, ut* omnis caro foenum *post* Esaias *collocetur* 22 deus *om.* *R*[3]

stilo noris, quo carnem plerumque compungit. nam etsi negat habitare boni quicquam in carne sua, etsi adfirmat eos, qui in carne sint, deo placere non posse, quia concupiscat aduersus spiritum, et si qua alia ita ponit, ut carnis non tam actus, sed substantia inhonoretur, dicemus quidem alibi nihil proprie carni exprobrari oportere nisi in animae suggillationem, quae carnem ministerio sibi subigit, uerum interim et in illis litteris Paulus est, cum stigmata Christi in corpore suo portat, cum corpus nostrum ut dei templum uitiari uetat, cum corpora nostra membra Christi facit, cum monet tollere et magnificare deum in corpore nostro. itaque si ignominiae carnis resurrectionem eius expellunt, cur non dignitates potius inducent? quoniam deo magis congruit in salutem redigere quod reprobarit interdum, quam in perditionem dedere quod etiam probarit.

11. Hucusque de praeconio carnis aduersus inimicos et nihilominus amicissimos eius. nemo enim tam carnaliter uiuit quam qui negant carnis resurrectionem. negantes enim poenam despiciunt et disciplinam. de quibus luculente et paracletus per prophetidem Priscam: carnes sunt, et carnem oderunt. quam si tanta auctoritas munit, quanta illi ad meritum salutis patrocinari possit, numquid etiam dei ipsius potentiam et potestatem et licentiam recensere debemus, an tantus sit, qui ualeat dilapsum et deuoratum et quibuscumque modis ereptum tabernaculum carnis reaedificare atque restituere? an et aliqua nobis exempla huius sui iuris in publico naturae promulgarit? ne qui forte adhuc sciant deum nosse,

1] cf. Rom. 7, 18. 2] cf. Rom. 8, 8. 3] cf. Gal. 5, 17. 8] cf. Gal. 6, 17. 9] cf. I Cor. 3, 16—17. 10] cf. I Cor. 6, 15. cf. I Cor. 6, 20.

4 tam *scripsi:* tamen *PMF* 5 actus, sed substantia *scripsi:* substantia sed actus *PMF* 7 et *om.* R^3 11 si *om.* *F* 15 <aliquando> probauit *Pam* (*ex Vaticano nescio quo*) probarit *scripsi:* probauit *PMF* 19 luculente *PM*, luculenter *FR* 25 exeptum *F* 27 promulgarit R^3, promulgaret *PMF*, promulgauit *Urs* et qui *F* sciant GR^3, siciant $PMFR^1$, nesciant *Urs*

qui non alia lege credendus est, quam ut omnia posse credatur, plane apud philosophos habes, qui mundum hunc ⟨non⟩ innatum infectumque defendant. sed multo melius, quod omnes fere haereses natum et factum mundum annuentes conditionem deo nostro adscribunt. igitur confide illum totum hoc ex nihilo protulisse et deum nosti fidendo, quod tantum deus ualeat. nam et quidam, infirmiores hoc prius credere, de materia potius subiacenti uolunt ab illo uniuersitatem dedicatam secundum philosophos. porro et si ita in uero haberet, cum tamen longe alias substantias longeque alias species ex reformatione materiae diceretur protulisse quam fuisset ipsa materia, non minus defenderem ex nihilo eum protulisse, si ea protulerat, quae omnino non fuerant. quo enim interest ex nihilo quid proferri an ex aliquo, dum quod non fuit fiat, quando etiam non fuisse nihil sit fuisse? sic et fuisse e contrario non nihil est fuisse. nunc etsi interest, tamen utrumque mihi adplaudit. siue enim ex nihilo deus molitus est cuncta, poterit et carnem in nihilum perductam exprimere de nihilo: siue de materia modulatus est alia, poterit et carnem quocumque dehaustam euocare de alio. et utique idoneus est reficere qui fecit: quanto plus est fecisse quam refecisse, initium dedisse quam reddidisse, ita restitutionem carnis faciliorem credas institutione.

12. Aspice nunc ad ipsa quoque exempla diuinae potestatis. dies moritur in noctem et tenebris usquequaque sepelitur. funestatur mundi honor, omnis substantia denigratur. sordent silent stupent cuncta, ubique iustitium est. [quies rerum] ita lux amissa lugetur. et tamen rursus cum suo cultu cum † dote cum sole eadem et integra et tota uniuerso orbi

1 credatur? plane *uulgo* 2 non *addidi* 7 credere *om. F* de materia ⟨de materia⟩ potius *Oehlerus* 9 haberet *scripsi:* haberetur *PMF* 10 tamen *PMF*, tam *R* 13 fuerat *M* (n *s. u.*) 15 e contrario (e *s. u.*) *M* 17 nihil adplaudit *F* 18 perductam *Urs:* productam *PMF,* prodactam *Oehlerus* 19 modulatus *FR*[1]*mg* (*ex Hirsaugiensi*) *Bmg Gel:* moderatus *PM* aliam *Bmg* 21 fecit: quanto *Eng:* fecit, quanto *uulgo* 22 reddidisse, ita *Eng:* reddidisse. ita *uulgo* 24 usque quaque (*prius* que *s. u. a m. 2*) *M* 25 omni *P* (*corr. R*) 26 quies rerum *seclusit Rig*

reuiuescit, interficiens mortem suam, noctem, rescindens sepulturam suam, tenebras, heres sibimet existens, donec et nox reuiuescat, cum suo et illa suggestu. redaccenduntur enim et stellarum radii, quos matutina succensio extinxerat; reducuntur et siderum absentiae, quas temporalis distinctio exemerat; redornantur et specula lunae, quae menstruus numerus adtriuerat. reuoluuntur hiemes et aestates, uerna et autumna cum suis uiribus moribus fructibus. quippe etiam terrae de caelo disciplina est: arbores uestire post spolia, flores denuo colorare, herbas rursus imponere, exhibere eadem quam absumpta sint semina nec prius exhibere quam absumpta. mira ratio: de fraudatrice seruatrix; ut reddat, intercipit; ut custodiat, perdit; ut integret, uitiat; ut etiam ampliet, prius decoquit. siquidem uberiora et cultiora restituit quam exterminauit, reuera fenore interitu et iniuria usura et lucro damno. semel dixerim: uniuersa conditio recidiua est. quodcumque conueneris, fuit; quodcumque amiseris, ⟨erit.⟩ nihil non iterum est; omnia in statum redeunt cum abscesserint, omnia incipiunt cum desierint. ideo finiuntur, ut fiant; nihil deperit nisi in salutem. totus igitur hic ordo reuolubilis rerum testatio est resurrectionis mortuorum. operibus eam praescripsit deus ante quam litteris, uiribus praedicauit ante quam uocibus. praemisit tibi naturam magistram, summissurus et prophetiam, quo facilius credas prophetiae discipulus naturae, quo statim admittas, cum audieris quod ubique iam uideris, nec dubites deum carnis etiam resuscitatorem, quem omnium noris restitutorem. et utique si omnia homini resurgunt, cui procurata sunt, porro non homini nisi et carni, quale est, ut ipsa depereat in totum, propter quam et cui nihil deperit?

3 illorum *F* 4 succensio *Bmg Gel:* suggestio *PM*, suggesto *F,* successio *Eng* 6 redonantur *R*¹ 7 uerna *Rig:* et uerna *PMF* 10 imponere *nescio an corruptum* 10 eadem quam *M* (eadem *s. u. a m. 2*), eadem quae *FR uulgo,* quam *P* (*corr. R in mg. sec. Hirsaugiensem*) 17 cognoueris *Bmg* erit *addidi* 18 ⌊omnia incipiunt, cum desierint⌋ ideo finiuntur *B*, ideo finiuntur *PMF* 25 nec *R,* ne *PMF* dubitas *P* (*corr. R*) 26 quem *R*³, qui *PMFR*¹

13. Si parum uniuersitas resurrectionem figurat, si nihil tale conditio signat, quia singula eius non tam mori quam desinere dicantur nec redanimari sed reformari existimentur, accipe plenissimum atque firmissimum huius spei specimen, siquidem animalis est res, et uitae obnoxia et morti: illum dico alitem orientis peculiarem, de singularitate famosum, de posteritate monstruosum, qui semetipsum libenter funerans renouat, natali fine decedens atque succedens, iterum phoenix ubi nemo iam, iterum ipse qui non iam, alius idem. quid expressius atque signatius in hanc causam? aut cui alii rei tale documentum? deus etiam ⟨in⟩ scripturis suis: et florebis enim, inquit, uelut phoenix, id est de morte, de funere, uti credas de ignibus quoque substantiam corporis exigi posse. multis passeribus antestare nos dominus pronuntiauit: si non et phoenicibus, nihil magnum. sed homines semel interibunt, auibus Arabiae de resurrectione securis?

14. Talia interim diuinarum uirium liniamenta non minus parabolis operato deo quam locuto, ueniamus et ad ipsa edicta atque decreta eius, quo cum maxime diuisionem iustam materiae ordinamus: exorsi enim sumus ab auctoritate carnis, an ea sit, cui dilapsae salus competat, dehinc prosecuti de potentia dei, an tanta sit, quae salutem conferre dilapsae rei ualeat; nunc, si probauimus utrumque, uelim etiam de causa requiras, an sit aliqua tam digna, quae resurrectionem carnis necessariam et rationi certe omni modo debitam uindicet, quia subest dicere: etsi caro capax restitui, etsi diuinitas idonea restituendi, et sic causa restitutionis praeesse debebit. accipe igitur et causam, qui apud deum discis tam optimum quam et iustum, de suo optimum, de

11] Ps. 91, 13. 14] cf. Matth. 10, 33

2 signacula *Bmg* 8 fenix *PMF* 9 nemo iam *F*, iam nemo *PM* 11 in *add. Eng* florebis *MF*, florebit *P uulgo* 15 ⟨pronuntiauit similes⟩ et phoenicibus *Bmg* 19 quo cum maxime = *qua ipsa re* 20 iustam *scripsi:* istam *PMF* 23 ualeat *scripsi:* soleat *PMF* *post* ualeat *leuius distinxi* 27 et sic *Rmg B:* etsi *PMF*, sed *Gel*

nostro iustum. nisi enim homo deliquisset, optimum solummodo deum nosset ex naturae proprietate. at nunc etiam iustum eum patitur ex causae necessitate, tamen et hoc ipso optimum, dum et iustum. et bono enim iuuando et malo puniendo iustitiam exhibens utramque sententiam bono praestat, hinc uindicans istud, inde remunerans illud. sed cum Marcione plenius disces, an hoc sit dei totum. interim [talis est noster] merito iudex, quia dominus, merito dominus, quia auctor, merito auctor, quia deus. hinc et ille nescio quis haereticorum: merito non iudex, non enim dominus, merito non dominus, non enim auctor. nescio iam, si deus, qui nec auctor, quod deus, nec dominus, ⟨quod⟩ auctor. igitur si deo et domino et auctori congruentissimum est iudicium in hominem destinare de hoc ipso, an dominum et auctorem suum agnoscere et obseruare curarit an non, id utique iudicium [resurrectio] expunget. haec erit tota causa, immo necessitas resurrectionis, congruentissima scilicet deo, destinatori iudicii. de cuius dispositione dispicias, an utrique substantiae humanae diiudicandae censura diuina praesideat, tam animae quam et carni. quod enim congruet iudicari, hoc competet etiam resuscitari. dicimus plenum primo perfectumque credendum iudicium dei, ut ultimum iam atque exinde perpetuum, ut sic quoque iustum, dum non in aliquo minus, ut sic quoque deo dignum, dum pro tanta eius patientia plenum atque perfectum. atquin plenitudinem perfectionemque iudicii nonnisi de totius hominis repraesentatione constare. totum porro hominem ex utrius-

4 dum *Gel:* deum *PMF* 6 istud *om. Gel* 7 totum *PMF:* uotum *Bmg* an hoc sit dei totum *intellege: an iustum esse et in iusto bonum diuinitatis plenitudinem complectatur* 8 talis est noster *seclusi* noster merito *PM*, merito noster *F* 10 dominus *F*, deus *PM* 12 ⟨quod⟩ auctor *Gel:* auctor *PMF* 13 auctori *B*, non auctori *PMF* 15 curarit *Gel:* curaret *PMF* 16 id utique *scripsi:* itaque *PMF*, utique *Gel* resurrectio *seclusi* 17 resurrectionis *R*, rerectionis *PMF* 18 scilicet R^3, scilicet et $PMFR^1$ destinatori *scripsi:* destinatio *PMF* iudicii R^3, dicis $PMFR^1$ 24 dignum deo *F* 25 atquin *scripsi:* itaque *PMF*

que substantiae concretione parere, idcircoque in utraque exhibendum quem totum oporteat iudicari, qui nisi totus utique non uixerit. qualis ergo uixerit, talem iudicatuiri, quia de eo, quod uixerit, habeat iudicari. uita est enim causa iudicii, per tot substantias dispungenda per quot et functa est.

15. Age iam scindant aduersarii nostri carnis animaeque contextum prius in uitae administratione, ut ita audeant scindere illud etiam in uitae remuneratione. negent operarum societatem, ut merito possint etiam mercedum negare. non sit particeps in sententia caro, si non fuerit et in causa. sola anima reuocetur, si sola decedit. at enim non magis sola decedit quam sola decucurrit illud, unde decedit, uitam hanc dico. adeo autem non sola anima transigit uitam, ut nec cogitatus, licet solos, licet non ad effectum per carnem deductos, auferamus a collegio carnis, siquidem in carne et cum carne et per carnem agitur ab anima quod agitur in corde. hanc denique carnis speciem arcem animae etiam dominus in suggillatione cogitatuum taxat: quid cogitatis in cordibus uestris nequam? et: qui conspexerit ad concupiscendum, iam adulterauit in corde. adeo et sine opere et sine effectu cogitatus carnis est actus. sed etsi in cerebro uel in medio superciliorum discrimine uel ubiubi philosophis placet principalitas sensuum consecrata est, quod ἡγεμονικόν appellatur, caro erit omne animae cogitatorium. numquam anima sine carne est, ⟨quamdiu in carne est.⟩ nihil non cum illa agit, sine qua non est. quaere

19] Matth. 9, 4. 20] Matth. 5, 28.

1 concretione *Bmg*, congregatione *PMF* 3 iudicatuiri *scripsi* (*cf. Wölffl. Arch. f. lat. Lexicogr. II 349*)*:* iudicaturi *PM*, iudicari *FR uulgo* 5 dispungendi, per quot et functa est⟨uita⟩ *fort.* 9 operum *C* 10 mercedum *scripsi:* mercedem *PMF* 13 decurrit *C* 14 sola *MFGel:* solum *P* 15 effectum *Gel:* adfectum *PMF* 19 suggillatione *Gel:* sugillationem *PMF* 21 ⟨mulierem⟩ ad concupiscendum *CPam Rig, Oehlerus: sed cf. de anima c. 40 et 58* 23 uel—placet *in ras. M* 24 ubiubi *Gel:* ubi *PMF* 25 egemonicon *PMF*, hegemonicon *Gel* 26 quamdiu in carne est *Gel: om. PMFB*

adhuc, an cogitatus quoque per carnem administrantur, qui per carnem dinoscuntur extrinsecus. uolutet aliquid anima: uultus operatur indicium, facies intentionum omnium speculum est. negent factorum societatem cui negare non possunt cogitatorum. et illi quidem delinquentias carnis enumerant: ergo peccatrix tenebitur supplicio. nos uero etiam uirtutes carnis opponimus: ergo et bene operata tenebitur praemio. et si anima est, quae agit et impellit in omnia, carnis obsequium est. deum non licet aut iniustum iudicem credi aut inertem; iniustum, si sociam bonorum operum a praemiis arceat, inertem, si sociam malorum a suppliciis secernat, cum humana censura eo perfectior habeatur, quo etiam ministros facti cuiusque deposcit, nec parcens nec inuidens illis, quominus cum auctoribus aut poenae aut gratiae communicent fructum.

16. Sed cum imperium animae, obsequium carni distribuimus, prospiciendum est, ne et hoc alia argumentatione subuertant, ut uelint carnem secus in officio animae collocare, non quasi ministram, ne et sociam cogantur agnoscere. dicent enim ministros et socios habere arbitrium ministrandi atque sociandi et potestatem suae uoluntatis in utrumque, homines scilicet et ipsos; idcirco cum auctoribus merita communicare, quibus operam sponte accommodarint: carnem autem nihil sapientem, nihil sentientem per semetipsam, non uelle non nolle de suo habentem, uice potius uasculi apparere animae, ut instrumentum, non ut ministerium. itaque animae † solius iudicium praesidere, qualiter usa sit uasculo carnis, uasculum uero ipsum non esse sententiae obnoxium, quia nec calicem damnari, si quis eum ueneno temperarit, nec gladium ad

1 administrantur *PMF*, administrentur *Gel* 12 quo *PMF*, quod *Gel* 17 et hoc *NPam:* et ex hoc *PMF* 18 secus *scripsi:* sic *PMF* 19 ne et *PMF*, ne ex hoc *C* 21 homines scilicet et ipsos: *intellege: cum et ipsi* (*sc. ministri*) *sint homines* 23 accommodarint *PMF*, accommodant *Gel* 26 animae soli iudic⟨andae diuinum iudic⟩ium praesidere *fort.* (*cf.* *43, 19*), animae solius iudicio ⟨iudice⟩m praesidere *Eng* 29 damnari *PMF*, damnaris *Gel*

bestias pronuntiari, si quis eo latrocinium fuerit operatus. iam ergo innocens caro ex ea parte, qua non reputabuntur illi operae malae, et nihil prohibet innocentiae nomine saluam eam fieri. licet enim nec bona opera reputentur illi sicut nec mala, diuinae tamen benignitati magis competit innocentes liberare. beneficos enim debet; optimi est autem, etiam quod non debetur offerre. et tamen calicem, non dico uenenarium, in quem mors aliqua ructarit, sed frictricis uel archigalli uel gladiatoris aut carnificis spiritu infectum, quaero, an minus damnes quam oscula ipsorum? nostris quoque sordibus nubilum uel non pro animo temperatum elidere solemus, quo magis puero irascamur. gladium uero latrociniis ebrium quis non a domo tota, nedum a cubiculo, nedum a capitis sui officio religabit, praesumens scilicet nihil aliud se quam inuidias animarum somniaturum urguentium et inquietantium sanguinis sui concubinum? at enim et calix bene sibi conscius et de diligentia ministerii commendatus de coronis quoque potatoris sui inornabitur aut aspergine florum honorabitur, et gladius [bene] de bello cruentus et melior homicida laudem suam consecratione pensabit. est ergo et in uascula et in instrumenta sententiam figere, ut dominorum et auctorum meritis et ipsa communicent; ut huic quoque argumentationi satisfecerim, licet ab exemplo uacet diuersitas rerum. omne enim uas uel instrumentum aliunde in usus uenit, extranea omnino materia a substantia hominis; caro autem, ab exordio uteri consata conformata congenita animae, etiam in omni operatione miscetur illi. nam

1 pronuntiari *PMF*, pronuntiaris *Gel* 2 ea *om. Gel* 4 bonae operae *Pam* 6 beneficos (os *in ras. F*, -us *B*, -is *Gel*) enim debet. optimi est autem *FB*, beneficus enim est atque optimus, debet autem *PM* 7 debetur *MF*, deberetur *P* 8 ructarit *Gel:* ructaret *PMF* frictricis *Gel:* fictricis *PMF* 12 uero *Gel:* uel *PMF* 14 inuidias *scripsi (Vorwürfe):* inuidia *PMFR*¹, inludia *R*³, inuidiam *Rig* 17 de coronis *B*, coronis *PMF* ministri *Bmg* 18 inornabitur *B*, inorbitur *PM*, morbitur *F* honorabitur. et *uulgo* 19 bene *seclusi* (*ex 16 irrepsisse uidetur*) 20 est *Pam:* estne *PMF* 25 consata *PMF*, consita *R uulgo* confirmata *F*

etsi uas uocatur apud apostolum, quod iubet in honore tractare, eadem tamen ab eodem homo appellatur exterior, ille scilicet limus, qui prior titulo hominis incisus est, non calicis aut gladii aut uasculi ullius. uas enim capacitatis nomine dicta est, qua animam capit et continet, homo uero de communione naturae, quae eam non instrumentum in operationibus praestat, sed ministerium. ita et [ministerium] tenebitur iudicio, ut de suo nihil sapiat, quia portio est eius, quae sapit, non suppellex. hoc et apostolus, sciens nihil carnem agere per semetipsam quod non animae deputetur, nihilominus peccatricem iudicat carnem, ne eo, quod ab anima uideatur impelli, iudicio liberata credatur. sic et cum aliquas laudis operas carni indicit: glorificate, tollite deum in corpore uestro, certus et hos conatus ab anima agi, idcirco tamen et carni eos mandat, quia et illi fructum repromittit. alioquin nec exprobratio competisset in alienam culpae nec adhortatio in extraneam gloriae; et exprobratio enim et exhortatio uacarent erga carnem, si uacaret et merces, quae in resurrectione captatur.

17. Simplicior quisque fautor sententiae nostrae putabit carnem etiam idcirco repraesentandam esse iudicio, quia aliter anima non capiat passionem tormenti seu refrigerii, utpote incorporalis. hoc enim uulgus existimat. nos autem animam corporalem et hic profitemur et in suo uolumine probauimus, habentem proprium genus [substantiae] soliditatis, per quam quid et sentire et pati possit. nam et nunc animas torqueri fouerique penes inferos, licet nudas, licet adhuc exules carnis,

1] cf. I Thess. 4, 4. 2] cf. I Thess. 4, 8. 10] cf. Rom. 8, 3. 13] I Cor. 6, 20.

1 quod *scripsi:* quam *PMF* tractare *PMF*, tractari *Gel* 2 appellatur exterior *PMF*, exterior appellatur *Gel* 6 praestat *PMF*, habet *Gel* 7 ministerium *seclusi* 8 ut *PMF*, etsi *Gel* 9 suppellex *PM*, supellex *F*, supplex *Bmg* 13 glorificate, ⟨inquit, et⟩ tollite *Pam* 14 conatus *MFR*³, coronatus *PR*¹ 15 repromittit *B*, repromittunt *PMF* 16 culpam *Bmg* 17 gloriam *Bmg* 22 autem *om. F* 23 probauimus *M. Schanz (R. L. G. III, 292):* probamus *PMF* 24 substantiae *seclusi:* substantiuae *R*¹*mg*, substantiae ⟨ac⟩ soliditatis *Eng*

probabit Lazari exemplum. dedi igitur aduersario dicere: ergo quae habet corpulentiam propriam de suo sufficiet ad facultatem passionis et sensus, ut non egeat repraesentatione carnis. immo eatenus egebit, non qua sentire quid sine carne non possit, sed qua necesse est illam etiam cum carne sentire. quantum enim ad agendum de suo sufficit, tantum et ad patiendum. ad agendum autem minus de suo sufficit. habet enim de suo solummodo cogitare uelle cupere disponere, ad perficiendum autem operam carnis expectat. sic itaque et ad patiendum societatem carnis expostulat, ut tam plene per eam pati possit quam sine ea plene agere non potuit. et ideo in quae de suo sufficit, eorum interim sententiam pendit, concupiscentiae et cogitatus et uoluntatis. porro si haec satis essent ad plenitudinem meritorum, ut non requirerentur et facta, sufficeret in totum anima ad perfectionem iudicii, de his iudicanda, in quae agenda sola suffecerat. cum uero etiam facta deuincta sint meritis, facta autem per carnem administrentur, iam non sufficit animam sine carne foueri siue cruciari pro operibus etiam carnis. etsi habet corpus, etsi habet membra, proinde illi non sufficiunt ad sentiendum quam nec ad agendum perfecte. idcirco pro quo modo egit, pro eo et patitur apud inferos, prior degustans iudicium, sicut prior induxit admissum, expectans tamen et carnem, ut per illam etiam facta compenset, cui cogitata mandauit. denique haec erit ratio in ultimum finem destinati iudicii, ut exhibitione carnis omnis diuina censura perfici possit. alioquin non sustineretur in finem, quod et nunc animae decerpuntur apud inferos. [si solis animabus destinaretur.]

18. Hucusque praestructionibus egerim ad muniendos sensus omnium scripturarum, quae carnis recidiuatum pollicentur.

1 probabit *PMF*, probauit *Gel* 2 sufficiat *F* 4 qua *FR*[3], quia *PMR*[1] 5 qua *FR*[3], quia *PMR*[1] 6 etiam ad *C* 19 carnis, etsi *uulgo* 20 proinde *scripsi:* quae proinde *PMF* 21 quam nec *scripsi:* nec *PMF*, ⟨plene, quemadmodum⟩ nec *Gel reliqui* quo *PM:* quoquo *FPam Rig Oehlerus* 27 sustinuerunt *F* 28 decerpuntur (*id est carpuntur, puniuntur*) *PMF*, decerpunt *Gel reliqui* si—destinaretur *secl. Eng ut interpretamentum uocabuli* alioquin

cui cum tot auctoritates iustorum patrociniorum procurent, honores dico substantiae ipsius, tum uires dei, tum exempla earum, tum rationes iudicii et necessitates ipsius, utique secundum praeiudicia tot auctoritatum scripturas intellegi oportebit, non secundum ingenia haereticorum, de sola incredulitate uenientia, quia incredibile habeatur restitui substantiam interitu subductam, non quia et substantiae ipsi inemeribile sit aut deo impossibile aut iudicio inhabile. plane incredibile, si nec praedicatum diuinitus fuerit; nisi quod etsi praedicatum id a deo non fuisset, ultro praesumi debuisset, ut propterea non praedicatum, quia tot auctoritatibus praeiudicatum. at cum diuinis quoque uocibus personat, tanto abest, ut aliter intellegatur quam desiderant illa, a quibus etiam sine diuinis uocibus persuadetur. uideamus igitur hoc primum, quonam titulo spes ista proscripta sit. unum, opinor, apud omnes edictum dei pendet: resurrectio mortuorum. duo uerba expedita decisa detersa. ipsa conueniam, ipsa discutiam, cui se substantiae addicant. cum audio resurrectionem homini inminere, quaeram necesse est, quid eius cadere sortitum sit, siquidem nihil resurgere expectabit nisi quod ante succiderit. qui ignorat carnem cadere per mortem, potest eam nec stantem nosse per uitam. sententiam dei natura pronuntiat: terra es et in terram ibis, et qui non audit, uidet: nulla mors non ruina membrorum. hanc corporis sortem dominus quoque expressit, cum ipse substantia indutus diruite, inquit, templum istud, et ego illud triduo resuscitabo. ostendit enim, cuius sit

23] Gen. 3, 19. 26] Ioh. 2, 19. 27] cf. Ioh. 2, 21.

1 tot auctoritates iustorum R^3, tota auctoritate si iustorum *PMFR*[1] 7 et *PMF*, aut *Gel* 8 inhabile *B*, inhabitabile *PMF* 9 praedicatum *FGel:* praeiudicatum *PM* 12 personet *Rig* 14 persuadetur *Gel:* persuadeatur *PMF*, persuadebatur *Eng* 15 titulo *MF*, stilo *PC* 20 sortitum sit *PM*, sortitum *F* 23 sententiam dei terra es et in terram ibis natura pronuntiat *fort.* 24 audit *PF*, audiit *M*, audiuit *Pam* membrorum *PMF*, membrorum est *B* 25 cum *om. Gel* ipse *Eng:* ipsa *PMF*

dirui, cuius elidi, cuius iacere, cuius et releuari et resuscitari. — quamquam et animam circumferret trepidantem usque ad mortem, sed non cadentem per mortem, — quia et scriptura de corpore, inquit, suo dixerat. atque adeo caro est, quae morte subruitur, ut exinde a cadendo cadauer renuntietur. anima porro nec uocabulo cadit, quia nec habitu ruit. atquin ipsa est, quae ruinam corpori infert, cum efflata est, sicut ipsa est, quae illud de terra suscitauit ingressa. non potest cadere quae suscitauit ingressa; non potest ruere quae elidit egressa. artius dicam: ne in somnum quidem cadit anima cum corpore, ne tum quidem sternitur cum carne, sedenim agitatur in somnis et iactitatur; quiesceret autem, si iaceret. ita nec in ueritate mortis cadit quae nec in imagine eius ruit. sequens nunc uocabulum mortuorum aeque dispice, cui substantiae insidat. quamquam in hac materia admittamus interdum mortalitatem animae assignari ab haereticis, ut, si anima mortalis resurrectionem consecutura est, praeiudicium sit et carni non minus mortali resurrectionem communicaturae, sed nunc proprietas uocabuli uindicanda est suae sorti. iam quidem eo ipso, quod resurrectio caducae rei est, id est carnis, eadem erit et in nomine mortui. [quia caducae rei est resurrectio quae dicitur mortuorum] sic et per Abraham, patrem fidei, diuinae familiaritatis uirum, discimus. postulans enim Sarrae humandae locum de filiis Heth: date ergo, inquit, mihi possessionem

2] cf. Matth. 26, 38. 4] Ioh. 2, 21. 25] Gen. 23, 4.

1 cuius et *PMF*, eius et *Pam* 2 circumferret *Pam:* circumferet *FM*, circumferat *P* 5 enuntietur *Gel* 6 atqui *C* 8 suscitauit *R*³, suscitabit *PMFR*¹ ingressa *M* (*syll.* in *in ras.*), $\overset{\text{in}}{\text{ę}}$gressa *P* (*corr. m. 1*) non potest—ingressa *om. P* (*add. in mg. R ex Hirsaugiensi*) *M* (*add. in mg. m. 2*) 9 suscitauit *F*, suscitabit *Pam* 11 sedenim *PMF*, etenim *C* 12 si iaceret *PMF*, si iaceret ⌊et iaceret, si caderet⌋ *B reliqui* 13 ueritate *PMF*, ueritatem *Gel* 14 imagine *PMF*, imaginem *Gel* 21 rei istud est carnis *MF* 22 quia—mortuorum *seclusi* 24 sarrae *PM*, sarae *F* 25 Heth *R*, eth *PMF*, Cheth *Gel*

sepulcri uobiscum, et humabo mortuum meum, carnem scilicet. neque enim animae humandae spatium desiderasset, et si anima mortalis crederetur, et si mortuus dici mereretur. quodsi mortuus corpus est, corporum erit resurrectio, cum dicitur mortuorum.

19. Et haec itaque dispectio tituli et praeconii ipsius, fidem utique defendens uocabulorum, illuc proficere debebit, ut, si quid diuersa pars turbat obtentu figurarum et aenigmatum, manifestiora quaeque praeualeant et [de] incertis certiora praescribant. nacti enim quidam sollemnissimam eloquii prophetici formam, allegorici et figurati plerumque, non tamen semper, resurrectionem quoque mortuorum manifeste adnuntiatam in imaginariam significationem distorquent, adseuerantes ipsam etiam mortem spiritaliter intellegendam. non enim hanc esse in uero, quae sit in medio, discidium carnis atque animae, sed ignorantiam dei, per quam homo mortuus deo non minus in sepulcro iacuerit quam in errore. itaque et resurrectionem eam uindicandam, qua quis adita ueritate redanimatus et reuiuificatus deo ignorantiae morte discussa uelut de sepulcro ueteris hominis eruperit, quia et dominus scribas et Pharisaeos sepulcris dealbatis adaequauerit. exinde ergo resurrectionem fide consecutos cum domino esse, cum eum in baptismate induerint. hoc denique ingenio etiam in conloquiis saepe nostros decipere consuerunt, quasi et ipsi resurrectionem carnis admittant. 'uae', inquiunt, 'qui non in hac carne resurrexerit'; ne statim illos percutiant, si resurrectionem statim abnuerint. tacite autem secundum conscientiam suam

20] cf. Eph. 4, 22; Col. 3, 9. 21] cf. Matth. 23, 27.

1 mortuum meum *Gel:* mortuam meam *PMFC* 4 mortuum *B* 7 si quid diuersa pars *FB*, si qua pars diuersa *PM* 9 praeualeatur *F* de *seclusi* (*irrepsisse uidetur ex 54, 2*) 10 praescribatur *F* 14 mortem *om. P* (*add. R ex Hirsaugiensi*) 15 discidium *FGel:* dissidium *PM* 17 *ordinem uerborum inuerti:* in errore iacuerit quam in sepulcro *PMF* 18 adita R^3, addita $PMFR^1$ 19 morte *M* (*in ras.*) 22 cum eum in baptismate *B*, cum baptisma *PMF* 24 consuerunt *PM*, consueuerunt *F*

hoc sentiunt: uae, qui non, dum in hac carne est, cognouerit arcana haeretica; hoc est enim apud illos resurrectio. sed et plerique ab excessu animae resurrectionem uindicantes de sepulcro exire de saeculo euadere interpretantur, quia et saeculum mortuorum sit habitaculum, id est ignorantium deum, uel etiam de ipso corpore, quia et corpus uice sepulcri conclusam animam in saecularis uitae morte detineat.

20. Ob huiusmodi igitur coniecturas primam praestructionem eorum depellam, qua uolunt omnia prophetas per imagines contionatos; quando, si ita esset, ne ipsae quidem imagines distingui potuissent, si non et ueritates praedicatae fuissent, ex quibus imagines deliniarentur. atque adeo si omnia figurae, quid erit illud, cuius figurae? quomodo speculum obtendes, si nusquam est facies? adeo autem non omnia imagines sed et ueritates, nec omnia umbrae sed et corpora, ut in ipsum quoque dominum insigniora quaeque luce clarius praedicarentur. nam et uirgo concepit in utero non figurate, et peperit Emmanuhelem, nobiscum deum, [Iesum] non oblique; et si oblique 'accepturum uirtutem Damasci et spolia Samariae', sed manifeste 'uenturum in iudicium cum presbyteris et principibus populi'. nam et tumultuatae sunt gentes in persona Pilati, et populi meditati sunt inania in persona Israhelis; astiterunt reges terrae, Herodes, et archontes congregati sunt in unum, Annas et Caiphas, aduersus dominum et aduersus Christum eius. qui et tamquam ouis ad iugulationem adductus est, et tamquam agnus ante tondentem, scilicet Herodem, sine uoce — sic non aperuit os suum — dorsum suum

18] cf. Es. 7, 14; Matth. 1, 23. 20] cf. Es. 8, 4. 21] cf. Es. 3, 14. 22] Ps. 2, 1—2. 27] Es. 53, 7. 29] cf. Es. 50, 6.

6 uel *om. F* 8 detinebat *Gel* 13 diliniarentur *M* 14 obtendas *P* (*corr. R*) 19 deum *Pam:* dominum *PMF* Iesum *seclusi* 22 principibus *PMF*, archontibus *Gel* 27 iugulationem *PMF*, uictimam *Gel* 28 tondentem <se> *Gel* 29 sine uoce; sic non aperuit os suum; dorsum *uulgo: rectius distinxit Eng* suum (*prius*) *om. F*

ponens ad flagella et maxillas in palmas et faciem non auertens a sputaminum iaculis; deputatus etiam inter iniquos, perfossus manus et pedes, sortem passus in uestimento et potus amaros et capitum inridentium nutus, triginta argenteis adpretiatus a proditore. quae hic figurae apud Esaiam, quae imagines apud Dauid, quae aenigmata apud Hieremiam, ne uirtutes quidem eius per parabolas profatos? aut numquid nec oculi patefacti sunt caecorum, nec inclaruit lingua mutorum, nec manus aridae et genua dissoluta reualuerunt, nec claudi salierunt ut ceruus? quae si et spiritaliter quoque interpretari solemus secundum comparationem animalium uitiorum a domino remediatorum, cum tamen et carnaliter adimpleta sunt, ostendunt prophetas in utramque speciem praedicasse, saluo eo, quod plures uoces eorum nudae et simplices et ab omni allegoriae nubilo purae defendi possunt: ut cum exitus gentium et urbium resonant, Tyri et Aegypti et Babylonis ⟨et⟩ Idumaeae et Cartaginensium nauium, ut cum ipsius Israhelis plagas aut uenias, captiuitates, restitutiones ultimaeque dispersionis exitum perorant. quis haec interpretabitur magis quam recognoscet? res in litteris tenentur, ut litterae in rebus leguntur. ita non semper nec in omnibus allegorica forma est prophetici eloquii, sed interdum et in quibusdam.

21. Si ergo interdum et in quibusdam, inquis, cur non et in edicto resurrectionis spiritaliter intellegendae? quoniam quidem plurima ratio intercedit. primo enim quid facient tot alia instrumenta diuina, ita aperte corporalem contestantia resurrectionem, ut nullam admittant figuratae signifi-

2] cf. Es. 53, 12. 3] cf. Ps. 21, 17. 19. 4] cf. Ps. 68, 22; cf. Ps. 21, 8; cf. Zach. 11, 12. Matth. (Hier.) 27, 9. (*cf. adu. Marc. IV, 40*) 8] cf. Es. 35, 5—6. 17] cf. Es. 23, 1.

1 in *FM*, ad *P uulgo* 2 sputaminum iaculis *PMF*, foeditate sputaminum *Pam* 4 nu*tus *M* 7 praefatos *C* 10 clodi *Gel* si et *PM*, etsi *FR* 15 possunt *PMF*, possint *Gel* 17 ⟨et⟩ Idumaeae *Gel:* idumaeae *PMF* cartaginensium *PF*, carthaginiensium *MRC* 20 litterae *B*, terrae *PMF* 21 leguntur *PMF*, legantur *Gel* 26 tot alia *PMF*, tot ac talia *Gel reliqui*

cantiae suspicionem? et utique aequum sit, quod et supra demandauimus, incerta de certis et obscura de manifestis praeiudicari, uel ne inter discordiam certorum et incertorum, manifestorum et obscurorum fides dissipetur, ueritas periclitetur, ipsa diuinitas ut inconstans denotetur. tunc, quod uerisimile non est, ut ea species sacramenti, in quam fides tota committitur, in quam disciplina tota conititur, ambigue adnuntiata et obscure proposita uideatur, quando spes resurrectionis, nisi manifesta de periculo et praemio, neminem ad eiusmodi praesertim religionem, publico odio et hostili elogio obnoxiam, persuaderet. nullum opus certum est mercedis incertae, nullus timor iustus est periculi dubii. et merces autem et periculum in resurrectionis pendet euentu. et si temporalia et localia et personalia dei decreta atque iudicia in urbes et gentes et reges tam aperte prophetia iaculata est, quale est, ut aeternae dispositiones eius et uniuersales in omne hominum genus lucem sui fugerint? quae quanto maiora, tanto clariora esse deberent, ut maiora crederentur. et puto deo nec liuorem nec dolum nec inconstantiam nec lenocinium adscribi posse, per quae fere promulgatio maiorum cauillatur.

22. Post haec ad illas etiam scripturas respiciendum est, quae non sinunt resurrectionem secundum animales istos, ne dixerim spiritales, aut hic iam in ueritatis agnitione praesumi aut ab excessu statim uitae uindicari. cum enim et tempora totius spei fixa sint sacrosancto stilo, — in aduentu, opinor Christi, — nec liceat eam ante constitui, uota nostra suspirant saeculi huius occasum, in transitum mundi quoque, ad diem domini magnum, diem irae et retributionis, diem ulti-

28] cf. Es. 13, 13; Soph. 2, 2; Os. 9, 7.

3 ut ne *Eng* 5 tunc *MFR*[1], tum *PR*[3] *uulgo* 6 spes sacramenti *de la Cerda* 8 adnuntiata *R*, adnuata *PMF*, adnutata *susp. Eng* 13 et si *PMF*, sed et si *B*. et <postremo> si *fort.* 15 aperte *Lat:* aperta *PMF* 17 hominum *PM*, humanum *F* 20 ferre *PM* 25 in aduentu *PMF*, in aduentum *C* *uerba* in aduentu, opinor, Christi *quae in libris mss. paulo infra post* constitui *leguntur, huc transtuli* 26 constitui *PMF*, constitui<quam> *Gel reliqui* 27 saeculi *PMF*. <in> saeculi *Gel reliqui* in transitum *sensu finali*

mum et occultum nec ulli praeter patri notum, et tamen signis atque portentis et concussionibus elementorum et conflictationibus nationum praenotatum. euoluerem prophetias, si dominus ipse tacuisset — nisi quod et prophetiae uox erant domini — sed plus est, quod illas suo ore consignat. interrogatus a discipulis, quando euentura essent quae interim de templi exitu eruperat, ordinem temporum primo Iudaicorum usque ad excidium Hierusalem, dehinc communium usque ad conclusionem saeculi digerit. nam posteaquam edixit: et tunc erit Hierusalem conculcatui nationibus, donec adimpleantur tempora nationum, adlegendarum scilicet a deo et congregandarum cum reliquiis Israhelis, inde iam in orbem et in saeculum praedicat secundum Iohelem et Danihelem et uniuersum concilium prophetarum futura signa in sole et luna et in stellis, conclusionem nationum, cum stupore sonitus maris et motus refrigescentium hominum prae metu et expectatione eorum, quae immineant orbi terrae. uirtutes enim, inquit, caelorum commouebuntur, et tunc uidebunt filium hominis uenientem in nubibus cum plurimo potentatu et gloria. ubi autem coeperint ista fieri, emergetis et eleuabitis capita uestra, quod redemptio uestra adpropinquauerit. et tamen adpropinquare eam dixit, non adesse iam, et cum coeperint ista fieri, non cum facta fuerint, quia cum facta fuerint, tunc aderit redemptio nostra, quae eo usque adpropinquare dicitur, erigens interim et excitans animos ad proximum iam spei fructum, cuius etiam parabola subtexitur tenerescentium arborum in caulem, floris et dehinc frugis

1] cf. Act. 1, 7. 5] cf. Luc. 21, 7. 7] cf. Luc. 21, 9—24. 8] cf. Luc. 21, 25—28. 10] Luc. 21, 24. 14] Luc. 21, 25—26. 18] Luc. 21, 26—28. 27] cf. Luc. 21, 29—31.

1 praeter *PMF*, praeterquam *R uulgo* 5 est *om PR*¹ 7 eruperat *PMF*, eruperant *Gel* 9 digerit *Gel*: dirigit *PMF* 11 adlegendarum *PMF*, adlegandaıum *Gel* 12 reliquo *Gel* 15 <in> luna *Pam* conclusionem *PMF* (*graece:* συνοχή), conlisionem *Pam* 28 et <florem> dehinc *Oehlerus*

antecursorem. ita et uos, cum uideritis omnia ista fieri, scitote in proximo esse regnum dei. uigilate ergo omni in tempore, ut digni habeamini effugere omnia ista et stetis ante filium hominis, utique per resurrectionem, omnibus ante transactis. ita etsi in agnitione sacramenti fruticat, sed in domini repraesentatione florescit atque frugescit. quis ergo dominum tam intempestiue, tam acerbe excitauit iam a dextera dei ad confringendam terram secundum Esaiam, quae. puto, adhuc integra est? quis inimicos Christi iam subiecit pedibus eius secundum Dauid, quasi uelocior patre, omni adhuc popularium coetu reclamante 'Christianos ad leonem'? quis caelo descendentem Iesum talem conspexit qualem ascendentem apostoli uiderant secundum angelorum constitutum? nulla ad hodiernum tribus ad tribum pectora ceciderunt, agnoscentes quem pupugerunt, nemo adhuc excepit Heliam, nemo adhuc fugit antichristum, nemo adhuc Babylonis exitum fleuit: est iam, qui resurrexerit, nisi ⟨quod⟩ haereticus. exiit plane iam de corporis sepulcro etiamnunc febribus et ulceribus obnoxius, et conculcauit iam inimicos etiamnunc luctari habens cum mundi potentibus, et utique iam regnat etiamnunc Caesari quae sunt Caesaris debens.

23. Docet quidem apostolus Colosensibus scribens mortuos fuisse nos aliquando, alienatos et inimicos sensus domini, cum in operibus pessimis agebamus, dehinc consepultos Christo in baptismate et conresuscitatos in eo per fidem efficaciae dei, qui illum suscitarit a mortuis: et uos cum mortui esse-

1] Luc. 21, 31. 2] Luc. 21, 36. 8] cf. Es. 2, 19. 10] cf. Ps. 109, 1. 13] cf. Act. 1, 11. 14] cf. Zach. 12, 12. 15] cf. Zach. 12, 10. 16] cf. Mal. 4, 5; cf. Apoc. 12, 6. 17] cf. Apoc. 18, 9. 20] cf. Eph. 6, 12. 21] cf. Matth. 22, 21. 23] cf. Col. 1, 21. 24] cf. Col. 2, 12. 26] Col. 2, 13.

3 in tempore *MF*, tempore *P uulgo* tempore, ⟨orantes,⟩ ut *fort.* dignemini *Gel* 6 fruticat sed *Pam:* fructificasset *PMF* 7 intempestiue *FR*, intempestatiue *PM* 8 a dextera *scripsi:* ad dexteram *PMF* 11 clamante *Gel* 15 pupugerunt. nemo *uulgo* 17 est *PMF*, ⟨et⟩ est *Gel* quod *addidi* 20 potentibus. et *uulgo* 21 debent *P* (*corr. R*), debens *M* (s *in ras.*) 22 colosensibus *PMF*, Colossensibus *R uulgo* 26 suscitarit *R*, suscitaret *PMF*

tis delictis et praeputiatione carnis uestrae, uiuificauit cum eo, donatis uobis omnibus delictis, et rursus: si cum Christo mortui estis ab elementis mundi, quomodo quasi quidam uiuentes in mundo sententiam fertis? sed cum ita nos mortuos faciat spiritaliter, ut tamen et corporaliter quandoque morituros agnoscat, utique et resuscitatos proinde spiritaliter deputans aeque non negat etiam corporaliter resurrecturos. denique: si resurrexistis, inquit, cum Christo, ea quae sursum sunt quaerite, ubi est Christus in dextera dei residens; ea quae sursum sunt sapite, non quae deorsum. ita animo ostendit resurgere, quo solo adhuc possumus caelestia adtingere. quae non quaereremus nec saperemus. si possideremus. subicit etiam: mortui enim estis, — scilicet delictis, non uobis — et uita uestra abscondita est cum Christo in deo. nondum ergo adprehensa est quae abscondita est. sic et Iohannes: et nondum, ait, manifestatum est, quid futuri sumus. scimus quia, si manifestauerit, similes eius erimus. tanto abest, ut simus iam quod nescimus, utique scituri, si iam essemus. adeo contemplatio est spei in hoc spatio per fidem, non repraesentatio, nec possessio sed expectatio. de qua spe et expectatione Paulus ad Galatas: nos enim spiritu ex fide spem iustitiae expectamus. non ait 'tenemus'; 'iustitiae' autem dei dicit ex iudicio, quo iudicabitur de mercede. ad quam pendens et ipse, cum Philipensibus scribit: si qua, inquit, concurram in resuscita-

3] Col. 2, 20. 8] Col. 3, 1—2. 14] Col. 3, 3. 17] I Ioh. 3, 2. 23] Gal. 5, 5. 26] Phil. 3, 11—12.

1 <in> delictis *Gel* praeputio *Gel* 3 estis *M*, essetis *PF* 4 quasi quidam *Pam:* quidam quasi *PMF* 15 uobis *N Pam:* nobis *PMF* et uita *C*, sed uita *PMF* 18 sumus *PMF*, simus *Gel* manifestatus fuerit *C* 19 eius *FM*, ei *P* 20 utique—essemus *om. P* (*add. R in mg. ex Hirsaugiensi*) 21 repraesentatio *C*, praesentatio *PMF* 25 iudicabitur *PMF*, iudicabimur *B* quam (*ex* quas) *PM* 25 philipensibus *PM*, philippensibus *F uulgo* 26 resuscitationem *PMF*, resurrectionem *Gel*

tionem, quae a mortuis, non quia iam accepi aut consummatus sum. et utique crediderat et omnia sacramenta cognouerat, uas electionis, doctor nationum, et tamen adicit: persequor autem, si adprehendam, in quo sum adprehensus a Christo. et amplius: ego me, fratres, non puto adprehendisse: unum plane, oblitus posteriorum in priora me extendens secundum scopum persequor ad palmam incriminationis, per quam concurrerem; utique in resuscitationem a mortuis, suo tamen tempore, sicut ad Galatas: bene autem facientes ne taedeat, tempore enim suo metemus, sicut et ad Timotheum de Onesiphoro: det illi dominus inuenire misericordiam in illo die. in quem diem ac tempus et ipsi praecipit custodire mandatum inmaculatum inreprehensibile, in apparentiam domini Iesu Christi, quam suis temporibus ostendet beatus et solus potentator et rex regnantium, de deo dicens. de quibus temporibus et Petrus in Actis: paeniteat itaque uos et respicite ad abolenda delicta uestra, uti tempora uobis superueniant refrigerii ex persona dei, et mittat praedesignatum nobis Christum, quem oportet accipere caelos ad usque tempora exhibitionis omnium, quae locutus est deus ore sanctorum prophetarum.

24. Quae haec tempora, cum Thesalonicensibus disce. legimus enim: qualiter conuersi sitis ab idolis ad seruiendum uiuo et uero deo et ad expectandum a

3] cf. Act. 9, 15. cf. I Tim. 2, 7. 4] Phil. 3, 12—14. 10] Gal. 6, 9. 12] II Tim. 1, 18. 14] I Tim. 6, 14—15. 18] Act. 3, 19—21. 26] I Thess. 1, 9—10.

1 quae *PMF*, quae est *C* 5 et *Eng:* eo *PMF* 9 resuscitationem *PM*, resurrectionem *F* 12 honesifero *PM*, hone si foro *F* 17 potentator *PMF*, potens *B* regnantium <et dominus dominantium> *Gel reliqui* 18 paeniteat itaque *MFC*, paeniteat *P* 19 respicite *PMF*, resipiscite *Erasmus* 21 nobis *PMF*, uobis *Pam* 22 ad (*s. u. a m. 1*) *F* 25 quae haec *MR*[3] (*ex Gorziensi, ni fallor*): quae *PR*[1], et haec *F* thesalonicensibus *P*, thessalonicensibus *MF* 27 ad *om. F* e caelis *Pam*

caelis filium eius, quem suscitauit ex mortuis, Iesum. et rursus: quae enim spes nostra uel gaudium uel exultationis corona, quam ut et uos coram domino nostro Iesu Christo in aduentu ipsius? item: coram deo et patre nostro in aduentu domini nostri Iesu Christi cum uniuersis sanctis eius. de quorum dormitione minus maerenda docens simul et tempora resurrectionis exponit: si enim credimus, quod Iesus mortuus sit et resurrexerit, sic et deus eos, qui dormierunt per Iesum, adducet cum ipso. hoc enim dicimus uobis in sermone domini, quod nos, qui uiuimus, qui remanemus in aduentum domini nostri, non praeueniemus eos, qui dormierunt. quoniam ipse dominus in iussu et in uoce archangeli et tuba dei descendet de caelo; et mortui in Christo primi resurgent, deinde nos, qui uiuimus, qui * simul cum illis tollemur in nubibus obuiam Christo in aerem et ita semper cum domino erimus. quae uox archangeli, quae tuba dei audita iam, nisi forte in cubiculis haereticorum? nam etsi tuba dei euangelicus sermo dici potest, qui illos iam uocarit, sed aut mortui erunt iam corporaliter, ut resurrexerint, et quomodo uiuunt? aut in nubes erepti, et quomodo hic sunt? miserrimi reuera, ut apostolus pronuntiauit, qui in ista tantum uita sperantes habebuntur, excludendo, dum praeripiunt, quod post illam repromittitur, frustrati circa ueritatem non minus quam Phygelus et Hermogenes. et ideo maiestas spiritus sancti perspicax eiusmodi sensuum

2] I Thess. 2, 19. 5] I Thess. 3, 13. 8] I Thess. 4, 14—17. 23] cf. I Cor. 15, 19. 26] cf. II Tim. 1, 15.

3 quam ⌞ut et⌟ uos *BMF*, quam ut uos *PR*¹ quam uos *R*³ 4 domino *MF*, domino deo *P uulgo* 4 aduentu *R*, aduentum *PMF* 5 aduentu *F*, aduentum *PM* 7 maerenda *PMF*, miseranda *Gel reliqui* 8 exponit *FM*, exponit dicens *P uulgo* 9 resurrexit *B* 11 domini *N Pam:* dei *PMF* 16 *lacunam signaui:* qui ⟨remanemus⟩ *fort.* (= οἱ περιλειπόμενοι) 21 uocarit *Pam:* uocaret *PMF* 24 excludendi *C* (*probat Eng*) 25 praeripiunt quod *uulgo* 26 phigelus *PMF*

et in ipsa ad Thesalonicenses epistola suggerit: de temporibus autem et temporum spatiis, fratres, non est necessitas scribendi uobis. ipsi enim certissime scitis, quod dies domini quasi fur nocte ita adueniet. cum dicent 'pax' et 'tuta sunt omnia', tunc illis repentinus insistet interitus. et in secunda pleniore sollicitudine ad eosdem: obsecro uos, fratres, per aduentum domini nostri et congregationem nostram ad illum, ne cito commoueamini animo neque turbemini, neque per spiritum neque per sermonem, scilicet pseudoprophetarum, neque per epistolam, scilicet pseudoapostolorum, acsi per nostram, quasi insistat dies domini. ne quis uos seducat ullo modo, quoniam nisi ueniat abscessio primo, huius utique regni, et reueletur delinquentiae homo, id est antichristus, filius perditionis, qui aduersatur et superextollitur omne, quod deus dicitur uel religio, uti sedeat in templo dei, adfirmans deum se. nonne meministis, quod cum apud uos essem, haec dicebam uobis? et nunc quid teneat scitis, ad reuelandum eum in suo tempore. iam enim arcanum iniquitatis agitatur; tantum qui nunc tenet, donec de medio fiat. quis, nisi Romanus status, cuius abscessio in decem reges dispersa antichristi superducet? et tunc reuelabitur iniquus, quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui et euacuabit apparentia aduentus sui, cuius est aduentus secundum opera-

1] I Thess. 5, 1—3. 7] II Thess. 2, 1—7. 24] cf. Apoc. 17, 12—14. 25] II Thess. 2, 8—10.

1 thesalonicenses *PMF*, Thessalonicenses *R uulgo* 7 obsecro autem *C* 8 domini nostri Iesu Christi *C* 11 pseudoapostolorum *PR*[1] 12 pseudoprophetarum *PR*[1] per *om. PR*[1] 17 omne *PMF*, in omne *B* dicitur deus *F* 18 <ipse> sedeat *fort.* dei templo *F* 20 quid teneat *PM*, qui teneat *RF*, quid detineat *Gel* 22 tenet *F* (*cf. graeca*): tenet, teneat *PM uulgo* 24 dispersa antichristi = *die zerstreuten Mächte des Antichrist* (*Eng*) antichristi *PMFR*[1], antichristum *R*[3] *uulgo*

tionem satanae in omni uirtute et signis atque portentis mendacii et in omni seductione iniustitiae eis, qui pereunt.

25. Etiam in apocalypsi ordo temporum sternitur, quem martyrum quoque animae sub altari ultionem et iudicium flagitantes sustinere didicerunt, ut prius et orbis de pateris angelorum plagas suas ebibat, et prostituta illa ciuitas a decem regibus dignos exitus referat, et bestia antichristus cum suo pseudopropheta certamen ecclesiae inferat, atque ita diabolo in abyssum interim relegato primae resurrectionis praerogatiua de soliis ordinetur, dehinc et igni dato uniuersalis resurrectionis censura de libris iudicetur. cum igitur et status temporum ultimorum scripturae notent et totam Christianae spei frugem in exodio saeculi collocent, apparet aut tunc adimpleri totum quodcumque nobis a deo repromittitur — et uacat, quod hic iam ab haereticis uindicatur — aut, si et agnitio sacramenti resurrectio, salua utique illa creditur quae in ultimo praedicatur; et sequitur, ut eo ipso, quo haec spiritalis uindicatur, illa corporalis praeiudicetur; quia, si nulla tunc adnuntiaretur, merito sola haec et tantummodo spiritalis uindicaretur, cum uero et in ultimum tempus edicitur, corporalis agnoscitur, quia non et tunc [spiritalis] adnuntiaretur resurrectio eiusdem condicionis, id est spiritalis, cum aut nunc eam deceret expungi sine ulla differentia temporum aut tunc sub omni clausula temporum. ita nobis magis competit etiam spiritalem defendere resurrectionem ab ingressu fidei, qui plenitudinem eius agnoscimus in exitu saeculi.

5] cf. Apoc. 6, 9—11. 6] cf. Apoc. 15, 7; 16, 1. 7] cf. Apoc. 17, 12. 8] cf. Apoc. 19, 19—20. 11] cf. Apoc. 20, 4. cf. Apoc. 20, 9. 12] Apoc. 20, 12.

4 apocalypsi <Ioannis> *Gel* 8 antichristi *F* 9 ecclesiae dei *C* 10 abyssum *PM*, abysso *F* relegato *Eng:* religato *PMF* 11 soliis *C*, solis *PMF* igni *Gel:* igne *PMF* 14 exodio *Iun:* exordio *PMF* 17 resurrectio *PMF*, resurrectio est *B* 18 quo *C*, quod *PMF* 19 uindicatur *Pam:* uindicetur *PMF* 21 edicitur *B*, educitur *PMF* 22 spiritalis *seclusi* adnuntiaretur *PMF*, <adnuntiatur. cur enim iterum> adnuntiaretur *Gel reliqui* 25 clausula temporum *PMF*, clausura *Gel* 27 in exitu *C*, exitu *MF*, exitum *P*

26. Unum adhuc respondebo ad propositionem priorem allegoricarum scripturarum, licere et nobis corporalem resurrectionem de patrocinio figurati proinde eloquii prophetici uindicare. ecce enim diuina ⟨in⟩ primordio sententia terram hominem pronuntiando: terra es et in terram ibis, secundum substantiam scilicet carnis, quae de terra erat sumpta et quae prior homo fuerat appellata, sicut ostendimus, dat mihi disciplinam in carnem quoque interpretandi, si quid irae uel gratiae in terram deus statuit, quia nec proprie terra iudicio eius obnoxia est, quae nihil boni seu mali admisit, maledicta quidem, quod hauserit sanguinem, sed et hoc ipsum in figuram carnis homicidae. iam [et] si iuuari seu laedi habet terra quoque propter hominem, uti ille iuuetur siue laedatur per consistorii sui exitus: quo magis ipse pensabit quae propter illum etiam terra patietur? itaque et cum comminatur terrae deus, carni potius comminari eum dicam, et cum quid terrae pollicetur, carni potius polliceri eum intellegam, ut apud Dauid: dominus regnauit, exultabit terra, id est caro sanctorum, ad quam pertinet regni diuini fructus; [dehinc subiungit] uidit et concussa est terra; montes sicut cera liquefacti sunt a facie domini, caro scilicet profanorum. [et] uidebunt enim in eum, quem confixerunt. alioquin, si simpliciter de terrae elemento utrumque existimabitur pronuntiatum, quomodo congruet et concuti et liquefieri eam a facie domini, quo supra regnante exultauit? sic et apud Esaiam: bona terrae edetis bona carnis intellegentur, quae illam manent in regno dei reformatam et angeli-

5] Gen. 3, 19. 11] cf. Gen. 4, 11. 18] Ps. 96, 1. 20] Ps. 96, 4—5. 22] Zach. 12, 10; Ioh. 19, 37. 26] Es. 1, 19.

4 ⟨in⟩ primordio *Gel:* primordio *PMF* 11 quod *R*, quo *PM*, quae *F* 12 iam si *scripsi:* nam et si *PMF* 13 quoque *PMF*, id quoque *B reliqui* 14 consistorii R^3, consistoris $PMFR^1$ 15 patietur. itaque *uulgo* 16 eum comminari *F* 18 exultabit *scripsi:* exultauit *PMF*, exultet *Gel* 20 dehinc subiungit *seclusi* 21 sicut *PM*, uelud *F* 22 et *seclusi* in eum, quem *scripsi:* eum in quem *PMF*, eum qui *Gel* 23 alioquin *scripsi:* atque adeo *PMF*, atque a deo *Eng* si *om. F* terrae *PMF*, terra *Gel* 24 concuti et *Gel:* concutiet *PMF*, conueniet *B*

ficatam et consecuturam quae nec oculus uidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascenderunt. alioquin satis uanum, ut ad obsequium deus fructibus agri et cibariis uitae huius inuitet, quae etiam inreligiosis et blasphemis semel homini addicta conditione communicat, pluens super bonos et malos et solem suum mittens super iustos et iniustos. felix nimirum fides, si ea consecutura est, quibus hostes dei et Christi non modo utuntur uerum etiam abutuntur, ipsam conditionem colentes aduersus conditorem. bulbos et tubera in terrae bonis deputabis, domino pronuntiante ne in pane quidem uicturum hominem? sic Iudaei terrena solummodo sperando caelestia amittunt, ignorantes et panem de caelesti repromissum et oleum diuinae unctionis et aquam spiritus et uinum animae uigorantis ex uite Christi. sicut et ipsam terram sanctam Iudaicum proprie solum reputant, carnem potius domini interpretandam, quae exinde et in omnibns Christum indutis sancta sit terra, uere sancta per incolatum spiritus sancti, uere lacte et melle manans per suauitatem spei ipsius, uere Iudaea per dei familiaritatem, — non enim qui in manifesto Iudaeus, sed qui in occulto — ut et templum dei eadem sit et Hierusalem, audiens ab Esaia: exurge, exurge Hierusalem, indue fortitudinem brachii tui, exurge, sicut in primordii die, scilicet in illa integritate, qua fuerat ante delictum transgressionis. qui enim in eam Hierusalem uoces eiusmodi competent exhortationis et aduocationis, quae occidit prophetas et lapidauit

1] I Cor. 2, 9. 5] cf. Matth. 5, 45. 9] cf. Rom. 1, 25. 11] cf. Deut. 8, 3; Luc. 4, 4; Matth. 4, 4. 12] cf. Ioh. 6, 51. 14] cf. Ioh. 15, 1. 15] cf. Exod. 3, 5. 18] cf. Exod. 3, 17. 19] Rom. 2, 28. 29. 22] Es. 51, 9. 26] cf. Matth. 23, 37; Luc. 13, 34.

2 ascenderunt *FR*, ascendit *PM* 6 mittens *PMF*, emittens *C* 7 est *B*, sunt *PMF* 11 hominem. sic *uulgo* 13 aquam spiritus *C*, uinum spiritus *PMF* 14 uinum animae *C*, aquam animae *PMF* 17 uere (e *ex* a *corr.* *R*) *P* 21 dei *om.* PR^1 22 indue $PMFR^1$, induere R^3 *uulgo* 23 primordii die *F*, primordio die *M*, primordio *P*, primordio ⌞diei⌟ *B* 24 qua fuerat *PM*, quae fuerat *F* 25 qui enim *Eng:* quae enim *PMF* 26 lapidat *Gel*

missos ad se et ipsum postremo dominum suum confecit? sed nec ulli omnino terrae salus repromittitur, quam oportet cum totius mundi habitu praeterire. etiam si quis audebit terram sanctam paradisum potius argumentari, quam et patrum dici capiat, Adae scilicet et Euae, proinde et in paradisum restitutio carni uidebitur repromissa, quae eum incolare et custodire sortita est, ut talis illuc homo reuocetur, qualis inde depulsus est.

27. Habemus etiam uestimentorum in scripturis mentionem ad spem carnis allegorizare, quia et apocalypsis Iohannis: hi sunt, ait, qui uestimenta sua non coinquinauerunt cum mulieribus, uirgines scilicet significans et qui semetipsos castrauerunt propter regna caelorum. itaque in albis erunt uestibus, id est in claritate innubae carnis. et in euangelio indumentum nuptiale sanctitas carnis agnosci potest. itaque Esaias docens, quale ieiunium elegerit dominus, cum subicit de mercede bonitatis: tunc, inquit, lumen tuum temporaneum erumpet et uestimenta tua citius orientur, non subsericam utique nec pallium sed carnem uolens accipi, ortum carnis resurrecturae de mortis occasu praedicauit. adeo nobis quoque suppetit allegorice defensio corporalis resurrectionis. nam et cum legimus: populus meus, introite in cellas promas quantulum, donec ira mea praetereat, sepulcra erunt cellae promae, in quibus paulisper requiescere habebunt qui in finibus saeculi sub ultima ira per antichristi uim excesserint. aut cur cellarum promarum potius uocabulo usus est, et non alicuius loci

3] cf. I Cor. 7, 31. 4] cf. Gen. 31, 3; 48, 21. 11] Apoc. 14, 4; 3, 4. 13] cf. Matth. 19, 12. 14] cf. Apoc. 3, 5. 15] cf. Matth. 22, 11. 17] Es. 58, 8. 22] Es. 26, 20.

1 missos ad se *MF*, ad se missos *P uulgo* confecit *PMFCR*[1], confixit *R*[3] *uulgo* 6 incolere *C* 8 depulsus *FR*[1]*mg* (*ex Hirsaugiensi*), pulsus *PMRuulgo* 14 innubae *Rig:* innube *PMF*, in nube *R* 19 subsericam *Gel:* subscribam *PMF*, subuculam *B* 21 allegorice *PMF* (= ἀλληγορική *sc.* τέχνη), allegorica *Gel reliqui* 23 quantulum = μικρὸν ὅσον (*Eng*) 27 usus uocabulo *F*

receptorii, nisi quia in cellis promis caro salita et usui reposita seruatur, depromenda illinc suo tempore? proinde enim et corpora medicata condimentis sepulturae mausoleis et monumentis sequestrantur, processura inde cum iusserit dominus. quod cum ita intellegi congruat, — ecquae enim ab ira dei cellariorum nos refugia seruabunt? — hoc ipso quod ait: donec ira praetereat, quae extinguet antichristum, post iram ostendit processuram carnem de sepulcro, in quo ante iram fuerit inlata. nam et de cellariis non aliud effertur, quam quod infertur, et post antichristi eradicationem agitabitur resurrectio.

28. Scimus autem sicut et uocibus ita et rebus prophetatum; tam dictis quam et factis praedicatur resurrectio. cum Moyses manum in sinum condit et emortuam profert et rursus insinuat et uiuidam explicat, nonne hoc de toto homine portendit? siquidem trina uirtus dei per illa trina signa denotabatur cum suo ordine, primo diabolum serpentem quamquam formidabilem subactura homini, dehinc carnem de sinu mortis retractura, atque ita omnem sanguinem executura iudicio. de quo apud eundem propheten: quoniam et uestrum, inquit deus, sanguinem exquiram de omnibus bestiis, et de manu hominis et de manu fratris exquiram eum. porro nihil exquiritur nisi quod reposcitur, nihil reposcitur nisi quod et reddetur, et utique reddetur quod ultionis nomine reposcetur et exquiretur. neque enim uindicari poterit quod omnino non fuerit. erit autem, dum restituitur, uti uindicetur. in carnem itaque dirigitur quicquid in sanguinem praedicatur, sine qua non erit sanguis. caro suscitabitur, ut sanguis uindicetur. sunt et quaedam ita pronuntiata, ut allegoriae quidem nubilo careant, nihilominus tamen ipsius simplici-

7] Es. 26, 20. 13] cf. Exod. 4, 6—7. 15] cf. Exod. 4, 2—9. 19] Gen. 9, 5.

4 sequestrentur *B* 5 ecquae *Oehlerus:* et quae *PMF* 6 quo ait *CF* 8 sepulchris in quae *Gel* 11 sicut et *MF*, sicut *P uulgo* 13 mortuam *F* 15 portendit. siquidem *uulgo* 16 notabatur *Gel* 18 iudicio executura *F* 19 prophetam *F* 26 uti *om. P* (*add. R ex Hirsaugiensi*) carnem *P*, carne *MF* sanguine *F* 27 ut *om. MF* 28 allegoriae *P*, allegoricae *MF*

tatis suae sitiant interpretationem, quale est apud Esaiam: ego occidam et uiuificabo. certe postea quam occiderit uiuificabit. ergo per mortem occidens per resurrectionem uiuificabit. caro est autem, quae occiditur per mortem, caro itaque et uiuificabitur per resurrectionem. certe si occidere carni animam eripere est, uiuificare, contrarium eius, carni animam referre est, caro resurgat necesse est, cui anima per occisionem erepta referenda est per uiuificationem.

29. Igitur si et allegoricae scripturae et argumenta rerum et simplices uoces resurrectionem carnis, quamquam sine nominatione ipsius substantiae, subradiant, quanto magis quae hanc spem in ipsas substantias corporales speciali mentione determinant non erunt deducendae in quaestionem? accipe Ezechielem: et facta est, inquit, super me manus domini et extulit me in spiritu dominus et posuit me in medio campi; is erat ossibus refertus. et circumduxit me super ea per circuitum et ecce multa super faciem campi et ecce arida satis. et ait ad me: fili hominis, si uiuent ossa ista? et dixi: Adonai domine, tu scis. et ait ad me: propheta in ossa haec et dices: ossa arida, audite sermonem domini: haec dicit dominus Adonai ossibus istis: ecce ego adfero in uos spiritum, et uiuetis, et dabo in uos neruos et reducam in uos carnes et circumdabo in uobis cutem et dabo in uobis spiritum, et uiuetis et cognoscetis, quod ego dominus. et prophetaui secundum praeceptum, et ecce uox, dum propheto, et ecce motus: et accedebant ossa ad ossa, et uidi et ecce

2] Deut. 32, 39. (cf. I Reg. 2, 6) 14] Ez. 37, 1—14.

4 occiditur *Bmg*, occiderit *PMF* 6 animam ⌞eripere est, uiuificare, contrarium eius, carni animam⌟ referre est caro *B*, animam referet caro *PMF* 7 anima *R*, animam *PMF* 8 ereptam *MF* 11 obradiant *C* 15 in (*prius*) *om. Gel* 17 super (*alt.*) *om. P* (supte *s. u. R*) 24 neruos *scripsi:* spiritum *PMF* in uos carnes *FC*, uos in carnes *PM* et circumdabo in uobis *PMFR*¹, et *om. R*³, in *om. Gel* 25 cutem—uobis *om. F*

super ossa nerui et caro ascendit et circumpositae sunt eis carnes et spiritus in eis non erat. et ait ad me: propheta ad spiritum, fili hominis, propheta et dices ad spiritum: haec dicit dominus Adonai: a quatuor uentis ueni, spiritus, et spira in istis interemptis, et uiuant. et prophetaui ad spiritum, sicut praecepit mihi, et introiit in ea spiritus et uixerunt et constiterunt super pedes suos ualentia magna satis. et ait ad me: fili hominis, ossa ista omnis domus Israhel est. ipsi dicunt: exaruerunt ossa nostra et periit spes nostra, auulsi sumus in eis. propterea propheta ad eos: ecce ego patefacio sepulcra uestra et eueham uos de sepulcris uestris, populus meus, et inducam uos in terram Israhel et cognoscetis, quod ego dominus aperuerim sepulcra uestra et eduxerim uos de sepulcris uestris, populus meus, et dabo uobis spiritum et uiuetis et requiescetis in terra uestra et cognoscetis, quod ego dominus locutus sim et fecerim, dicit dominus.

30. Hanc quoque praedicationem scio, qualiter concutiant in allegoriae argumentationem, quia dicendo ossa ista omnis domus est Israhel imaginem ea fecerit Israhelis et a propria condicione transtulerit; atque ita figuratam esse, non ueram resurrectionis praedicationem. statum enim Iudaeorum deformari quodammodo emortuum et exaridum et dispersum in campo orbis. itaque et imaginem resurrectionis in illum allegorizari, quia recolligi habeat et recompingi os ad os, id est tribus ad tribum et populus ad populum, et recorporari carnibus facultatum et neruis regni atque ita de sepulcris, id est de habitaculis captiuitatis tristissimis atque teterrimis,

21] Ez. 37, 11.

5 uentis caeli spiritus *C* 7 constiterunt *FC*, steterunt *PM* 10 et periit spes nostra *om. P* (*add. R in mg. ex Hirsaugiensi*) 15 aperuerim *C*, aperui *PMF* 17 requiescitis *R*[3] 18 sim *P*, sum *MF* 22 est israhel *PM*, israhelis est *F* (*cf. 68, 21*), Israel est *Gel* 29 carnibus *MFBmg*, carnis *P* facultatum *Bmg*, facultatem *PMF* et *om. P*

educi et refrigerii nomine respirari et uiuere exinde in terra sua Iudaea. et quid post haec? morientur sine dubio. et quid post mortem? nulla, opinor, resuscitatio, si non haec erit ipsa, quae Ezechieli reuelatur. sed enim et alias praedicatur resurrectio. ergo et haec erit, et temere in statum eam Iudaicarum rerum conuertunt. aut si alia est illa quam defendimus, nihil mea interest, dum sit et corporum resurrectio, sicut et rerum Iudaicarum. denique hoc ipso, quod recidiuatus Iudaici status de recorporatione et redanimatione ossuum figuratur, id quoque euenturum ossibus probatur. non enim posset de ossibus figura componi, si non id ipsum et ossibus euenturum esset. nam etsi figmentum ueritatis in imagine est, imago ipsa in ueritate est sui. necesse est esse prius sibi, quo alii configuretur. de uacuo similitudo non competit, de nullo parabola non conuenit. ita oportebit ossuum quoque credi reuisccrationem et respirationem, qualis dicitur, de qua possit exprimi Iudaicarum rerum reformatio, qualis adfingitur. sed magis religiosum est ueritatem de suae † ueritate simplicitatis defendi, quam sensus diuinae propositionis expostulat. si enim ad res Iudaicas spectaret haec uisio, statim reuelato situ ossuum subiecisset: o s s a i s t a o m n i s d o m u s I s r a h e l i s e s t, et cetera deinceps. at cum ostensis ossibus de propria spe eorum quid obloquitur, nondum nominato Israhele, et fidem temptat prophetae: f i l i h o m i n i s, s i u i u e n t o s s a h a e c? ut et ille responderet: d o m i n e, t u s c i s, non utique deus prophetae fidem de ea re temptasset, quae futura non esset, quam numquam Israhel audisset, quam credi non oporteret. sed quoniam praedicabatur quidem resurrectio mortuorum, Israhel uero pro sua increduli-

21] Ez. 37, 11. 23] Ez. 37, 3. 25] Ez. 37, 3.

1 respirari *PMF*, respirare *Pam* 3 resurrectio *F* 5 aut haec *Iun* 9 readunatione *C* ossium *R* 15 ossium *R* 18 de suae ueritate simplicitatis *PMF*, de sua simplicitate et auctoritate *B*, de suae auctoritate simplicitatis *Pam: ego rescribi uelim:* de suae simplicitatis ueritate *ceteris* (quam—expostulat) *ut interpretamento deletis* 20 ossium *R* 22 qui *Pam* 23 et *om. P* 24 ossa ˻haec˼ *B*, ossa *PMF*

tate diffidens scandalizabatur et aspiciens habitum senescentis sepulturae desperabat resurrectionem uel non in eam potius animum dirigebat sed in circumstantias suas, idcirco deus et prophetam, qua et ipsum dubium, praestruxit ad constantiam praedicationis reuelato ordine resurrectionis et populo id credendum mandauit, quod prophetae reuelauit, ipsos dicens esse ossa quae erant resurrectura, qui non credebant resurrectura. denique in clausula: et cognoscetis, inquit, quod ego dominus locutus sim et fecerim, id utique facturus, quod fuerat locutus; ceterum non id facturus, quod locutus, si aliter facturus quam locutus.

31. Plane, si et populus allegorice mussitaret ossa sua arefacta et spem suam perditam, dispersionis exitum querulus, merito uideretur et deus figuratam desperationem figurata promissione consolatus. sed cum dispersionis quidem iniuria nondum populo accidisset, resurrectionis uero spes apud illum saepissime cecinisset, manifestus est de corporum interitu labefactans fiduciam resurrectionis. ita et deus eam restruebat fidem, quam populus destruebat. quamquam et si aliqua praesentium rerum tunc conflictatione haerebat Israhel, non idcirco in parabola accipienda esset reuelationis intentio sed in testationem resurrectionis, ut in illam spem erigeret illos, aeternae scilicet salutis et necessarioris restitutionis, et auerteret a respectu praesentium rerum. ad hoc enim et alii prophetae: exibitis — de sepulcris — uelut uituli de uinculis soluti et conculcabitis inimicos, et rursus: gaudebit cor uestrum, et ossa uestra uelut herba orientur, quia et herba de

8] Ez. 37, 14. 25] Mal. 4, 2. 26] Es. 66, 14.

4 qua *MF*, quia *P* (*corr. m. 1 in* quasi), quasi *R* *uulgo* 8 cognoscentes *F* 10 facturus ⌞quam locutus⌟ *B*, facturus *PMF* 12 musitaret *PM* 13 exitum *PMF*, exitu *Gel* (*prob. Eng*) 15 consulatus *M* 17 cecinisset *PMF* (*cf. 49, 12*), cecidisset *Gel* ⟨et⟩ manifestus *Rig* 18 resurrectionis, ita *Rig* restruebat *PMF*R^{1}*B*, restituebat R^{3}*GN* 20 haerebat *PMF*, maerebat *Gel* Israel *R*, israheli *PMF* 24 alibi R^{3} prophetae *Rig:* prophetes *PMF* 26 rursum *Gel* 27 uelut herba *Bmg*, uelociter *PMF*

dissolutione et corruptela seminis reformatur. in summa: si proprie in Israhelis statum resurgentium ossuum imago contenditur, cur etiam non Israheli tantummodo uerum et omnibus gentibus eadem spes adnuntiatur et recorporandarum et redanimandarum reliquiarum et de sepulcris exsuscitandorum mortuorum? de omnibus enim dictum est: uiuent mortui, exurgent de sepulcris: ros enim, qui a te, medela ossibus eorum. item alibi: ueniet adorare omnis caro in conspectu meo, dicit dominus. quando? cum praeterire coeperit habitus mundi huius. supra enim: quemadmodum caelum nouum et terra noua, quae ego facio, in conspectu meo, dicit dominus, ita stabit semen uestrum. tunc ergo et quod subicit implebitur: et exibunt, utique de sepulcris, et uidebunt artus eorum, qui impie egerunt, quoniam uermis illorum non decidet et ignis illorum non extinguetur, et erit satis conspectui omni carni, scilicet quae resuscitata et egressa de sepulcris dominum pro hac gratia adorabit.

32. Sed ne solummodo eorum corporum resurrectio uideatur praedicari, quae sepulcris demandantur, habes scriptum: et mandabo piscibus maris et eructabunt ossa, quae sunt comesta, et faciam compaginem ad compaginem et os ad os. ergo, inquis, et pisces resuscitabuntur et ceterae bestiae et alites carniuorae, ut uomant quos comederunt, quia et apud Moysen legis exquiri sanguinem de omnibus bestiis? non utique. sed idcirco nominantur bestiae et pisces in redibitionem carnis et sanguinis, quo magis exprimatur resur-

6] Es. 26, 19. 8] Es. 66, 23. 10] Es. 66, 22. 13] Es. 66, 24. 21] ?? (cf. Apoc. 20, 13)

2 ossium *RF* 5 exsuscitandorum *MFGel:* excitandorum *P* 6 exurgent *PMF*, ⟨et⟩ exurgent *R uulgo* 7 qui a te *PMF*, qui a te ⟨est⟩ *Gel* medela ⟨est⟩ *Pam* 9 meo *Gel:* domini eo *PMF* 11 nouum *om. MF* 13 subicit *Gel:* suum dicit *PMF* 15 illorum *MF*, eorum *P uulgo* 16 erit satis *PMF*, erunt *Gel reliqui* 21 eructuabunt *F* 22 faciam *Bmg*, facient *PMF* 24 uomant *PMFR*^{1}, reuomant *R*^{3} *uulgo* 27 redibitionem *PMF*, redibitione *Gel*

rectio etiam deuoratorum corporum, cum de ipsis deuoratoribus exactio edicitur. puto autem huius quoque diuinae potestatis documentum idoneum Ionam, cum incorruptus utramque substantiam, carnem atque animam, de aluo piscis euoluitur, — et utique triduo concoquendae carni ⟨tam⟩ uiscera ceti suffecissent quam capulum, quam sepulcrum, quam senium requietae atque conditae alicuius sepulturae, — saluo eo, quod et bestia feros in Christianum uel maxime nomen homines uel ipsos etiam iniquitatis angelos figurauit, de quibus sanguis exigetur per ultionem pensandam. quis ergo discendi magis adfinis quam praesumendi et credendi diligentior quam contendendi et diuinae potius sapientiae religiosus quam suae libidinosus, audiens aliquid a deo destinatum in carnes et cutes et neruos et ossa, aliud quid haec commentabitur, quasi non in hominem destinetur quod in istas substantias praedicatur? aut enim nihil in hominem destinatur, non liberalitas regni, non seueritas iudicii, non quodcumque est resurrectio, aut si in hominem destinatur, necesse est in eas substantias destinetur, ex quibus homo structus est, in quem destinatur. illud etiam de argutissimis istis demutatoribus ossuum et carnium et neruorum et sepulcrorum requiro, cur, si quando in animam quid pronuntiatur, nihil aliud animam interpretantur nec transfingunt eam in alterius rei argumentum, cum uero in aliquam speciem corporalem quid edicitur, omnia potius adseuerant quam quod nominatur? si corporalia parabolae, ergo et animalia, si non et animalia, ergo nec corporalia. tam enim corpus homo quam et anima; ut non possit altera species admittere aenigmata, altera excludere.

4] cf. Ion. 2, 11. 5] cf. Ion. 2, 1.

3 utramque substantiam *MF*, utraque substantia *P* 4 carnem atque animam *MF*, carne atque anima *P* piscis *M* (bestiae *s. u. a m. 2*) euomitur *Lat* 5 *parenthesin indicaui* utique *P*, utrique *MF* triduo *P*, triduum *MF* tam *addidi* 7 conditae (*a condiendi uerbo scilicet*) *PMF*, reconditae *Gel reliqui* bestia *scripsi:* bestias *PMF* 8 hominis *PR*[1] 13 carne sed *M* 20 ossium *R* 22 transfingunt *PMF*, transfigunt *R*, transfigurant *Gel*

33. Satis haec de prophetico instrumento. ad euangelia nunc prouoco, hic quoque occursurus prius eidem astutiae eorum, qui proinde et dominum omnia in parabolis pronuntiasse contendunt, quia scriptum sit: haec omnia locutus est Iesus in parabolis et sine parabola non loquebatur ad illos, scilicet ad Iudaeos. nam et discipuli: quare, aiunt, in parabolis loqueris? et dominus: propterea in parabolis loquor ad eos, ut uidentes non uideant et audientes non audiant, secundum Esaiam. quodsi ad Iudaeos in parabolis, iam non ad omnes; si ⟨non⟩ ad omnes in parabolis, iam non semper nec omnia parabolae, sed quaedam, cum ad quosdam, ad quosdam autem, dum ad Iudaeos; nonnumquam plane et ad discipulos. sed quomodo referat scriptura considera: dicebat autem et parabolam ad eos. ergo et non parabolam dicebat, quia non notaretur, cum parabolam loquebatur, si ita semper loquebatur. et tamen nullam parabolam non aut ab ipso inuenias edissertatam, ut de seminatore in uerbi administrationem, aut a commentatore euangelii praeluminatam, ut iudicis superbi et uiduae instantis ad perseuerantiam orationis, aut ultro coniectandam, ut arboris fici dilatae in spem ad instar Iudaicae infructuositatis. quodsi nec parabolae obumbrant euangelii lucem, tanto abest, ut sententiae et definitiones, quarum aperta natura est, aliter quam sonant sapiant. definitionibus autem et sententiis dominus edicit siue iudicium siue regnum dei siue resurrectionem. tolerabilius erit, inquit, Tyro et Sidoni in die iudicii, et: dicite illis, quod adpropinquauerit regnum dei, et: retribuetur tibi in resurrectione iustorum. si

4] Matth. 13, 34. 6] Matth. 13, 10. 7] Matth. 13, 13. 9] cf. Matth. 13, 14; Es. 6, 9. 14] Luc. 18, 9. 17] cf. Matth. 13, 18—23. 19] cf. Luc. 18, 1—5. 20] cf. Luc. 13, 6—9. 26] Matth. 11, 24. 27] Matth. 10, 7. 28] Luc. 14, 14.

4 sit *MF*, est *P uulgo* 6 ad iudaeos *MF*, iudaeos *P uulgo* 10 non (*alt.*) *add. R*[3] 11 et ad quosdam *Gel* 13 scriptura *om. F* 14 parabolam *om. Gel* 17 edissertatam *R*[3], edisseratam *PMFR*[1] edissertam *C* 18 administrationem *PMF*, administratione *R uulgo* 26 sydoni *F*, sidone *M*, sydon et *P*

nomina absolute sunt rerum, id est iudicii et regni dei et resurrectionis, ut nihil eorum in parabolam comprimi possit, nec ea in parabolas compellantur, quae ad dispositionem et transactionem regni et passionem iudicii et resurrectionis praedicantur; atque ita corporalia defendentur ut corporalibus destinata, id est non spiritalia, quia non figurata. nam et ideo praestruximus tam corpus animae quam et carnis obnoxium esse mercedibus pro communi operatione pensandis, ne corporalitas animae occasionem subministrans figurarum corporalitatem carnis excludat, cum utramque participem et regni et iudicii et resurrectionis oporteat credi. et nunc eo pergimus, uti corporalitatem carnalem proprie demonstremus a domino significari in omni resurrectionis mentione, salua animali, quam et ipsam pauci receperunt.

34. In primis cum ad hoc uenisse se dicit, uti quod periit saluum faciat, quid dicis perisse? hominem sine dubio. totumne an ex parte? utique totum, siquidem transgressio, quae perditionis humanae causa est, tam animae instinctu ex concupiscentia quam et carnis actu ex degustatione commissa totum hominem elogio transgressionis inscripsit atque exinde merito perditionis impleuit. totus itaque saluus fiet qui perit totus delinquendo. nisi si et ouis illa sine corpore amittitur et sine corpore reuocatur. nam si caro quoque eius cum anima, quod pecus totum est, humeris boni pastoris aduehitur, ex utraque utique substantia restituendi hominis exemplum est. aut quam indignum deo, dimidium hominem redigere in salutem, paene

15] cf. Luc. 19, 10. 22] cf. Luc. 15, 4—6.

1 absolute *PM* (*corr.* ȩ *in* a *m. 2*), absoluta *F Gel reliqui* 3 dispositionem *MFGR*[3], dispensationem *PR*[1] 4 transactionem regni et passionem iudicii *scripsi:* transactionem et passionem regni iudicii *PMF* 5 defendantur *M* (*m. 2*) *N Rig* 7 praestrinximus *PR*[1] 8 pensandus *P* (*corr. R*) *M* (*corr. m. 1*) 13 animalis *M* (*litt.* s *eras.*) 18 causae *P* (*corr. R*) *M* (*corr. m. 1*) 21 perit *PMF*, periit *Gel* 22 delinquendo totus *Gel* 23 nisi *P* (*del.* ni *R*)

minus facere **, cum etiam saecularium principum plena semper indulgentia uindicetur. diabolus ualidior in hominis iniuriam intellegetur, totum eum elidens? deus infirmior renuntiabitur, non totum eum releuans? atquin et apostolus suggerit, ubi delictum abundauerit, illic gratiam superabundasse. quomodo denique saluus habebitur qui poterit et perditus dici? carne scilicet perditus; [anima uero saluus] nisi quod iam et anima in perdito constituatur necesse est, ut salua effici possit; id enim saluum effici oportebit, quod perditum fuerit. porro autem recipimus animae inmortalitatem, ut perdita non in interitum credatur sed in supplicium, id est in gehennam. et si ita est, iam non animam spectabit salus, saluam scilicet sua natura per inmortalitatem, sed carnem potius, quam interibilem constat apud omnes. aut si et anima interibilis, id est non inmortalis, quod et caro, iam et carni forma illa ex aequo proficere debebit proinde mortali et interibili, qua id quod perit saluum facturus est dominus. nolo nunc contentioso fune deducere, hac an illac hominem perditio depostulet, dum utrimque eum salus destinet in ambas substantias peraequata. ecce enim ex quacumque substantia hominem perisse praesumpseris, ex altera non perit. saluus ergo erit iam ex qua non perit et saluus nihilominus fiet ex qua perit. habes totius hominis restitutionem, dum et quodcumque eius perit saluum facturus est dominus et quodcumque non perit utique non erit perditurus. quis ultra de utriusque substantiae securitate dubitabit, cum altera salutem consecutura sit, altera amissura

5] cf. Rom. 5, 20.

1 *lacunam signaui:* quam censuram humanam (*cf. p. 45, 12*) *uel simile aliquid intercidisse uidetur* 2 ualentior *R*³ (*tacet unde*) 3 renuntiabitur ⟨in hominis salutem⟩ *fort.* 3 intellegetur *Eng:* intellegitur *PMF* 4 atqui *R* 6 perditus ⌞dici⌟ *B*, perditus *PMF* 7 anima uero saluus *seclusi* 10 animae *om. P* (*add. R ex Hirsaugiensi*) non *om. F* 16 qua *MF*, quia *P uulgo* 18 illa *F* 19 utrimque *R*¹ *mg* (*ex Hirsaugiensi*), utrumque *PMF* 26 alterutra *P* sit ⌞altera amissura eam non sit⌟ *B*, sit *PMF*

eam non sit? et tamen adhuc sensu rem exprimit dominus ego dicens ueni, non ut meam, sed ut patris, qui me misit, faciam uoluntatem. quam? oro te. ut omne, quod dedit mihi, non perdam ex eo quicquam sed resuscitem illud nouissima die. quid a patre Christus acceperat. nisi quod et induerat? hominem sine dubio, carnis animaeque texturam. neutrum ergo eorum, quae accepit, perire patietur, immo nec quicquam utriusque, immo nec modicum. quodsi modicum caro, ergo nec carnem, quia nec modicum. [nec quicquam, quia nec quicquam] atquin si non et carnem resuscitabit nouissima die, iam non modicum patietur perire de homine, sed pro tanta dixerim parte prope totum. ingerens amplius: hoc est patris uoluntas, ut omnis, qui aspicit filium et credit in eum, habeat uitam aeternam et suscitem illum nouissimo die plenitudinem extruit resurrectionis. distribuit enim utrique substantiae per officia propria mercedem salutis, et carni, per quam filius aspiciebatur, et animae, per quam credebatur. ergo, dices, illis erit promissa res, a quibus Christus uidebatur. sit plane ita, ut et ad nos eadem spes inde manauerit. nam si uidentibus et idcirco credentibus fructuosa tunc fuerunt opera carnis atque animae, multo magis nobis. feliciores enim qui non uident et credent; quando, et si illis negaretur carnis resurrectio, certe felicioribus competisset. quomodo autem felices, si ex parte perituri?

2] Ioh. 6, 38. 3] Ioh. 6, 39. 13] Ioh. 6, 40. 22] Ioh. 20, 29.

1 sensu (*hoc est: edicto*) rem *scripsi:* sensum rei *PMF* 5 nouissima *MF*, in nouissima *P uulgo* 9 nec—quicquam *seclusi:* nec quicquam *MFR*, nec quicquam, quia nec quicquam *PC* 10 atqui *R* 13 hoc *PMF*, haec *Gel* 15 nouissimo *MF*, nouissima *P uulgo* 16 distruit *P* (*corr. R*) propria *scripsi:* propriam *PMF*, priora *Gel* 17 filius *MF*, filius hominis *P* 21 fuerint *C* 22 enim *PMF*, enim, inquit *C* uident *PMF*, uiderunt *Gel* 23 credent *PMF*, credunt *Gel* 24 autem *scripsi:* enim *PMF*

35. Sed et praecipit eum potius timendum, qui et corpus et animam occidat in gehennam, id est dominum solum, non qui corpus occidant, animae autem nihil nocere possint, id est humanas potestates. adeo hic et anima inmortalis natura recognoscitur, quae non possit occidi ab hominibus, et carnis esse mortalitatem, cuius sit occisio, atque ita resurrectionem quoque mortuorum carnis esse, quae in gehennam nisi resuscitata non poterit occidi. sed quoniam et hic de interpretatione corporis [quaestio] cauillatur, ego corpus hominis non aliud intellego quam omnem istam struem carnis. quoquo genere materiarum concinnatur atque uariatur, quod uidetur, quod tenetur, quod denique ab hominibus occiditur. sic et parietis corpus non aliud admittam quam caementa, quam saxa, quam lateres. si quis arcanum aliquod corpus inducit, ostendat reuelet probet ipsum etiam esse, quod occidatur ab homine, et de illo erit dictum. item si animae corpus opponitur, uacabit astutia. cum enim utrumque proponitur, corpus atque animam, occidi in gehennam, distinguitur corpus ab anima, et relinquitur corpus intellegi id, quod in promptu sit, caro scilicet, quae sicut occidetur in gehennam, si non magis a deo timuerit occidi, ita et uiuificabitur in uitam aeternam, si maluerit ab hominibus potius interfici. proinde si quis occisionem carnis atque animae in gehennam ad interitum et finem utriusque substantiae adripiet, non ad supplicium, quasi consumendarum, non quasi puniendarum, recordetur ignem gehennae aeternum praedicari in poenam aeternam, et inde aeternitatem occisionis agnoscat, propterea humanae ut temporali praetimendam. tunc et aeternas substantias credet, quarum aeterna sit occisio in poenam. certe cum post resurrectionem corpus cum anima

1] cf. Matth. 10, 28. 26] cf. Matth. 25, 46.

1 et corpus *MF*, corpus *P uulgo* 9 quaestio *seclusi* 10 intellego *scripsi:* intellegam *PMF* 15 etiam esse *MF*, esse etiam *P uulgo* 16 opponit *Gel* 19 corpus intellegi *scripsi:* corpus intellige *PMF*, intellegi corpus *Gel reliqui*

occidi habeat in gehennam, satis de utroque constabit, et de carnali resurrectione et de aeterna occisione. absurdissimum alioquin, si idcirco resuscitata caro occidetur in gehennam, uti finiatur, quod et non resuscitata pateretur. in hoc scilicet reficietur, ne sit cui non esse iam euenit. eidem nos spei fulciens passerum quoque subiungit exemplum, quod ex duobus non cadat alter in terram sine dei uoluntate, ut et carnem, quae ceciderit in terram, proinde credas et resurgere posse per eiusdem dei uoluntatem. nam et si passeribus hoc non licet, sed nos multis passeribus antestamus eo, quod cadentes resurgamus, quorum denique capillos capitis omnes numeratos adfirmans saluos utique repromittit. perituros enim quae ratio in numerum redegisset? nisi quia hoc est: ut omne, quod pater mihi dedit, non perdam ex eo quicquam, id est nec capillum, sicut nec oculum nec dentem. ceterum unde erit fletus et dentium frendor, nisi ex oculis et ex dentibus? occiso scilicet etiam corpore in gehennam et detruso in tenebras exteriores, quae oculorum proprie tormenta sunt. si quis in nuptiis minus dignis operibus fuerit indutus, constringendus statim manibus et pedibus, utpote qui cum corpore ⟨re⟩surrexerit. sic ergo et recumbere ipsum in dei regno et sedere in thronis Christi et adsistere ad dexteram tunc uel sinistram et edere de ligno uitae corporalis dispositionis fidelissima indicia sunt.

36. Videamus nunc, an et Saducaeorum uersutiam elidens nostram magis sententiam erexerit. causa, opinor, quaestionis fuit destructio resurrectionis, siquidem Saducaei neque animae neque carnis admittunt salutem et ideo, ex qua uel maxime

6] cf. Matth. 10, 29. 10] cf. Matth. 10, 31. 11] cf. Matth. 10, 39. 13] Ioh. 6, 39. 15] cf. Matth. 8, 12. 18] cf. Matth. 25, 30. 19] cf. Matth. 22, 11. 23] cf. Apoc. 2, 7.

1 habeat *PMF*, habeat ⟨a deo⟩ *Gel reliqui* 3 occidetur *MF*, occidatur *P uulgo* 5 nos spei *PMF*, spei nos *R* 7 alter *PMF*, unus *C* 16 ex (*alt.*) *om. Gel* 18 proprie *scripsi:* propria *PMF* tormenta sunt *PM*, sunt tormenta *FR* 19 opertibus *fort.* (*opertus* = ἔνδυμα) 21 ⟨re⟩surrexerit *scripsi:* surrexerit *PM*, surrexit *F* 22 ad dexteram tunc *PM*, tunc ad dexteram *FR* 25 erexit *F* 27 ex quo uel maxime spes *Gel*

specie resurrectionis fides labefactatur, ex ea argumentum problemati suo accommodauerunt, de carnis scilicet obtentu nupturae necne post resurrectionem, sub eius mulieris persona, quae septem fratribus nupta in dubio haberetur, cui eorum restitueretur. porro seruentur sensus tam quaestionis quam responsionis, et controuersiae occursum est. si enim Saducaei quidem respuebant resurrectionem, dominus autem eam confirmabat, et scripturarum ignaros increpans, earum scilicet quae resurrectionem praedicassent, et uirtutis dei incredulos, idoneae utique mortuis resuscitandis, postremo subiciens: quoniam autem mortui resurgant, sine dubio et confirmando esse quod negabatur, id est resurrectionem mortuorum apud deum uiuorum, talem quoque eam confirmabat esse, qualis negabatur, utriusque scilicet substantiae humanae. neque enim, si nupturos tunc negauit, ideo nec resurrecturos demonstrauit. atquin filios resurrectionis appellat, ut per eam quodammodo nasci habentes, post quam non nubent, † sed resuscitati. similes enim erunt angelis, qua non nupturi, quia nec morituri, sed ⟨et⟩ qua transituri in statum angelicum per indumentum illud incorruptibilitatis, per substantiae, resuscitatae tamen, demutationem. ceterum nec quaereretur nupturi siue morituri necne rursus essemus, si non eius uel maxime substantiae restitutio in dubium uocaretur, quae proprie et morte et nuptiis fungitur, id est carnis. habes igitur dominum confirmantem aduersus haereticos Iudaeorum, quod et nunc negatur apud Saducaeos Christianorum, solidam resurrectionem.

3] cf. Matth. 22, 23—28; Marc. 12, 18—23; Luc. 20, 27—34. 10] Luc. 20, 37. 13] cf. Matth. 22, 32. 16] cf. Luc. 20, 36. 18] Luc. 20, 36.

1 ex eo *Gel* 7 confirmabat *C*, confirmat *PMF* 8 ignaros ⟨eos⟩ *fort.* 10 quoniam *B*, quam *PMF* 13 deum *C*, dominum *PMF* 15 negauit R^3, negabit $PMFR^1$ demonstrauit R^3, demonstrabit $PMFR^1$ 16 atqui *R* appellat ut *PMF*, appellauit *C* 17 scilicet resuscitati *fort.* nubent, sed resuscitati similes [enim] erunt angelis *Eng* 19 et *add. Iun* 21 nec *PMF*, ne *Gel* 23 in dubium R^3, in deum $PMFR^1$

37. Sic et si carnem ait nihil prodesse, ex materia dicti dirigendus est sensus. nam quia durum et intolerabilem existimauerunt sermonem eius, quasi uere carnem suam illis edendam determinasset, ut in spiritum disponeret statum salutis, praemisit: spiritus est qui uiuificat atque ita subiunxit: caro nihil prodest, sed ad uiuificandum scilicet. exequitur etiam, quid uelit intellegi spiritum: uerba, quae locutus sum uobis, spiritus sunt, uita sunt, sicut et supra: qui audit sermones meos et credit in eum, qui me misit, habet uitam aeternam et in iudicium non ueniet sed transiet de morte ad uitam. itaque sermonem constituens uiuificatorem, quia spiritus et uita sermo, eundem etiam carnem suam dixit, quia et sermo caro erat factus, proinde in causam uitae adpetendus et deuorandus auditu et ruminandus intellectu et fide digerendus. nam et paulo ante carnem suam panem quoque caelestem pronuntiarat, urguens usquequaque per allegoriam necessariorum pabulorum memoriam patrum, qui panes et carnes Aegyptiorum praeuerterant diuinae uocationi. igitur conuersus ad recogitatus illorum, quia senserat dispargendos, caro, ait, nihil prodest. quid hoc ad destruendam carnis resurrectionem, quasi non liceat esse aliquid, quod etsi nihil prosit, aliud tamen ei prodesse possit? spiritus prodest; uiuificat enim. caro nihil prodest; mortificatur enim. itaque secundum nos magis collocauit utriusque propositionem. ostendens enim, quid prosit et quid non prosit, pariter inluminauit, quid cui prosit, spiritum scilicet carni, mortificatae uiuificatorem. ueniet enim hora, inquit, cum mortui audient uocem filii dei et qui audierint uiuent. quid mortuum nisi

1] cf. Ioh. 6, 64. 3] cf. Ioh. 6, 53. 5] Ioh. 6, 64. 7] Ioh. 6, 64. 8] Ioh. 5, 24. 15] cf. Ioh. 6, 51. 16] cf. Ioh. 6, 31. 20] Ioh. 6, 63. 27] Ioh. 5, 15.

1 sic et si *Gel:* licet si *PMF* 6 sed ad *PMF*, ad *Gel reliqui* 10 uenit *F* 11 transiet *PMF*, transibit *Gel* 15 dirigendus *P* 19 dispargendos *PM*, dispergendos *F* 21 etsi *PM*, si *F* 26 carni, mortificatae *Eng:* carni mortificatae *uulgo*

caro? et quid uox dei nisi sermo? et quid sermo nisi spiritus? merito carnem resuscitaturus, quod factus est ipse, et ex morte, quam passus est ipse, et ex sepulcro, quo inlatus est ipse. denique cum dicit: ne miremini, quod ueniet hora, in qua omnes, qui in monumentis sunt, audient uocem filii dei et procedent qui bona fecerunt in uitae resurrectionem, qui mala in resurrectionem iudicii, nemo iam poterit aliud mortuos interpretari, qui sint in monumentis, nisi corpora et carnem, quia nec ipsa monumenta aliud quam cadauerum stabula. siquidem et ipsi homines ueteres, id est peccatores, id est mortui per ignorantiam dei, quos monumenta intellegendos argumentantur haeretici. de monumentis processuri in iudicium aperte praedicantur. ceterum quomodo de monumentis monumenta procedent?

38. Post dicta domini facta etiam eius quid sapere credamus, de capulis de sepulcris mortuos resuscitantis? cui rei istud? si ad simplicem ostentationem potestatis aut ad praesentem gratiam redanimationis, non adeo magnum illi denuo morituros suscitare. enimuero si ad fidem potius sequestrandam futurae resurrectionis, ergo et illa corporalis praescribitur de documenti sui forma. nec sustinebo dicentes idcirco tunc resurrectionem animae soli destinatam in carnem quoque praecucurrisse, quia non potuisset aliter ostendi resurrectio animae inuisibilis nisi per uisibilis substantiae resuscitationem. male deum norunt qui non putant illum posse quod non putant; et tamen sciunt potuisse, si instrumentum Iohannis norunt. qui enim animas adhuc solas martyrum sub altari quiescentes conspectui subdidit, posset utique et resurgentes oculis exhi-

4] Ioh. 5, 28—29. 11] cf. Eph. 4, 22; Col. 3, 9. 28] cf. Apoc. 6, 9.

2 factum *P* 3 est *om. F* et ex—ipse *om. P* (*add. R ex Hirsaugiensi*) 5 omnis *M* 6 filii dei uocem *F* 16 eius etiam *F* 17 resuscitantis *R*, resuscitatis *F*, resuscitandis *PM* 20 suscitare *Pam:* suscitari *PMF* 23 procucurrisse *fort.*

bere sine carne. at ego deum malo decipere non posse, de fallacia solummodo infirmum, ne aliter documenta praemisisse quam rem disposuisse uideatur, immo ne, si exemplum resurrectionis sine carne non ualuit inducere, multo magis plenitudinem exempli [in eadem substantia] exhibere non possit. nullum uero exemplum maius est eo, cuius exemplum est. maius est autem, si animae cum corpore resuscitabuntur in documentum sine corpore resurgendi. ut tota hominis salus dimidiae patrocinaretur, quando exemplorum condicio illud potius expeteret, quod minus haberetur, animae dico solius resurrectionem, uelut gustum carnis etiam resurrecturae suo in tempore. atque adeo, secundum nostram uero aestimationem, exempla illa mortuorum a domino suscitatorum commendabant quidem et carnis et animae resurrectionem, ne cui substantiae negaretur hoc donum, qua tamen exempla, eo minus aliquid edebant. non enim in gloriam nec in incorruptibilitatem sed in mortem aliam suscitabantur.

39. Quam Christus ediderit resurrectionem, apostolica quoque instrumenta testantur. nam et apostolis nullum aliud negotium fuit, dumtaxat apud Israhelem, quam ueteris testamenti resignandi et noui consignandi et potius iam dei in Christo contionandi. ita et de resurrectione nihil noui intulerunt, nisi quod et ipsam in gloriam Christi adnuntiabant, de cetero simplici et nota iam fide receptam sine ulla qualitatis quaestione, solis refragantibus Saducaeis. adeo facilius fuit negari in totum mortuorum resurrectionem quam aliter intellegi. habes Paulum apud summos sacerdotes sub tribuno inter Saducaeos et Pharisaeos

23] cf. Luc. 24, 26.   26] cf. Act. 23, 1—9.

5 in eadem substantia *seclusi*   6 exemplum est *om. P* (*add. R ex Hirsaugiensi*)   12 *sic distinxit Eng* (*uero = saltem, ut uidetur*): ueri aestimationem *Leopoldus*, ueritatem *Bmg; ego olim uolui rescribi:* atque adeo ⟨in⟩ uero secundum nostram aestimationem   15 qua *Oehlerus:* quae *PMF*   16 in gloriam *id est in angelicae naturae splendorem*   18 *aliter distinxi capita:* suscitabantur quam ediderit Christus. 39. Resurrectionem *uulgo*   Christus ediderit *MF*, ediderit Christus *P uulgo*   22 intulerunt *C*, intulerant *PMF*   27 tribus *Gel*

fidei suae professorem: uiri, inquit, fratres, ego Pharisaeus sum, filius Pharisaeorum, de spe nunc et de resurrectione iudicor apud uos, utique communi, ne, quia iam transgressor legis uidebatur, de praecipuo fidei totius articulo, id est de resurrectione, ad Saducaeos sapere existimaretur. ita quam nolebat uideri rescindere fidem resurrectionis utique confirmabat secundum Pharisaeos, respuens negatores eius, Saducaeos. proinde et apud Agrippam nihil se ait proferre citra quam prophetae adnuntiassent. ergo seruabat resurrectionem quoque, qualem prophetae adnuntiarant. nam et de resurrectione mortuorum apud Moysen scriptum commemorans corporalem eam norat, in qua scilicet sanguis hominis exquiri habebit. itaque talem praedicabat, qualem et Pharisaei susceperant et dominus ipse defenderat et Saducaei, ne talem quoque crederent, in totum esse noluerant. sed nec Athenienses aliam intellexerant a Paulo portendi. denique inriserant, non inrisuri omnino, si animae solius restitutionem ab eo audissent; suscepissent enim uernaculae suae philosophiae frequentiorem praesumptionem. at ubi iam nationes praeconium resurrectionis inauditae retro ipsa nouitate concussit et digna incredulitas rei tantae quaestionibus fidem torquere coepit, tunc et apostolus per totum paene instrumentum fidem huius spei corroborare curauit, et esse eam ostendens et nondum transactam et, de quo magis quaerebatur, corporalem et, quod insuper dubitabatur, non aliter corporalem.

40. Nihil autem mirum, si et ex ipsius instrumento captantur argumenta, cum oporteat haereses esse; quae esse non possent, si non et perperam scripturae intellegi possent. nactae denique haereses duos homines ab apostolo editos, interiorem,

1] Act. 23, 6. 8] cf. Act. 26, 22. 11] cf. Act. 26, 22; cf. Gen. 9, 5. 15] cf. Act. 17, 32. 27] cf. I Cor. 11, 19. 29] cf. II Cor. 4, 16.

3 communi, ne quia *Gel:* communi quia *PMF*, communione qua *Bmg* 15 nec *om. P* (*add. R ex Hirsaugiensi*) 19 ubi iam *MF*, ubi *P uulgo* 20 digne (= *iure, begreiflicherweise*) *susp. Eng* 21 torquere *MFGel:* extorquere *P* 26 captantur *MF*, captentur *P uulgo* 28 nactae *Gel:* natae *PMF*

id est animam, et exteriorem, id est carnem, salutem quidem animae, id est interiori homini, exitium uero carni, id est exteriori adiudicauerunt, quia scriptum sit Corinthiis: nam etsi homo noster exterior corrumpitur, sed interior renouatur die et die. porro nec anima per semetipsam homo, quae figmento iam homini appellato postea inserta est, nec caro sine anima homo, quae post exilium animae cadauer inscribitur. ita uocabulum homo consertarum substantiarum duarum quodammodo fibula est, sub quo uocabulo non possunt esse nisi cohaerentes. porro apostolus interiorem hominem non tam animam quam mentem atque animum intellegi mauult, id est non substantiam ipsam, sed substantiae saporem. siquidem Ephesiis scribens in interiorem hominem habitare Christum, sensibus utique intimandum dominum significauit. denique adiunxit: per fidem et in cordibus uestris et in dilectione, fidem quidem et dilectionem non substantiua animae ponens sed conceptiua, in cordibus autem dicens, quae substantiua sunt carnis, iam et ipsum interiorem hominem carni deputauit, quem in corde constituit. inspice nunc, quomodo exteriorem quidem hominem corrumpi allegarit, interiorem uero renouari die ac die, ne illam corruptelam carnis adfirmes, quam ex die mortis in perpetuum defectura patiatur, sed quam in istius uitae spatio ante mortem et usque ad mortem uexationibus et pressuris, tormentis atque suppliciis nominis causa experitur. nam et homo interior hic utique renouari habebit, per suggestum spiritus proficiens fide et disciplina die ac die, non illic, id est non post resurrectionem, ubi non utique die ac die renouari habemus, sed semel ad summam. de sequentibus disce: quod enim ad

3] II Cor. 4, 16. 6] cf. Gen. 2, 7. 13] Eph. 3, 16. 17. 15] Eph. 3, 17. 29] II Cor. 4, 17—18.

5 die et *M*, de die et *P*, de die in *F* 6 homini *Gel:* homine *PMF* 7 homo *om. Gel* 9 fibula *R*³, fabula *PMFR*¹ 10 nisi *om. PR*¹ 17 ponens *om. P* (*add. R ex Hirsaugiensi*) 20 hominem quidem *P* 21 allegarit *Gel:* allegaret *PMF* die, ne *scripsi:* die. nec *PMF* 25 experitur *scripsi:* experietur *PMF*

praesens est, inquit, temporale et leue pressurae nostrae, per supergressum in supergressum aeternum gloriae pondus perficit nobis, non intuentibus quae uidentur, id est passiones, sed quae non uidentur, id est mercedes. quae enim uidentur temporalia sunt, quae uero non uidentur aeterna sunt. pressuras enim et laesuras, quibus corrumpitur homo exterior, ut leues et temporales, idcirco contemnendas adfirmat, praeferens mercedum aeternarum inuisibilium et gloriae pondus in compensationem laborum, quos hic caro patiendo corrumpitur. adeo non illa est corruptio, quam in perpetuum carnis interitum ad resurrectionem expellendam exteriori homini adscribunt. sic et alibi: siquidem, ait, compatimur uti et conglorificemur: reputo enim non dignas esse passiones huius temporis ad futuram gloriam, quae in nos habet reuelari. et hic minora ostendit incommoda praemiis suis. porro si per carnem compatimur, cuius est proprie passionibus corrumpi, eiusdem erit et quod pro compassione promittitur. atque adeo, carni adscripturus pressurarum proprietatem, ut et supra, dicit: cum uenissemus autem in Macedoniam, nullam remissionem habuit caro nostra; dehinc, ut et animae det compassionem: in omnibus, inquit, compressi: extrinsecus pugnae, debellantes scilicet carnem, intrinsecus timor, adflictans scilicet animam. adeo etsi corrumpitur homo exterior, non ut amittens resurrectionem sed ut sustinens uexationem corrumpi intellegitur, et hoc non sine interiore. ita amborum erit etiam conglori-

5] II Cor. 4, 18. 13] Rom. 8, 17—18. 20—24] II Cor. 7, 5.

2 in supergressum *om. Gel* 3 perficit nobis *scripsi* (*cf. uol. I p. 176, 6*): perfici a nobis *PMF*, perficiet nobis *Gel* intuentibus *FR*, ut tuentibus *M*, tuentibus *P* 6 sunt *om. Rig* 10 patiendo caro *fort.* 13 uti et *R*, uti ut *PMF* glorificamur *F* 19 adscripturus *Oehlerus:* adscribitur ut *PMFR*[1], adscribit *R*[3] 20 ut et *R*, mutet *PMF* dicit *PMF*, dicat *R* 22 det *scripsi:* daret *PM*, *om. F* 25 ut *om. P* 26 intellegitur *R*[3], intellegeretur *PMFR*[1], intellegetur *C* 27 et *PMF*, ex *Oehlerus* erit *om. F*

ficari sicut et compati. secundum collegia laborum consortia quoque decurrant necesse est praemiorum.

41. Eandem adhuc sententiam exequitur remunerationes uexationibus praeferens: scimus enim, inquit, quoniam etsi terrena domus nostri tabernaculi dissoluatur, habemus domum non manu factam aeternam in caelis, id est: pro hoc, quod dissoluetur caro nostra per passiones, domicilium consecuturi sumus in caelis. meminerat euangelicae definitionis: beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quia illorum est regnum caelorum. non tamen carnis restitutionem negauit, si ** compensationem mercedis opposuit, cum ipsi compensatio debeatur, cui dissolutio reputatur, scilicet carni. sed quia domum dixerat carnem, eleganter uoluit et in mercedis comparatione uocabulo domus uti, ipsi domui, quae dissoluetur per passionem, meliorem domum repromittens per resurrectionem. nam et dominus multas mansiones quasi domus apud patrem repromittit. quamquam et de domicilio mundi potest intellegi, quo dissoluto aeterna sedes repromittatur in caelis, quia et quae sequuntur ad carnem manifeste pertinentia ostendunt priora non ad carnem pertinere. diuisionem enim facit apostolus, cum subicit: nam et in hoc gemimus domicilium nostrum, quod de caelo est superindui desiderantes; siquidem exuti non nudi inueniemur, id est: ante uolumus superinduere uirtutem caelestem aeternitatis quam carne exuamur. huius enim gratiae priuilegium illos manet,

4] II Cor. 5, 1. 9] Matth. 5, 10. 17] cf. Ioh. 14, 2. 22] II Cor. 5, 2—3.

2 quoque *PMF*, etiam *Gel* 3 adhuc *FGel:* ad hoc *PM* 5 nostri *PMF*, nostri huius *C* 7 pro hoc quod *Gel:* quod pro hoc *PMR*[1], quod per hoc *F*, pro hoc *R*[3]*G* 8 quod domicilium *R* 10 est *F Gel:* esset *M, om. P* (*add. R ex Hirsaugiensi*) 11 *lacunam signaui:* pro dissolutione eius *desidero* 13 deputatur *C* 18 et *om. R*[3] 20 secuntur *PMF* ostenduntur *P* 21 priora—pertinere *om. P* (*add. R in mg. ex Hirsaugiensi*) 22 in hoc *C*, hoc *PMF* gemimus *PMF*, ingemiscimus *C* 24 inueniemur *MF*, inueniamur *Puulgo* 25 superinducere *MF*

qui ab aduentu domini deprehendentur in carne et propter duritias temporum antichristi merebuntur compendio mortis per demutationem expunctae concurrere cum resurgentibus, sicut Thesalonicensibus scribit: hoc enim dicimus uobis in sermone domini, quod nos qui uiuimus, qui remanemus in aduentum domini, non praeueniemus eos, qui dormierunt, quoniam ipse dominus in iussu et uoce tubae dei descendet de caelo, et mortui in Christo resurgent primi; dehinc nos cum ipsis simul rapiemur in nubibus obuiam Christo et ita semper cum domino erimus.

42. Horum demutationem ad ⟨omnes in prima ad⟩ Corinthios reddit dicens: non omnes quidem resurgemus. omnes autem demutabimur, in atomo, in momentaneo motu oculi, in nouissima tuba. [sed illi scilicet soli, qui inuenientur in carne: et mortui, inquit, resurgent, nos demutabimur.] hac ergo prius positione perspecta reliqua reuocabis ad superiorem sensum. nam cum adicit: oportet etenim corruptiuum istud induere incorruptelam et mortale istud induere inmortalitatem, hoc erit illud domicilium de caelo, quod gementes in hac carne superinduere desideramus, utique super carnem in qua deprehendemur, quia 'grauari nos' ait, 'qui simus in tabernaculo, quod nolimus

4] I Thess. 4, 15—17. 13] I Cor. 15, 51—52. 18] I Cor. 15, 53. 23] cf. II Cor. 5, 4.

6 aduentum *Oehlerus:* aduentu *PMF* 7 in iussu et *om. Gel* 8 uoce tubae *MF* (*sed cf. p. 59, 14*), in uoce angeli (archangeli *Gel*) et in tuba *P reliqui* descendet *M*, descendit *PF* 10 simul *om. P* (*add. R ex Hirsaugiensi*) 11 christo *PMF*, domino in aera *C* (*cf. c. 24*) 12 omnes in prima ad *addidi* 13 ⟨non⟩ omnes *scripsi:* omnes *PMF* omnes autem *scripsi:* non autem omnes *PMF* 15 sed illi—demutabimur *seclusi: totum hunc locum ob eam rem consulto et deprauatum et interpolatum esse, quia quae afferebantur uerba apostoli non concordabant cum Vulgatae recensione, ex eis cognosci licet, quae infra p. 87, 7 sqq. leguntur* 16 resurgent ⟨primi, et⟩ nos *Gel* 17 hac *P*, haec *MF* positione *PMF*, dispositione *Gel* perspecta *scripsi:* prospecta *PMF* 19 etenim *PMF*, enim *R uulgo* corruptum *R* 21 superinduere *PMF*, superindui *C* 23 nolimus *PM*, uolumus *F*

exui sed potius superindui, uti deuoretur mortale a uita', scilicet dum demutatur superinduendo quod est de caelis. quis enim non desiderabit, dum in carne est, superinduere inmortalitatem et continuare uitam lucrifacta morte per uicariam demutationem, ne inferos experiatur usque nouissimum quadrantem exacturos? ceterum demutationem etiam post resurrectionem consecuturus est inferos iam expertus. abhinc enim definimus carnem omnimodo quidem [resurrecturam atque] illa ex demutatione superuentura habitum angelicum suscepturam. aut si in his solis, qui inuenientur in carne, demutari eam oportebit, ut deuoretur mortale a uita, id est caro ab illo superindumento caelesti aeterno: ergo qui mortui deprehendentur uitam non consequentur, priuati iam materia et, ut ita dixerim, esca uitae, id est carne, aut necesse est recipiant eam et illi, ut et in ipsis mortale deuorari possit a uita, si uitam sunt consecuturi. sed in mortuis, inquis, iam deuoratum erit mortale istud. non utique in omnibus. quantos enim licebit uel pridianos inueniri, tam recentia cadauera, ut nihil in illis deuoratum uideri possit? utique enim deuoratum non aliud existimas quam interceptum, quam abolitum, quam omni sensui ereptum, quod comparere omni genere cessauerit. nec gigantum autem antiquissima cadauera deuorata constabit, quorum crates adhuc uiuunt. diximus iam de isto alibi. sed et proxime in ista ciuitate cum odei fundamenta tot ueterum sepulturarum sacrilega conlocarentur, quingentorum fere annorum ossa adhuc succida et capillos olentes populus exhorruit. constat non tantum ossa durare uerum et

5] cf. Matth. 5, 26; Luc. 12, 59. 15] cf. II Cor. 5, 4. 24] cf. Tert. de anima c. 51.

2 demutatur *PM*, demutamur *FRmg* 4 lucrifacta *F*, lucrifactam *PM*, lucrificata *C* 6 exacturos *R*, exacturus *PMF* 8 omni modo quidem *PMF*, quidem omni modo *Gel reliqui* resurrecturam atque *seclusi* 9 illam *C* 12 aeterno *PMF*, et aeterno *C* 15 recipiam *M* (*corr. m. 2*) 19 ⌞in⌟ illis *B*, illis *PMF* 20 existimans *P* (n *del. R*) *M* (*corr. m. 2*) 21 sensui *scripsi:* sensu *PMF* 23 grates *P*, arates *F* 24 odei *Gel:* hodie *PMFR*[1], eo die *R*[3] 25 sacrilegio *siue* ⟨apertura⟩ sacrilega *Eng* 26 sucida *M*

dentes incorruptos perennare, quae ut semina retinentur fruticaturi corporis in resurrectione. postremo etsi tunc deuoratum inuenietur mortale in omnibus mortuis, certe a morte, certe ab aeuo, certe per aetatem, numquid a uita, numquid a superindumento, numquid ab inmortalitatis ingestu? porro qui ab his ait deuoratuiri mortale, ab aliis negauit. et utique hoc a diuinis uiribus, non a naturalibus legibus perfici praestarique conueniet. ergo cum a uita habeat deuorari quod mortale est, id exhiberi omnifariam necesse est, ut deuoretur, et deuorari, ut demutetur. si ignem dicas accendi oportere, non potes id, per quod accenditur, alibi necessarium adfirmare alibi non. sic et cum infulcit: siquidem exuti non inueniemur nudi, de eis scilicet, qui non in uita nec in carne deprehendentur a die domini, non alias negauit nudos quos praedixit exutos, nisi quia et reuestitos uoluit intellegi eadem substantia, qua fuerant spoliati. ut nudi enim inuenientur carne deposita uel ex parte discissa siue detrita, — et hoc enim nuditas potest dici — dehinc recipient eam, ut redinduti carnem fieri possint etiam superinduti inmortalitatem. superindui enim nisi uestito iam conuenire non poterit.

43. Proinde cum dicit: itaque confisi semper et scientes quod, cum inmoremur in corpore, peregrinemur a domino, per fidem enim incedimus, non per speciem, manifestum est hoc quoque non pertinere ad offuscationem carnis quasi separantis nos a domino. et hic enim exhortatio fastidiendae uitae huius obuertitur, siquidem peregrinamur a domino quamdiu uiuimus, per fidem incedentes, non per spe-

2] cf. II Cor. 5, 4. 12] II Cor. 5, 3. 21] II Cor. 5, 6—7.

1 fruticaturi *Iun:* fructicaturi *F*, fructificaturi *PM* 5 qui ab his *F Gel*, quia his *PM* 6 deuoratuiri *scripsi* (*cf. p. 44, 3*)*:* deuorat ūiri *P*, deuoratum* iri *M*, deuorat non iri *F* 12 non inueniemur nudi *PMF*, non nudi inueniamur *C* 15 et reuestitos *C*, reuestitos *PMF* 18 dehinc *PMF*, et dehinc *C* 19 carnem *Gel:* carne *PMF* 20 potest R^3 22 inmoremur *PMF*, immoramur *C* peregrinemur *PMF*, peregrinamur *C* 25 ⌊et hic enim exhortatio fastidiendae uitae huius obuertitur, siquidem peregrinamur a domino⌋ quamdiu *B*, quamdiu *PMF*

ciem, id est spe, non re. et ideo subiungit: fidentes autem et bonum ducentes magis peregrinari a corpore et inmorari ad dominum, scilicet ut per speciem magis incedamus quam per fidem, per rem potius quam per spem. uides quam et hic corporum contemptum ad martyriorum praestantiam referat. nemo enim peregrinatus a corpore statim inmoratur penes dominum, nisi ex martyrii praerogatiua, paradiso scilicet, non inferis, deuersurus. defecerant autem apostolo uerba ad significandum de corpore excessum? an ratione etiam noue loquitur? temporalem enim absentiam a corpore uolens significare peregrinari nos ab eo dixit, quoniam qui peregrinabitur etiam reuertetur in domicilium. exinde etiam ad omnes: gestimus, inquit, siue peregrinantes siue inmorantes placibiles deo esse: omnes enim manifestari nos oportet pro tribunali Christi Iesu. si omnes, et totos; si totos, et interiores et exteriores, id est tam animas quam et corpora: uti unusquisque, inquit, reportet quae per corpus secundum quae gessit, bonum siue malum. hoc iam quomodo legas quaero. quasi turbate enim per hyperbaton struxit. utrumne quae per corpus 'reportanda erunt' an [quae per corpus] 'gesta sunt'? sed et si [quae per corpus] reportanda sunt, corporalis indubitate resurrectio est. et si [quae per corpus] gesta sunt, per corpus utique pensanda sunt, per quod et gesta sunt. ita et totus hic a capite tractatus apostoli tali clausula detextus, qua carnis resurrectio ostenditur, secundum haec erit intellegendus, quae cum clausula consonant.

1] II Cor. 5, 8. 12] II Cor. 5, 9. 10. 17] II Cor. 5, 10.

1 audentes *Gel* 2 boni *fort.* ducentes *F*R^3, dicentes *PM* (i *in* u *corr. m. 2*) R^1 5 hic et *Gel* 7 scilicet paradiso *P* 11 nos *F*R^3*M* (*s. u. a m. 2*), se *P*R^1 peregrinabitur *F*, peregrinatur *PM* (*syll.* bi *in mg. a m. 1*) peregrinatur—reuertitur *Eng* 12 gestimus *PMF*, <et ideo> gestimus *Gel* 13 placibiles deo esse *PMF*, placibiles illi esse *C*, placere illi *Gel* 15 Iesu *om. Gel* si totos *Gel:* si omnes *PMF* 17 quae *F*, *om. PM* 18 siue *PF*, seu *M* 19 struxit *Gel:* instruxit *PMF* 20 quae per corpus *ter seclusi* 24 et totus *F*, totus *PM*

44. Si enim adhuc ad superiora respectes, unde mentio hominis exterioris et interioris inducta est, nonne et dignitatem et spem carnis integram inuenies? cum enim de lumine, quod inluxerit deus in cordibus nostris ad inluminationem agnitionis gloriae suae in persona Christi, dicit habere nos thesaurum istum in testaceis uasis, scilicet in carne: utrumne, quia testacea est secundum originem in limo, destruetur an, quia diuini thesauri conditorium est, extolletur? atquin si lumen ipsum illud uerum, quod est in persona Christi, uitam in se continet eaque uita cum lumine committitur in carnem, peritura est in quam uita committitur? plane sit. periturus ⟨est⟩ et ipse thesaurus? perituris enim peritura creduntur, sicut ueteribus utribus nouum uinum. cum item subicit: semper mortificationem Christi Iesu circumferentes in corpore nostro, qualis ista res est, quae post dei templum iam et sepulcrum Christi potest dici? cur autem mortificationem domini circumferimus in corpore? ut et uita, inquit, manifestetur. ubi? in corpore. in quo? in mortali. ergo in carne, plane mortali secundum culpam, sed et uitali secundum gratiam; uide quantam, ut in illa uita Christi manifestetur. in re ergo aliena salutis, in substantia perpetuae dissolutionis manifestabitur uita Christi aeterna iugis incorrupta, iam et dei uita? aut cuius temporis uita domini manifestabitur in corpore nostro? illa quidem, quam uixit usque in passionem, non modo apud Iudaeos in manifesto fuit uerum etiam omnibus nunc gentibus prodita est. adeo eam significat, quae portas adamantinas mortis et aeneas seras inferorum

2] cf. II Cor. 4, 16. 4] II Cor. 4, 6. 6] cf. II Cor. 4, 7. 13] cf. Matth. 9, 17; Marc. 2, 22; Luc. 5, 37. 14] II Cor. 4, 10. 15] cf. I Cor. 3, 16. 17] II Cor. 4, 11. 27] cf. Ps. 106, 16.

4 luminationem *M* 6 scilicet *P*, scilicet et *MF* 9 ipsum *PMF*, ipsum ˪dei˩ *B* 11 plane sit. periturus ⟨est⟩ *scripsi:* plane si (sic *R*) periturus *PMF* 12 thesaurus; perituris *uulgo* 16 et mortificationem *F* 17 uita Iesu *C* 18 in corpore nostro *C* 21 ergo *om. F* saluti sed in *R*, salutis sed in *B* 22 aeterna *om. F* 24 quam *FC*, qua *PM* 25 non modo *PM* (*add. s. u.* quae *m. 2*) *Gel:* quae non modo *FR* (*ex Hirsaugiensi*) in manifesto apud iudaeos *F*

infregit, quae exinde iam nostra est. denique manifestabitur in corpore. quando? post mortem. quomodo? dum resurgimus in corpore, sicut et Christus. ne enim quis argumentetur nunc habere manifestari uitam Iesu in corpore nostro per disciplinam sanctitatis et patientiae et iustitiae et sapientiae, quibus domini uita floruerit, prouidentissima apostoli intentio ingerit: si enim nos, qui uiuimus, in mortem tradimur propter Iesum, et uita eius manifestetur in corpore nostro mortali. adeo defunctis nobis hoc ait futurum in corpore nostro. quodsi tunc, quomodo nisi resuscitato eo? proinde et in clausula: scientes, ait, quod qui suscitauit Iesum et nos suscitabit cum ipso, quia iam resurrexerit a mortuis, nisi quia cum ipso sicut ipsum sapit; si uero sicut ipsum, non utique sine carne.

45. Sed et rursus alia caecitate in duos homines impingunt, in ueterem et in nouum, monente apostolo 'deponere nos ueterem hominem, qui corrumpitur per concupiscentiam seductionis, renouari autem spiritu sensus et induere nouum hominem, qui secundum deum conditus est in iustitia et religione ueritatis', ut et hic ad duas substantias distinguendo, uetustatem ad carnem, nouitatem ad animam, corruptionem perpetuam ueteri defendant, id est carni. porro si secundum substantias, nec anima ⟨ideo⟩ nouus homo, quia posterior, nec caro ideo uetus, quia prior. quantulum enim temporis inter manum dei et adflatum? ausim dicere: etiam si multo prior anima caro, eo ipso, quod anima impleri se expectauit, priorem eam fecit. omnis enim consummatio atque perfectio, etsi ordine postumat, effectu anticipat. magis illud prius est, sine quo

7] II Cor. 4, 11. 11] II Cor. 4, 14. 16] cf. Eph. 4, 22—24.

1 nostra est *PM*, nostra *F* 6 dominus *F* 8 et *PMF*, ut *R uulgo* 9 adeo *Gel:* ideo *PMF* 12 resurrexerit *PM*, resurrexit *FGel* 13 nisi —sapit *om. P* (*add. R in mg. ex Hirsaugiensi*) 18 sensu spiritus *Bmg* 22 defendant *Gel:* defendat *PMF* 23 ideo *addidi* 25 anima ⌞quam⌟ caro *B* 28 effectu *PMF*, effectu tamen *C* maius *F*

priora non possunt. si caro uetus homo, quando istud? a primordio? atquin Adam nouus totus, et ex nouo uetus nemo. nam et exinde a benedictione geniturae caro atque anima simul fiunt sine calculo temporis, ut quae simul in utero etiam seminantur, quod docuimus in commentario animae. contemporant fetu, coaetant natu. duo isti homines, sane ex substantia duplici, non tamen et aetate, sic unum eduntur, dum prior neuter. rectius est totos nos aut ueteres aut nouos esse; qua enim ⟨unum et⟩ alterum possimus esse, nescimus. sed apostolus ueterem hominem manifeste notat. expone enim, inquit, secundum pristinam conuersationem ueterem hominem, non secundum alicuius substantiae senium. neque enim carnem praecipit deponamus sed quae et alibi carnalia ostendit, opera, non corpora accusans, de quibus et hic subicit: deponentes mendacium loquimini ueritatem unusquisque ad proximum suum, quoniam membra alterutrum sumus. irascimini autem et nolite delinquere. sol non occidat super iracundiam uestram. neque dederitis diabolo locum. qui furabatur, iam non furetur, immo potius laboret operando manibus, uti habeat impertire indigenti. omnis sermo turpis non procedat ex ore uestro, sed qui sit optimus ad aedificationem fidei, ut gratiam audientibus praestet. et nolite contristare spiritum dei sanctum, in quo signati estis in redemptionis die. omnis amaritudo et ira et clamor et blasphemia auferatur a uobis cum omni malitia. estote autem in alterutrum benigni misericordes donantes

3] cf. Gen. 1, 22. 5] cf. Tert. de anima c. 27. 10] Eph. 4, 22. 13] cf. Gal. 5, 19. 15] Eph. 4, 25—32.

1 sit ⟨nunc⟩ caro *fort.* 2 atqui *R* 5 contemporant *R*, contemperant *PMF* 6 duo isti *scripsi:* duos istos *PMF* 7 eduntur *scripsi:* edunt *PMF* 8 neuter R^3, neutre $PMFR^1$ rectius *Oehlerus:* citius *PMF*, scitius *fort.* 9 unum et *addidi* possimus *Bmg*, possidemus *PMF* 10 exponens *Gel* 18 ne dederitis *Gel* 19 furabatur FGR^3, furatur PMR^1 locum diabolo *F* 21 impartire *R* 22 de ore *F* qui sit GR^3, quis *PM* (*corr. in* qui sit *m. 2*) *F*, si quis *Gel* 26 blasphemia ⟨et indignatio⟩ *C*

inuicem, sicut et deus uobis donauit in Christo. igitur qui carnem ueterem hominem existimant, cur non mortem sibi properant, ut uetere homine deposito praeceptis apostoli occurrant? nos enim, qui totam fidem in carne administrandam credimus, immo et per carnem, cuius est et os ad proferendum optimum quemque sermonem et lingua ad non blasphemandum et cor ad non indignandum et manus ad operandum et largiendum, tam uetustatem hominis quam nouitatem ad moralem, non ad substantialem, differentiam pertinere defendimus. atque ita pariter agnoscimus hominem, qui secundum pristinam conuersationem uetus fuerit, eundem et corrumpi ita dictum secundum concupiscentiam seductionis, quemadmodum et ueterem secundum pristinam conuersationem, non secundum carnem per interitum perpetuum. ceterum carne tam saluum quam eundem, utpote uitiosam disciplinam, non corpulentiam, exutum.

46. Talem ubique apostolum recognoscas, ita carnis opera damnantem, ut carnem damnare uideatur. sed, ne ita quis existimet, ex aliorum uel cohaerentium sensuum suggestu procurantem. nam et dicens eos, qui in carne sint, deo placere non posse statim de prauo intellectu ad integrum reuocat adiciens: uos autem non estis in carne sed in spiritu. eos enim, quos in carne esse constabat, negando in carne esse in operibus carnis non esse monstrabat, atque ita illos demum deo placere non posse, non qui in carne essent, sed qui carnaliter uiuerent, placere autem deo illos, qui in carne positi secundum spiritum incederent. et rursus corpus quidem ait mortuum, sed propter delinquentiam, sicut spiritum uitam propter iustitiam. uitam autem morti opponens in carne constitutae sine dubio illic et uitam repromisit ex iustitia, ubi mortem determinauit ex delinquentia. ceterum frustra opposuit uitam

20] cf. Rom. 8, 8. 22] Rom. 8, 9. 27] cf. Rom. 8, 10.

5 credimus *scripsi:* credidimus *PMF* praeferendum *F* 11 corrumpi* ita *M* 20 sint *PMF*, sunt *Pam* 24 monstrabit *F* 26 illos deo *Gel* 27 ait *PMF*, inquit *Gel*

morti, ⟨si⟩ non est illic, ubi est et ipsa, cui eam opposuit, excludendae utique de corpore. porro si uita mortem de corpore excludit, non potest id perficere nisi illuc penetret, ubi est quod excludit. et quid ego nodosius, cum apostolus absolutius? si enim, inquit, spiritus eius, qui suscitauit Iesum, habitat in uobis, qui suscitauit Iesum a mortuis suscitabit et mortalia corpora uestra propter inhabitantem spiritum eius in uobis; ut et si animam quis corpus mortale praesumpserit, cum hoc et carnem negare non possit, carnis quoque resuscitationem cogatur agnoscere secundum eiusdem status communionem. ex sequentibus adhuc discas opera carnis damnari, non ipsam: itaque, fratres, ait, debitores sumus non carni ad uiuendum ⟨secundum carnem⟩; si secundum carnem uixeritis, futurum est, ut moriamini, si uero spiritu carnis actus mortificaueritis, uiuetis. porro, ut ad singula quaeque respondeam, si in carne constitutis, secundum spiritum tamen degentibus, salus repromittitur, iam non caro aduersatur saluti, sed operatio carnis. operatione autem carnis exclusa, quae causa est mortis, salua iam caro ostenditur, causa carens mortis. lex enim, inquit, spiritus uitae in Christo Iesu manumisit me a lege delinquentiae et mortis, certe quam praemisit habitare in membris nostris. ergo iam membra nostra legi mortis non tenebuntur, quia nec delinquentiae, a quibus manumissa sunt. quod enim inualidum erat legis, in quo infirmabatur per carnem, misso deus filio suo in simulacro carnis delinquentiae et per delinquentiam, dam-

5] Rom. 8, 11. 12] Rom. 8, 12—13. 20] Rom. 8, 2. 23] cf. Rom. 7, 23. 25] Rom. 8, 3.

1 si *add. R* non *om. F* 3 illuc *Lat:* illud *PMF* 6 a mortuis *om. C* 7 suscitabit *PMF*, uiuificabit *C* 13 ad uiuendum *PMF*, ut uiuamus *Gel* secundum carnem *addidi* 15 actus carnis *Gel* 17 id egentibus *F* 21 manumisit te *Bmg* 23 legi *scripsi:* lege *PMF* 26 in simulacro in similitudine *F* 27 per delinquentiam *M* (ā *ex* ẹ *m. 2*) *FC*, per carnem *P*

nauit delinquentiam in carne, non carnem in delinquentia; neque enim domus cum habitatore damnabitur. habitare enim peccatum dixit in corpore nostro. damnata autem delinquentia caro absoluta est, sicut indemnata ea legi mortis et delinquentiae obstricta est. sic etsi sensum carnis mortem appellauit, dehinc et inimicitiam ad deum, sed non carnem ipsam. cui ergo, dices, reputabitur sensus carnis, si non substantiae ipsi? plane, si probaueris aliquid carnem de suo sapere. si uero sine anima nullius est sensus, intellege sensum carnis ad animam esse referendum, carni interdum deputatum, quia propter carnem et per carnem administratur. et ideo habitare ait delinquentiam in carne, quia et anima, a qua delinquentia inducitur, inquilina est carnis, mortificatae quidem, sed non suo uerum delinquentiae nomine. nam et alibi: quomodo, inquit, etiam nunc uelut uiuentes in mundo sententiam fertis? non ad mortuos scribens, sed ad eos, qui desinere deberent mundialiter uiuere.

47. Haec enim erit uita mundialis, quam ueterem hominem dicit confixum [esse] Christo, non corporalitatem. [sed moralitatem] ceterum si non ita accipimus, non est corporalitas nostra confixa nec crucem Christi caro nostra perpessa est, sed quemadmodum adiecit: uti euacuetur corpus delinquentiae, per emendationem uitae, non per interitum substantiae, sicut ait, uti hactenus delinquentiae seruiamus et ut hac ratione 'commortui Christo credamus, quod etiam con-

5] cf. Rom. 8, 6—7. 11] cf. Rom. 7, 17. 14] Col. 2, 20. 18] cf. Rom. 6, 6. 22] Rom. 6, 6. 24] ib. 25] cf. Rom. 6, 8.

4 legi *PMF*, lege *R uulgo* 5 etsi *PMF*, et *Gel reliqui* 10 deputatum *FM* (*ex* demutandum *corr. m. 1*), deputandum *PR*[1] 11 propter carnem et *om. Gel* 12 animae *PR*[1] a qua *B*, *om. PMF* delinquentiae *M* 18 *coniunge:* haec uita mundialis erit quam dicit ueterem hominem confixum Chr. qua *Rig* 19 esse *seclusi* corporalitatem *pro* corporalitas, *quia intercessit:* quam dicit sed moralitatem *seclusi* 25 Christo *Pam:* in christo *PMF* conuiuemus *MC*, conuiuamus *PF*

uiuemus illi’. sic enim, inquit, et uos reputate mortuos quidem uos. cuinam? carni? non, sed delinquentiae. ergo salui erunt carni, uiuentes autem deo in Christo Iesu, per carnem utique, cui mortui non erunt, delinquentiae scilicet mortui, non carni. nam et adhuc ingerit: ne ergo regnauerit in corpore uestro mortali delinquentia ad obaudiendum illi et ad exhibendum membra uestra arma iniustitiae delinquentiae: sed exhibete uosmet ipsos deo uelut ex mortuis uiuos, — non uelut uiuos, sed uelut ex mortuis uiuos — et membra uestra arma iustitiae. et rursus: sicut exhibuistis membra uestra famula inmunditiae et iniquitatis ad iniquitatem, ita et nunc exhibete membra uestra famula iustitiae in sanctificium; cum enim serui essetis delinquentiae, liberi eratis iustitiae. quem ergo fructum habebatis super his, de quibus nunc confundimini? finis enim illorum mors. nunc uero liberi facti a delinquentia, famulati autem deo, habetis fructum uestrum in sanctificium, finem autem uitam aeternam. stipendia enim delinquentiae mors, donatiuum autem dei uita aeterna in Christo Iesu, domino nostro. ita per totam hanc sensuum seriem ab iniustitia et delinquentia membra nostra diuellens et iustitiae et sanctimoniae adiungens et transferens eadem a stipendio mortis ad donatiuum uitae aeternae, carni utique compensationem salutis repromittit, cui nullam omnino competisset imperari propriam sanctimoniae et iustitiae disciplinam, si non ipsius esset et praemium disciplinae, sed nec ipsum baptisma committi, si per regenerationem non etiam restitutioni inaugurar etur, hoc quoque apostolo ingerente: an igno-

1] Rom. 6, 11. 5] Rom. 6, 12—13. 11] Rom. 6, 19—23. 29] Rom. 6, 3—4.

4 cui iam *F* scilicet *om. PM* (*add. m. 2*) R^1 5 carni *F*, carne *P* (*corr. R*) *M* 12 iniquitati *C* 16 enim *Pam:* ergo *PMF* 17 uero *PM*, ergo *F* 18 sacrificium *P* (*corr. R*) 21 totam *B*, portam *PMF* 22 seriem *B*, seriemque *PMF* 28 ⌞si⌟ per *B*, per *PMR* nisi etiam *Rmg*

ratis, quod quicumque in Iesum tincti sumus, in mortem eius tincti sumus? consepulti ergo illi sumus per baptisma in mortem, uti, quemadmodum surrexit Christus a mortuis, ita et nos in nouitate uitae incedamus. ac ne de ista tantum uita putes dictum, quae ex fide per baptisma in nouitate uiuenda est, prouidentissime adstruit: si enim consati fuerimus simulacro mortis Christi, ita et resurrectionis erimus. per simulacrum enim morimur in baptismate, sed per ueritatem resurgimus in carne, sicut et Christus, ut, sicut regnauit in morte delictum, ita et gratia regnet per iustitiam in uitam sempiternam per Iesum Christum dominum nostrum. quomodo 'ita', si non aeque in carne? ubi enim mors, ibi et uita post mortem, quia et uita ibi ante, ubi postea mors. nam si regnum mortis nihil operatur quam carnis dissolutionem, proinde uitam contrariam morti contrarium oportet operari, id est carnis redintegrationem, uti, sicut deuorauerat mors inualescendo mortale, ita et deuorata ab inmortalitate audire possit: ubi est, mors, aculeus tuus? ubi est, mors, contentio tua? sic enim et gratia illic superabundabit, ubi et iniquitas abundauit; sic et uirtus in infirmitate perficietur, quod periit saluum faciens, quod mortuum est uiuificans, quod percussum est sanans, quod languit medicans, quod ereptum est redimens, quod famulatum est liberans, quod seductum est reuocans, quod elisum est suscitans; et quidem de terra in caelum, ubi nostrum municipatum Philipenses quoque ab apostolo

7] Rom. 6, 5. 10] Rom. 5, 21. 17] cf. Es. 25, 8. 19] I Cor. 15, 55. 20] cf. Rom. 5, 20. 21] cf. II Cor. 12, 9. 21—25] cf. Ez. 34, 16. 26] cf. Phil. 3, 20.

1 iesum *PMF*, Christum Iesum *C* in mortem—sumus *om. F* 3 per *PMF*, post *C* 6 uiuenda *PMF*, incedenda *Bmg* 7 consati *FBmg*, conplantati *PM* (*de pud. c. 17 legitur:* consepulti) fuerimus *PMF*, sumus *Gel* 8 ita et *PMF*, simul et *Gel*, sed et *fort.* (*cf. de pud. 17*) 9 resurgemus *C* 13 ita *B*, ista *PMF* 18 mortale, ita et *scripsi:* ita et mortale *PMF* deuorata *scripsi* (*cf. p. 106, 1 et 113, 14*)*:* deuorato *F*, deuoratum *M* (ū *in* o *corr. m. 1*) *P* (ū *in* o *corr. R*) 20 superabundabit *R*[3], superabundauit *PMFR*[1] 21 abundabit *Gel* periit *Pam:* perit *PMF* 26 philipenses *M*, philippenses *PF*

discunt, unde et salutificatorem nostrum expectamus Iesum Christum, qui transfigurabit corpus nostrae humilitatis conformale corpori gloriae suae, sine dubio post resurrectionem, quia nec ipse Christus glorificatus est ante passionem. haec erunt corpora nostra, quae Romanos obsecrat exhibere hostiam uiuam sanctam placibilem deo. quomodo uiuam, si peritura sunt? quomodo sanctam, si profana sunt? quomodo placibilem, si damnata sunt? age iam, quod ad Thesalonicenses ipsius solis radio putem scriptum, — ita claret, — qualiter accipient lucifugae isti scripturarum: ipse autem deus pacis sanctificet uos totos? non sufficit? sed sequitur: et integrum corpus uestrum et anima et spiritus sine querela conseruentur in praesentia domini. habes omnem substantiam hominis saluti destinatam, nec alio tempore quam in aduentu domini, qui clauis est resurrectionis.

48. Sed caro, inquis, et sanguis regnum dei hereditati possidere non possunt. scimus hoc quoque scriptum, sed de industria distulimus hucusque, ut quod aduersarii in prima statim acie obstruunt, in ultima congressione prosterneremus, omnibus quaestionibus quasi auxiliis eius ante deiectis. sed et nunc expediet praecedentia recognosci, ut et huic sensui sua origo praeiudicet. ut opinor, apostolus disposita ad Corinthios omni distinctione ecclesiasticae disciplinae summam et sui euangelii et fidei illorum in dominicae mortis et resurrectionis demandatione concluserat, ut et nostrae spei regulam inde deduceret, unde constaret. itaque subicit: si autem Christus praedicatur quod a mortuis resurrexerit,

1] Phil. 3, 21. 5] cf. Rom. 12, 1. 10] I Thess. 5, 23. 15] cf. Apoc. 1, 18. 17] I Cor. 15 50. 23] cf. I Cor. 15, 1—9. 27] I Cor. 15, 12—18.

1 saluificatorem *Gel* 2 transfigurabit *Pam:* transfigurauit *PMF* 3 conformatum *Gel* 5 haec *PM,* nec *F* 8 placibilem *Pam:* placibilia *PMF* 9 ipsius *PMF,* ⟨ut⟩ ipsius *Gel* 10 accipiant *F* 12 sed *MF,* quod *P* 17 hereditati *MF,* hereditate *P uulgo* 21 disiectis *FRmg* 22 expediet *Eng:* expetent *P,* expectent *MF* 23 ut *om. Gel* 27 ita *P* (que *s.u. add. R*) 28 Christus *om. P* (*s.u. add. R*) resurrexerit *PMF,* resurrexit *C*

quomodo quidam dicunt in uobis resurrectionem mortuorum non esse? quae si non est, nec Christus resurrexit. si Christus non resurrexit, inanis est praedicatio nostra, uacua est fides nostra. inueniemur enim falsi testes dei, qui testimonium dixerimus, quod resuscitauerit Christum, quem non resuscitauit. nam si mortui non resurgunt, nec Christus resurrexit. si Christus non resurrexit, uana est fides uestra, quia adhuc in delictis uestris estis, et qui in Christo dormierunt perierunt. per haec cui nos rei credendae uidetur extruere? resurrectioni, inquis, mortuorum, quae negabatur. certe sub exemplo dominicae resurrectionis uolens eam credi. certe, inquis. exemplum porro ex diuersitate an ex parilitate componitur? utique, inquis, ex parilitate. quomodo autem Christus resurrexit? in carne an non? sine dubio, si mortuum, si sepultum audis secundum scripturas non alias quam in carne, aeque resuscitatum in carne concedes. ipsum enim, quod cecidit in morte, quod iacuit in sepultura, hoc et resurrexit, non tam Christus in carne quam caro in Christo. igitur si ad exemplum Christi resurgemus, qui resurrexit in carne, iam non ad exemplum Christi resurgemus, si non in carne et ipsi resurgemus: quia per hominem, inquit, mors, et per hominem resurrectio, ut separaret quidem auctores, mortis Adam, Christum resurrectionis, eiusdem autem constitueret substantiae resurrectionem, cuius et mortem, per ipsorum auctorum in nomine hominis comparationem. si enim sicut in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes uiuificabuntur, carne uiuificabuntur in Christo, sicut in Adam

15] cf. I Cor. 15, 3—4. 22] I Cor. 15, 21. 26] I Cor. 15, 22.

3 si *PMF*, si autem *C* praedicatio uestra *PR*[1] 4 ⌞uacua est fides nostra⌟ inueniemur *B*, uacua est et fides uestra. inueniemur *Gel*, inueniemur *PMF* inuenimur autem *C* 5 dixerimus *PMF*, diximus aduersus deum *C* 17 concedes *scripsi:* concedis *PMF* 18 mortem *C* et *om. B* 23 separarct *M* (*syll.* ra *s. u. add. m. 2*) *Gel*, separet *PF*

carne moriuntur. unusquisque autem in suo ordine, scilicet quia et in suo corpore. ordo enim meritorum [dispositorum] nomine disponetur. merita autem cum corpori quoque adscribantur, ordo quoque corporum disponatur necesse est, ut possit esse meritorum. si autem et baptizantur quidam pro mortuis, uidebimus an ratione. certe illa praesumptione hoc eos instituisse portendit, qua alii etiam carni [ut] uicarium baptisma profuturum existimarent ad spem resurrectionis, quae non nisi corporalis [non nisi alias] in baptismate corporali obligaretur. quid et ipsos baptizari ait, id est** si non quae baptizantur corpora resurgunt? anima enim non lauatione, sed responsione sancitur. quid et nos, inquit, omni hora periclitamur? utique per carnem. cotidie morior; utique periculis carnis, per quam et depugnauit ad bestias Ephesi, illas scilicet bestias Asiaticae pressurae, de qua in secunda ad eosdem: nolumus enim uos ignorare, fratres, de pressura nostra apud Asiam, quod super quam supra grauati sumus citra uires, uti et de uita haesitaremus. omnia haec, nisi fallor, eo enumerat ut, nolens uanam credi carnis conflictationem, indubitate uelit credi carnis resurrectionem. uana enim habenda est conflictatio eius, cuius nulla erit resurrectio. sed dicet quis: quomodo resurgent mortui? quo autem corpore uenient? iam hic de qualitatibus corporum disserit, an eadem ipsa an alia resumantur. sed

1] I Cor. 15, 23. 5] cf. I Cor. 15, 29. 10] cf. ib. 12] I Cor. 15, 30. 13] I Cor. 15, 31. 14] cf. I Cor. 15, 32. 16] II Cor. 1, 8. 22] I Cor. 15, 35.

2 dispositorum *deleuit Gel:* dispositorum *MP*, dispositor *F*, <non aliud quam> meritorum dispositor *Pam* (*ex Vaticanis, ut dicit*) 5 quidam *Gel:* quidem *PMF* 6 ratione. certe *Gel:* ratione certa *PMF* 7 portendit *PMF*, contendit *Gel*, Paulus ostendit (= p. ostendit) *Eng* ut *del. Gel* 9 <non>nisi corporalis *scripsi:* nisi corporalis *PMF* non nisi alias *seclusi* (*ut olim superscriptum uerbis* nisi corporalis), quae nisi corporalis non [nisi] alias [in] baptismate *Eng* 10 quid *Gel:* qui *PMF* id est *del. Gel, quem sequuntur posteriores omnes*, ait idem *Eng* *lacunam signaui:* corpora, pro illis *intercidisse puto* 11 anima *Gel:* animae *PMF* 12 responsione *PMF*, purgatione *Gel* 17 quam supra *om. Gel* 18 uti et *scripsi:* uti ut *PFR*^{1}, uti *MR*^{3} 22 dicet *F*, licet *PM* (*corr. m. 1*)

cum eiusmodi quaestio posterior habeatur, sufficiet interim ex hoc quoque corporalem definiri resurrectionem, cum de qualitate corporum quaeritur.

49. Ventum est nunc ad carnem et sanguinem, * reuera totius quaestionis. quas substantias quali condicione exheredauerit apostolus a dei regno, aeque de antecedentibus discere est. primus, inquit, homo de terra, choicus, id est limacius, id est Adam, secundus homo de caelo, id est sermo dei, id est Christus, non alias tamen homo, licet de caelo, nisi quia et ipse caro atque anima, quod homo, quod Adam. nam et si supra nouissimus Adam dicitur, de consortio substantiae commercium nominis traxit, quia nec Adam ex semine caro, quod et Christus. qualis ergo choicus, tales et choici, qualis caelestis, tales et caelestes. substantia tales an primo disciplina, dehinc et dignitate. quam disciplina captauit? atquin substantia nullo modo separabuntur choici atque caelestes semel ab apostolo homines dicti. si enim et Christus, solus uere caelestis, immo et supercaelestis, homo tamen, qua caro atque anima, nihilo ex ista substantiarum condicione a choica qualitate discernitur, proinde et qui caelestes secundum illum non de substantia praesenti sed de futura claritate caelestes praedicati intellegentur, quia et retro, — unde distinctio ista manauit — de dignitatis differentia ostensa est alia supercaelestium gloria, alia superterrenorum, et alia solis, alia lunae, alia stellarum, quia et stella a stella differt in gloria, non tamen in substantia. denique praemissa differentia dignitatis in eadem substantia et nunc sectandae et tunc capessendae subiungit etiam exhortationem, ut et hic

7] I Cor. 15, 47. 11] cf. I Cor. 15, 45. 13] I Cor. 15, 48. 24] cf. I Cor. 15, 40—41.

1 sufficit *F* 4 *lacunam signaui:* cardinem *uelim suppleri,* <sanguinem> *mauult Eng* 5 quaestionis quasi substantias *M Gel* 6 apostolus *Rmg BGel:* apostoli *PMF* ⸤a dei regno⸥ aeque *B*, aeque *PMF* 11 et si *PMF*, et *Gel* dicitur *scripsi:* dicet *PMF*, dictus *Gel* 14 talis (*prius*) *M* 19 quam *P* (*corr. R*) R^1 22 intellegentur *FM* (e *ex* u *corr. m. 1*), telleguntur *P uulgo* 23 *parenthesin indicaui*

habitum Christi sectemur ex disciplina et illic fastigium consequamur ex gloria: sicut portauimus imaginem choici, portemus etiam imaginem supercaelestis. portauimus enim imaginem choici per collegium transgressionis, per consortium mortis, per exilium paradisi. nam si et in carne hic portatur imago Adae, sed non carnem monemur exponere: si non carnem, ergo conuersationem, ut proinde et caelestis imaginem gestemus in nobis, non iam dei nec iam in caelo constituti, sed secundum liniamenta Christi incedentes in sanctitate et iustitia et ueritate. atque adeo ad disciplinam totum hoc dirigit, ut hic dicat portandam imaginem Christi in ista carne et in isto tempore disciplinae. 'portemus' enim praeceptiuo modo dicens huic tempori loquitur, in quo homo nulla alia substantia est quam caro et anima. aut etsi quam aliam, id est caelestem, substantiam haec fides spectat, hic tamen repromissa sit cui ad illam elaborare mandatur. cum igitur imaginem et choici et caelestis in conuersatione constituat, illam eierandam, hanc uero sectandam, dehinc adiungat: hoc enim dico, — id est propter ea, quae supra dixi; propterea autem coniunctio est sensus supplementum antecedentibus reddens — quod caro et sanguis regnum dei hereditate possidere non possunt, nihil aliud intellegi mandat carnem et sanguinem quam supra dictam imaginem choici. quae si in conuersatione censetur uetustatis, conuersatio autem uetustatis non capit dei regnum, proinde caro et sanguis non

2] I Cor. 15, 49. 6] cf. Eph. 4, 22. 10] cf. Eph. 4, 24. 19] I Cor. 15, 50.

2 choici—enim *om. P* (*add. R ex Hirsaugiensi*) 5 si et *PMF*, etsi *Rig* hic portatur *Urs:* sic putatur *PMF* 14 et si *PMF*, si *Gel* 15 hic *scripsi:* huic *PMF* 16 elaborare *P*, et laborare *MF* 18 eierandam *Bmg:* gerandam *M*, gerendam *PF* adiungat *Gel:* adiungit *PMF* 19 quae *Gel:* quaequae *PMF* propterea *deleuit Gel, quem sequuntur posteriores* 20 autem coniunctio est *scripsi:* coniunctio est enim *PMF*, coniunctio est. <est> enim *Gel* 24 conuersatio autem uetustatis *om. F* 25 capit *PGel*, capiat *MFR*

capiendo dei regnum ad conuersationem rediguntur uetustatis. plane si numquam apostolus pro operibus substantiam posuit, nec hic ita utatur. si uero in carne adhuc constitutos negauit esse in carne, in operibus carnis negans esse, formam eius subruere non debes, non substantiam sed opera substantiae alienantis a dei regno. quibus etiam ad Galatas manifestatis praedicere se et praedixisse profitetur, quod qui talia agant regnum dei non sint hereditate consecuturi, non portantes scilicet imaginem caelestis, sicut portauerant choici, ideoque ex uetere conuersatione nihil aliud deputandi quam caro et sanguis. quamquam et si subito in hanc definitionem erupisset apostolus, eliminandam carnem et sanguinem a dei regno, sine ullius supra sensus praestructione, nonne duas istas substantias proinde hominem ueterem interpretaremur carni et sanguini deditum, id est esui et potui, cuius sit dicere aduersus fidem resurrectionis: manducemus et bibamus, cras enim moriemur? et hoc enim infulciens apostolus, carnem et sanguinem de fructibus ipsorum manducandi et bibendi suggillauit.

50. Sed et omissis huiusmodi interpretationibus carnis et sanguinis opera taxantibus, ipsas quoque substantias non aliter quam sunt intellectas licebit resurrectioni uindicare. non enim resurrectio carni et sanguini directo negatur, sed dei regnum, quod obuenit resurrectioni — est autem et in iudicium resurrectio —, immo et confirmatur carnis resurrectio generalis, cum specialis excipitur. dum enim in quem statum non resurgat edicitur, in quem resurgat subauditur. atque ita, dum pro meritis distinctionem resurrectionis opus substantiae, non genus, patitur, apparet hinc quoque carnem et sanguinem nomine

3] cf. II Cor. 10, 3. 6] cf. Gal. 5, 21. 16] I Cor. 15, 32.

1 uetustatis R^3: ueritatis *PMFR*^{1}*Bmg* 7 agunt .... sunt *Gel* 8 hereditate *Gel:* in hereditate *PMF* 9 portauerant *FR*, portauimus *P* (*corr.* imus *in* erant *R*) *M* 10 existimandi *C* 11 quamquam *scripsi:* nam *PMF* 14 interpretaremur *B*, interpretaretur *PMF* 22 resurrectione *F* 23 negatur *PMF*, denegatur *Gel* 24 *parenthesin indicauit Eng*

culpae, non substantiae, arceri a dei regno, nomine tamen formae resurgere in iudicium, quia non resurgant in regnum. adhuc dicam: caro et sanguis regnum dei hereditati possidere non possunt. † merito sola et per semetipsa, ut ostenderet adhuc spiritum illi necessarium. spiritus enim est qui uiuificat in regnum dei, caro nihil prodest. prodesse tamen illi aliud potest, id est spiritus, et per spiritum opera quoque spiritus. resurgunt itaque ex aequo omnis caro et sanguis in qualitate sua. sed quorum adire regnum dei, induere oportebit uim incorruptibilitatis et inmortalitatis, sine qua regnum dei adire non possunt, antequam consequi eam possint. merito ergo caro et sanguis, ut diximus, sola regnum dei capere deficiunt. iam uero, cum deuorari habeat corruptiuum istud ab incorruptibilitate, id est caro, et mortale istud ab inmortalitate, id est sanguis, post resurrectionem ex demutatione, merito demutata ac deuorata caro et sanguis regnum dei hereditate possidere possunt, non tamen non resuscitata. sunt, qui carnem et sanguinem Iudaismum uelint accipi propter circumcisionem, alienum et ipsum a dei regno, quia et ille uetustati deputetur et hoc titulo iam et alibi ab apostolo denotetur, qui post reuelatum in se filium dei ad euangelizandum eum in nationibus statim non retulerit ad carnem et sanguinem, id est ad circumcisionem, id est ad Iudaismum, sicut ad Galatas scribit.

51. Sed pro omnibus iam stabit quod⟨in⟩clausulam reseruauimus, etiam pro apostolo ipso, reuera maximae inconsideran-

3] I Cor. 15, 50. 5] Ioh. 6, 63. 10] cf. I Cor. 15, 53. 13] cf. I Cor. 15, 53—54. 22] cf. Gal. 1, 16.

3 *iterum affertur idem locus scripturae; nihil tamen noui.* 4 *hiscit sententia post* per semetipsa. *ad quam lacunam explendam olim margini adscripta fuisse crediderim quae antecedunt uerba apostoli. haec, opinor, dicere uoluit auctor:* adhuc dicam: merito solam et per semetipsam ⟨carnem regnum dei consequi posse negauit apostolus,⟩ ut ostenderet... 8 aequo *Bmg:* eo quo *PMF* 9 quorum *PMF*, quorum⟨est⟩ *Gel* 10 inducere *P* 11 sine *P*, siue *M*, sed *F* 17 possunt *Gel:* non possunt *PMF* 25 in *add. Gel* reseruauimus *F*, reseruabimus *MP* (*corr. R*)

tiae reuincendo, si tam abrupte, ut quidam uolunt, clausis quod aiunt oculis, sine distinctione, sine condicione, omnem passim carnem et sanguinem a regno dei extrusit, utique et ab ipsa regia caelorum, cum illic adhuc sedeat Iesus ad dexteram patris, homo, etsi deus, Adam nouissimus, etsi sermo primarius, caro et sanguis, etsi nostris purior, idem tamen et substantia et forma quam ascendit, talis etiam descensurus, ut angeli adfirmant, agnoscendus scilicet eis, qui illum conuulnerauerunt. hic, sequester dei atque hominum appellatus ex utriusque partis deposito commisso sibi, carnis quoque depositum seruat in semetipso, arrabonem summae totius. quemadmodum enim nobis arrabonem spiritus reliquit, ita et a nobis arrabonem carnis accepit et uexit in caelum pignus totius summae illuc quandoque redigendae. securae estote, caro et sanguis, usurpastis et caelum et regnum dei in Christo. aut si negent uos in Christo, negent et in caelo Christum qui uobis caelum negauerunt. ita nec corruptela, inquit, incorruptelam hereditati habebit, non ut carnem et sanguinem existimes corruptelam, quando ipsa sint potius obnoxia corruptelae, per mortem scilicet, siquidem mors est, quae carnem et sanguinem non modo corrumpit uerum etiam consumit, sed, quoniam opera carnis et sanguinis non posse consequi regnum dei edixerat, quo magis hoc exaggeraret, ipsi quoque corruptelae, id est morti, cui carnis et sanguinis opera proficiunt, hereditatem incorruptelae ademit. nam et paulo post ipsius mortis quodammodo mortem expressit, deuo-

4] cf. Marc. 16, 19. 5] cf. I Cor. 15, 45. 7] cf. Act. 1, 11. 8] cf. Ioh. 19, 37; Zach. 12, 10. 9] cf. I Tim. 2, 5. 11] cf. II Cor. 5, 5. 17] I Cor. 15, 50. 26] I Cor. 15, 55—56.

2 ⌞sine condicione⌟ omnem *B*, omnem *PMF* 3 extrusit R^3*mg Gel:* extruxit *PMF* 6 purior *Eng:* puriora *FR*, priora *PM* 7 quam *scripsi* (*cf. p. 41, 10*): qua *PMF* 8 agnoscendus R^3, agnoscendis *PMF*R^1 14 securi (i *ex* e *corr. R*) *P*R^1 18 habebit. non *uulgo* 22 consumit. sed *uulgo* 24 ipsi *PMF*R^1*Gel:* ipse R^3

rata est mors, dicens, in contentione. ubi est, mors, aculeus tuus? ubi est, mors, potentia tua? aculeus autem mortis delinquentia, haec erit corruptela, uirtus autem delinquentiae lex, illa alia sine dubio, quam constituit in membris suis militantem aduersus legem animi sui, ipsam scilicet uim delinquendi contra uoluntatem. nam et si supra nouissimum inimicum mortem euacuari ait, hoc modo nec corruptela hereditatem incorruptelae consequitur, id est nec mors perseuerabit. quando et quomodo defectura? cum in atomo, in momentaneo oculi motu, in nouissima tuba et mortui resurgent incorrupti, — qui hi, nisi qui ante corrupti, id est corpora, id est caro et sanguis? — et nos demutabimur; — de qua habitudine, nisi in qua deprehendemur? — oportet enim corruptiuum istud induere incorruptionem et mortale istud induere inmortalitatem. quid mortale, nisi caro? quid corruptiuum, nisi sanguis? ac ne putes aliud sentire apostolum, ** prouidentem tibi et, ut de carne dictum intellegas, laborantem: cum dicit istud corruptiuum et istud mortale, cutem ipsam tenens dicit. certe istud nisi de subiecto, nisi de comparenti, pronuntiasse non potuit. demonstrationis corporalis est uerbum. aliud autem erit corruptiuum, aliud corruptela, et aliud mortale, [et] aliud mortalitas. aliud enim quod patitur, aliud quod pati efficit. ita quae

4] cf. Rom. 7, 23. 7] cf. I Cor. 15, 26. 8] I Cor. 15, 50. 10] I Cor. 15, 52. 14] I Cor. 15, 53.

1 contentione *PMFR*[1], contentionem (*cf. c. 54*) *R*[3] *uulgo* 2 potentia *PMF*, contentio *Pam* 6 etsi *PMF*, et *Gel* *difficultas inest in uerbis:* nam et si *etc. ut enim apte haec dicerentur, si nullis interpositis ad ea se applicarent, quae supra leguntur p. 105, 25:* hereditatem incorruptelae ademit, *ita nunc simili membro interiecto mihi quidem offensioni sunt. nescio igitur, an ea, quae intercedunt, uel ab auctore uel ab alio postmodum addita sint.* 8 consequitur *PMF*, consequetur *C* 9 perseuerabit *M* (b *ex* u *m. 1*) *R*[3], perseuerauit *PFR*[1] 11 incorrupti. qui *uulgo* 13 demutabimur *Pam:* demutamur *PMF* 14 incorruptionem et mortale istud induere *C*, *om. PMFBGel* 16 at *F* 17 *lacunam signaui:* adspice ipsum *intercidisse puto* 18 dictum *deleri uult van der Vliet* (*St. eccl. p. 71*) 21 autem erit *PMFR*[1], autem *R*[3] *uulgo* 22 et *seclusi*

patiuntur corruptelam et mortalitatem, caro scilicet et sanguis, ea necesse est patiantur et incorruptelam et inmortalitatem.

52. Videamus iam nunc, quo corpore uenturos mortuos disputet. et bene, quod erupit statim ostendere, quasi quis eiusmodi quaerat. stulte, inquit, tu; quod seminas non reuiuificatur, nisi mortuum fuerit. hoc ergo iam de exemplo seminis constet non aliam uiuificari carnem quam ipsam, quae erit mortua, et ita sequentia relucebunt. nihil enim aduersus regulam exempli licebit intellegi, ne, quia sequitur: et quod seminas, non corpus quod futurum est seminas, idcirco aliud resurrecturum corpus quam quod moriendo seminatur existimes. ceterum excidisti ab exemplo. numquam enim frumento seminato et in terra dissoluto ordeum erupit et non id ipsum genus grani eademque natura et qualitas et forma. denique unde ⟨aliud,⟩ si non id ipsum? et corruptela enim ipsum est, dum ipsius est. sed enim et suggerit, quomodo 'non quod futurum est corpus' seminetur, dicens: sed nudum granum, si forte, frumenti uel alicuius eiusmodi: deus autem dat illi corpus prout uult. certe ei grano, quod nudum seminari ait. certe, inquis. ergo saluum est cui dare habet deus corpus. quomodo autem saluum est, si nusquam est, si non resurgit, si non id ipsum resurgit? si non resurgit, saluum non est. si non est et saluum, accipere corpus a deo non potest. sed enim saluum omni modo constat. ad quid ergo dabit illi deus prout uult corpus, habenti utique proprium corpus illud nudum, nisi ut iam non nudum resurgat? ergo additum erit quod corpori superstruitur, nec exterminatur illud, cui superstruitur, sed augetur. saluum est autem quod

5] I Cor. 15, 36. 9] I Cor. 15, 37. 17] I Cor. 15, 37—38.

3 uideamus *Gel:* uidemus *PMF* 4 quasi *om. F*, qui si *M* (*corr. m. 1*) quis *om. M* 5 non *Gel:* nonne *PMFR*^{1}, numne *R*^{3} reuiuificatur *Eng* (*cf. p. 51, 19*)*:* uiuificatur *PMF* 13 erupit *MF*, erumpit *P uulgo* 14 qualitate *Pam* 15 aliud *addidi* 16 sed enim *scripsi:* non enim *PMF* 17 seminatur *Pam* 18 uel *PMF*, aut *Gel* 22 si non id ipsum—saluum non est *om. F* 26 non nudum *R*^{3}, nondum *PMFR*^{1} 27 additicium erit corpus quod *C*

augetur. seritur enim solummodo granum sine folliculi ueste, sine fundamento spicae, sine munimento aristae, sine superbia culmi. exurgit autem copia feneratum, compagine aedificatum, ordine structum, cultu munitum et usquequaque uestitum. haec sunt ei corpus a deo aliud, in quod non abolitione sed ampliatione mutatur, ut tunc et illud suum sit, quod extrinsecus a deo adquirit: et unicuique seminum suum corpus; puta re non suum, id est non pristinum. serui igitur exemplo et conserua speculum eius carni: eandem credes fructificaturam, quae sit seminata, ipsam, etsi pleniorem, non aliam, etsi aliter reuertentem. accipiet enim et ipsa suggestum et ornatum, qualem illi deus uoluerit superducere secundum merita. sine dubio ad hoc direxit: non omnis caro eadem caro; non ad denegandam substantiae communionem sed praerogatiuae peraequationem, corpus honoris, non generis, in differentiam redigens. in hoc et figurata subicit exempla animalium et elementorum: alia caro hominis, id est serui dei, qui uere homo est, alia iumenti, id est ethnici, — de quo et propheta: adsimilatus est, inquit, homo inrationabilibus iumentis, — alia caro uolatilium, id est martyrum, qui ad superiora conantur, alia piscium, id est quibus aqua baptismatis sufficit. sic et de supercaelestibus corporibus argumenta committit: alia solis gloria, id est Christi, et alia lunae, id est ecclesiae, et alia stellarum, id est seminis Abrahae. et stella enim a stella differt in gloria, et corpora terrena et caelestia, Iudaeus scilicet et Christianus. ceterum si non figu-

7] I Cor. 15, 38. 13—20] I Cor. 15, 39. 19] Ps. 48, 21. 23—25] I Cor. 15, 41. 25] I Cor. 15, 40.

7 *inuerti ordinem uerborum:* et unicuique seminum ... id est non pristinum; ut tunc et illud ... adquirit *PMF* 8 puta re *scripsi:* putari *PMF*, putauit *Gel*, deputauit *Pam* 9 credes *scripsi:* credens *PMF* 10 plenior est *R* 11 reuerentem *Gel* 13 direxit *PM*, dixerit *F*, dirigit *Gel* 17 *elementorum *M* 20 uolucrum *C* 21 alia autem *C* 22 argumentari conuenit *PR*[1] 23 gloria *PMF*, claritas *Gel* 26 Iudaeus ... Christianus *R*[3], iudaeos ... christianos *PMFR*[1]

rate, satis uane mulorum et miluorum carnes et corpora caelestium luminum apposuit humanis, non pertinentia ad condicionis comparationem sicut nec ad resurrectionis consecutionem. postremo cum per haec differentiam gloriae, non substantiae, conclusisset, sic, inquit, et resurrectio mortuorum. quomodo? non de alio aliquo, sed de sola gloria differens. rursus enim resurrectionem ad eandem substantiam reuocans et ad granum denuo spectans: seminatur, inquit, ⟨in⟩ corruptela, resurgit ⟨in⟩ incorruptela; seminatur in dedecoratione, resurgit in gloria: seminatur in infirmitate, resurgit in uirtute; seminatur corpus animale, resurgit spiritale. certe non aliud resurgit quam quod seminatur, nec aliud seminatur quam quod dissoluitur humi, nec aliud dissoluitur humi quam caro. hanc enim sententia dei elisit: terra es et in terram ibis, quia et de terra erat sumpta. hinc et apostolus concepit seminari eam dicere, cum rehibetur in terram, quia et seminibus sequestratorium terra est, illic deponendis et inde repetendis. ideoque et consignat imprimens: sic enim scriptum est, ne aliud existimes esse seminari quam: in terram ibis, ex qua es sumptus; sic nec alterius quam carnis. [sic enim scriptum est.]

53. Sed corpus animale animam quidam argumentantur, ut illum a carne auocent recidiuatum. porro cum constet fixumque sit illud resurrecturum corpus, quod fuerit seminatum, ad ipsius rei exhibitionem prouocabuntur. aut ostendant animam seminatam post mortem, id est mortuam, id est humi elisam disiectam dissolutam, quod in illam decretum

5] I Cor. 15, 42. 8] I Cor. 15, 42—44. 14] Gen. 3, 19. 18] I Cor. 15, 44.

2 opposuit *Gel* 5 quoniam *R* 8 in *bis addidit Gel* 13 humi dissoluitur *F* 14 sententia dei *Bmg Gel:* sententiam deus *PMF* 17 sequestratorium *P*, sequestratorum *MF* 18 consignat *PMF*, reconsignat *Gel* 20 nec *scripsi:* ne *PMF* sic enim scriptum est *seclusi* 23 illum *C*, illam *PMF* recidiuatum *C*, recidiuatam *PMF* 25 exhibitionem *PMF Bmg*, exhortationem *R* 27 decretum a deo *MF*, a deo decretum *P uulgo*

a deo non est; proponant corruptelam eius et dedecorationem ⟨et⟩ infirmitatem, ut ipsius sit etiam consurgere in incorruptelam et in gloriam et in uirtutem. sed enim in Lazaro, praecipuo resurrectionis exemplo, caro iacuit in infirmitate, caro paene computruit in dedecorationem, caro interim putuit in corruptionem, et tamen Lazarus caro resurrexit, cum anima quidem, sed incorrupta, quam nemo uinculis lineis strinxerat, nemo in sepulcro collocarat, nemo iam foetere senserat, nemo quatriduo uiderat seminatam. totum habitum, totum exitum Lazari omnium quoque caro hodie experitur, anima uero nullius. in qua ergo stilus apostoli comparet, de qua eum loqui constat, ea erit et corpus animale, cum seminatur, et spiritale, cum suscitatur. nam ut ita intellegas, manum adhuc porrigit, aeque de eiusdem scripturae auctoritate factum retexens primum hominem Adam in animam uiuentem. si Adam homo primus, caro autem homo ante animam, sine dubio caro erit facta in animam. facta porro in animam, cum esset corpus, utique animale corpus est facta. quid eam appellari uelint quam quod per animam facta est, quam quod ante animam non fuit, quam quod post animam non erit, nisi cum resurgit? recepta enim anima rursus animale corpus efficitur, ut fiat spiritale. non enim resurgit nisi quod fuit. ita unde carni competit corpus animale dici, inde animae nullo modo competit. caro enim ante corpus quam animale corpus. animata enim, postea facta est corpus animale. anima uero etsi corpus, tamen, quia ipsa est corpus non animatum sed animans potius, animale corpus non potest dici

4] cf. Ioh. 11, 1—18. 14] cf. I Cor. 15, 45.

2 et *addidi* consurgere *PMF*, exsurgere *Gel reliqui* 16 uiuentem *PM*, uiuam *F* 17 animam. facta (factam *M*) porro *MF*, animam uiuentem. porro *P uulgo* 18 facta est *F* 19 uelint (*scil. illi* quidam, *qui supra nominantur 109, 22*) *PMF*, uellent *Gel* 25 facta (a *ex* ū) *P* 26 animatum *Rig:* animata *PMF* 27 animans *Gel:* anima *PMF*

nec fieri quod facit. alii enim accidens facit illud animale: non accidens autem alii quomodo se faciet animale? sicut ergo ante animale corpus caro, recipiens animam, ita et postea spiritale, induens spiritum. hunc ordinem apostolus disponens in Adam quoque et in Christo, eum merito distinguit ut in capitibus distinctionis ipsius *** at cum Christum nouissimum Adam appellat, hinc eum recognosce ad carnis, non ad animae, resurrectionem omnibus doctrinae uiribus operatum. si enim et primus homo, Adam, caro, non anima, qui denique in animam uiuam factus est, et nouissimus Adam, Christus, ideo Adam quia homo, ideo homo quia caro, non quia anima. atque ita ⟨si⟩ subiungit: non primum quod spiritale sed quod animale, postea quod spiritale, secundum utrumque Adam. ecquid tibi uidetur corpus animale et corpus spiritale in eadem carne distinguere, cuius distinctionem in utroque Adam, id est in utroque homine, praestruxit? ex qua enim substantia pariant inter se Christus et Adam? scilicet ex carne. licet et ex anima, sed carnis nomine homo uterque sunt; prior enim caro homo. ex illa et ordinem admittere potuerunt, ut alter primus, alter nouissimus homo, id est Adam, deputarentur. ceterum diuersa in ordinem disponi non possunt, de substantia dumtaxat. de loco enim aut tempore aut condicione forsitan possint. hic autem de substantia carnis primus et nouissimus dicti sunt, sicut et rursus primus homo de terra et secundus de caelo; quia etsi de caelo secundum spiritum, sed homo

6] cf. I Cor. 15, 45. 12] I Cor. 15, 46.

1 ⟨quia⟩ nec *fort.* fecit *P* enim *MFR*^{3}, aiunt *PR*^{1} animale *Bmg Gel:* autem *PMF* 2 animale *Gel:* animalem *PMF* 3 ⌞ante⌟ animale *B*, animale *PMF* 6 *lacunam signaui: desideratur locus scripturae, quo ordo duplex in Adam et in Christum transfertur; intercidisse igitur uidetur:* factus est, dicens. primus homo Adam in animam uiuentem, nouissimus Adam in spiritum uiuificantem at *scripsi:* et *PMF* 9 qui denique *PMF*, quidni? quae *Gel* 10 uiuam *om. F* factus *P*, facta *MFGel* 12 si *addidi* 13 Adam. ecquid *uulgo* 14 ecquid *Gel:* et quid *PM*, et quod *F* 16 ex qua *PMFR*^{1}, aequa *R*^{3}, utraque *Gel* 17 et carne et anima. sed *Gel* 21 ordine *F*

secundum carnem. itaque cum carni conueniat ordo in utroque Adam, non animae, [ut primus homo in animam uiuam, nouissimus in spiritum uiuificantem distincti sunt] aeque distinctio eorum carni distinctionem praeiudicabit, ut de carne sit dictum: non primum quod spiritale sed quod animale, postea quod spiritale, atque ita eadem sit et supra intellegenda et quae seminetur, corpus animale, et quae resurgat, corpus spiritale, [quia non primum quod spiritale, sed quod animale] quia primus Adam in animam, nouissimus Adam in spiritum. totum de homine, totum de carne, quando de homine. quid ergo dicemus? nonne et nunc habet caro spiritum ex fide? ut quaerendum sit, quomodo corpus animale dicatur seminari. plane accipit et hic spiritum caro, sed arrabonem, animae autem non arrabonem sed plenitudinem. itaque etiam propterea, maioris substantiae nomine, animale corpus nuncupata est, in quo seminatur, futura proinde per plenitudinem spiritus insuper spiritale, in quo resuscitatur. quid mirum, si magis inde uocitata est, unde conferta est, quam unde respersa est?

54. Ita de uocabulorum occasionibus plurimum quaestiones subornantur, sicut et de uerborum communionibus. nam quia et illud apud apostolum positum est: uti deuoretur mortale a uita, caro scilicet, deuorationem quoque ad perditionem scilicet carnis arripiunt, quasi non bilem et dolorem dicamur deuorare, id est abscondere ac tegere et intra nosmetipsos

5] ib. 7] cf. I Cor. 15, 44. 12] cf. Gal. 5, 5. 22] II Cor. 5, 4.

2 ut primus—distincti sunt *seclusi ut interpretamentum olim superscriptum uerbis* aeque distinctio eorum, *quae propter lacunam supra indicatam non potuerunt intellegi* 3 sunt *PMF*, sint *R uulgo* 4 praeiudicabit *scripsi:* praeiudicauit *PMF* 8 quia—animale *seclusi* 13 accipit *scripsi:* accepit *PMF* 15 *ita distinxi: olim delere uolui* propterea, *quod abundare uidetur, quia* nomine = *propter.* 16 quo *scripsi:* qua *PMF* ⌞per⌟ plenitudinem *B.* plenitudinem *PMF* 17 quo *scripsi:* qua *PMF* 19 respersa *Gel:* dispersa *PMF* 24 notabilem *F* dicamur (r *ex* s) *M* 25 ac tegere R^3, adtegere $PMFR^1$

continere. denique cum et illud scriptum sit: oportet mortale hoc induere inmortalitatem, ostenditur, quomodo mortale deuoretur a uita, dum indutum inmortalitate absconditur et tegitur et intus continetur, non dum absumitur et amittitur. ergo et mors, inquis, salua erit, cum fuerit deuorata. ideo discerne pro sensibus communionem uerborum, et integre intelleges. aliud enim mors et aliud mortale. aliter itaque deuorabitur mors et aliter mortale. mors non capit inmortalitatem, mortale autem capit. denique et scriptum est, quod 'necesse sit mortale hoc induere inmortalitatem'. quomodo ergo capit? dum deuoratur a uita. quomodo deuoratur a uita? dum recipitur et redigitur et includitur in ipsam. ceterum mors merito ⟨in⟩ interitum deuoratur, quia et ipsa in hoc deuorat. deuorauit, inquit, mors inualescendo, et ideo deuorata est in contentionem. ubi est, mors, aculeus tuus? ubi est, mors, contentio tua? proinde et uita, mortis scilicet aemula, per contentionem deuorabit in salutem quod per contentionem tum deuorauerit mors in interitum.

55. Quamquam igitur, resurrecturam carnem probantes, hoc ipso non aliam resurrecturam probemus quam de qua agitur, tamen singulae quaestiones et causae earum proprios quoque flagitant congressus, licet aliunde iam caesae. interpretabimur itaque plenius et uim et rationem demutationis, quae ferme subministrat alterius carnis resurrecturae praesumptionem, quasi demutari desinere sit in totum et de pristino perire. discernenda est autem demutatio ab omni argumento perditionis. aliud enim demutatio, aliud perditio. porro non aliud, si ita demutabitur caro, ut pereat. peribit autem demutata, si non ipsa

1] I Cor. 15, 53. 10] cf. ib. 14] Es. 25, 8. 15] I Cor. 15, 55.

6 immo *fort. uel* iterum (*Eng*) 7 intelleges *Gel:* intellegis *PMF* ⌞aliter itaque deuorabitur mors et aliter mortale.⌟ mors *B*, mors *PMF* 11 ⌞quomodo deuoratur a uita⌟ dum *B*, dum *PMF* 13 ⟨in⟩ interitum *Gel:* interitum *F*, interitu *PM* 18 tum *scripsi:* tuam *PMF*, suam *Iun*, *om. Gel* deuorauerit *scripsi:* deuorauerat *PMF* 21 earum *scil.* quaestionum quosque *C* 22 caesae ⟨id est membratim⟩ R^3 (*tacet unde*)

permanserit in demutatione, quae exhibita fuerit in resurrectione. quemadmodum enim perit, si non resurgit, ita et si resurgit quidem, uerum in demutatione subducitur, aeque perit. aeque enim non erit, acsi non resurrexerit. et quam ineptum, si in hoc resurgit, ut non sit, quae potuit non resurrexisse, ⟨ut⟩ non esset, quia non esse iam coeperat. non miscebuntur omnino diuersa, mutatio atque perditio, operibus utique diuersa. perdit haec, illa mutat. quomodo ergo quod perditum est mutatum non est, ita quod mutatum est perditum non est. perisse enim est in totum non esse quod fuerit; mutatum esse aliter esse est. porro dum aliter est, id ipsum potest esse. habet enim esse quod non perit; mutationem enim passum est, non perditionem. atque adeo potest et demutari quid et ipsum esse nihilominus, ut et totus homo in hoc aeuo substantia quidem ipse est, multifariam tamen demutatur, et habitu et ipsa corpulentia et ualitudine et condicione et dignitate et aetate, studio negotio artificio facultatibus sedibus legibus moribus. nec quicquam tamen amittit hominis nec ita alius efficitur, ut cesset idem esse. immo nec alius efficitur, sed aliud. hanc formam demutationis diuina etiam documenta testantur. mutatur Mosei manus et quidem ad instar emortuae exsanguis est, exalbida, frigida, sed et recepto calore et refuso colore eadem caro et sanguis est. mutatur postea et facies eiusdem incontemplabili claritate. sed Moyses erat proinde qui non uidebatur. sic et Stephanus angelicum

21] cf. Ex. 4, 6—7. 24] cf. II Cor. 3, 7. 25] cf. Act. 7, 59—60.

1 demutatione *M* (e *ex* ē) *BGel:* demutationem *PF* 3 demutatione *scripsi:* demutationem *PMF* 4 ac si *C*, si *PMF* resurrexit *F* 6 ⟨ut⟩ non esset *scripsi:* necesse est *PMF*, necesse R^1, nec esse R^3 11 porro *Gel:* sed porro *PMF* 14 et (*alterum*) *om. F* 15 est *scripsi:* sit *PMF* demutatur *F*, demutetur *PM* 18 amittit hominis *scripsi:* admittat homini *PMF*, amittat hominis *Gel* 19 efficitur *scripsi:* efficiatur *PMF* 20 efficitur *PMF*, efficiatur *C* 21 mosei *PMF*, moysi *R* 22 est *scripsi:* et *PMF*

iam fastigium induerat, sed non alia genua lapidationi succiderant. dominus quoque in secessu montis etiam uestimenta luce mutauerat, sed liniamenta Petro agnoscibilia seruauerat; ubi etiam Moyses et Helias, alter in imagine carnis nondum receptae alter in ueritate nondum defunctae, eandem tamen habitudinem corporis etiam in gloria perseuerare docuerunt. de quo exemplo instructus et Paulus: qui transfigurabit, inquit, corpus humilitatis nostrae conformale corpori gloriae suae. quodsi et transfigurationem et conuersionem in transitum substantiae cuiusque defendis, ergo et Saulus in alium uirum conuersus de corpore suo excessit? et ipse satanas, cum in angelum lucis transfiguratur, qualitatem suam amittit? non opinor. ita et in resurrectionis euentu mutari conuerti reformari licebit cum salute substantiae.

56. Etenim quam absurdum, quam uero et iniquum, utrumque autem quam deo indignum, aliam substantiam operari aliam mercede dispungi, ut haec quidem caro per martyria lanietur alia uero coronetur, item e contrario haec quidem caro in spurcitiis uolutetur alia uero damnetur. nonne praestat omnem semel fidem a spe resurrectionis abducere quam de grauitate atque iustitia dei ludere? Marcionem pro Valentino resuscitari? quando neque mentem neque memoriam neque conscientiam hominis hodierni credibile sit aboleri per indumentum illud mutatorium inmortalitatis et incorruptelae, uacaturo scilicet emolumento et fructu resurrectionis et statu diuini utrobique iudicii. si non meminerim me esse qui merui, quomodo gloriam deo dicam? quomodo canam illi nouum canticum, nesciens me esse qui gratiam debeam? cur autem solius carnis demutatio excipitur, non et animae simul, quae

2] cf. Matth. 17, 3—8. 7] Phil. 3, 21. 11] cf. II Cor. 11, 14. 27] cf. Ps. 70, 8 cf. Apoc. 5, 9.

1 lapidationi *PF*, lapidatione *M*, in lapidatione *B* 7 transfigurabit *Pam:* transfigurauit *PMF* 8 conforme fieri *Gel* 9 quodsi et *Gel:* quod et si *PMF* 10 Saulus *Eng:* Saul *PMF* 11 excessit. et *uulgo* 12 amittit. non *uulgo* 13 euentu *R*[1]*mg:* euentum *PMF* 15 et iniquum *C*, ethnicum *PMF* 17 mercede *FR*[3], mercedem *PM* (*corr. m. 1*) *R*[1] 27 canticum nouum *F*

in omnibus praefuit carni? quale est, ut eadem anima, quae in hac carne totum uitae ordinem decucurrit, quae in hac carne deum didicit et Christum induit et spem salutis seminauit, in alia nescio qua metat fructum? ne illa gratiosissima caro, cui gratis uita constabit. quodsi non et anima mutabitur, iam nec animae resurrectio est; nec ipsa enim resurrexisse credetur, si non alia resurrexerit.

57. Hinc iam illa uulgaris incredulitatis argutia est: si, inquiunt, ipsa eademque substantia reuocatur cum sua forma linea qualitate. ergo et cum insignibus suis reliquis. itaque et caeci et claudi et paralytici et ut quis insignis excesserit, ita et reuertetur. quid nunc, etsi ita dedignaris tantam gratiam qualiscumque a deo consequi? non enim et nunc animae solius admittens salutem dimidiatis hominibus eadem adscribis? quid est credere resurrectionem, nisi integram credere? si enim caro de dissolutione reparabitur, multo magis de uexatione reuocabitur. minoribus maiora praescribunt. cuiuscumque membri detruncatio uel obtusio nonne mors membri est? si uniuersalis mors resurrectione rescinditur, quid portionalis? si demutamur in gloriam, quanto magis in incolomitatem? uitiatio corporum accidens res est, integritas propria est. in hac nascimur: etiam si in utero uexemur, iam hominis est passio: prius est genus quam casus. quomodo uita confertur a deo, ita et refertur. quales eam accipimus, tales et recipimus. naturae, non iniuriae reddimur; quod nascimur, non quod laedimur, reuiuescimus. si non integros deus suscitat, non suscitat mortuos. quis enim mortuus integer, etsi integer moritur? quis incolomis qui exanimis? quod corpus inlaesum, cum interemtum, cum frigidum, cum expallidum, cum edurum,

2 totum—carne *om. P* (*add. R in mg. ex Hirsaugiensi*) *M* (*add. in mg. m. 2*) 4 metat *MB*, metuat *P* (*ex* metū; *corr. R*), met *F* 7 creditur *F* resurrexit *F* 8 illa uulgaris ... argutia est *PMF*, illae uulgares ... argutiae *C* 9 ipsa inquiunt eadem *F* 11 clodi *C* 14 eadem *PMF*, eam *B*, eandem *Pam* 18 detruccatio *PM* optusio *PMF* 22 uexemur *PMF*, uitiemur *C*

cum cadauer? quando magis homo debilis, nisi cum totus? quando magis paralyticus, nisi cum inmobilis? ita nihil aliud est mortuum resuscitari quam integrum fieri, ne ex ea parte mortuus adhuc sit, ex qua non resurrexerit. idoneus deus reficere quod fecit; hanc suam et potestatem et liberalitatem satis iam in Christo spopondit, immo et ostendit, non tantum resuscitatore carnis uerum etiam redintegratore. atque adeo et apostolus: et mortui, inquit, resurgent incorrupti. quomodo, nisi integri, qui retro corrupti tam uitio ualitudinis quam et senio sepulturae? nam et supra utrumque proponens, oportere et corruptiuum istud induere incorruptelam et mortale istud inmortalitatem, non iterauit sententiam sed differentiam demandauit. inmortalitatem enim ad rescissionem mortis, incorruptelam ad obliterationem corruptelae diuidendo alteram ad resurrectionem, alteram ad redintegrationem temperauit. puto autem et Thesalonicensibus omnis substantiae integritatem repromisit. itaque nec in posterum timebuntur corporum labes. nihil poterit amittere integritas uel conseruata uel restituta. ex quo illi etiam, si quid amiserat, redditur. praescribens enim adhuc easdem passiones obituram carnem, si eadem resurrectura dicatur, naturam aduersus dominum suum temere defendis, legem aduersus gratiam impie adseris. quasi domino non liceat et mutare naturam sine lege et seruare. quo enim legimus: quae impossibilia apud homines, possibilia apud deum et: stulta mundi elegit deus, ut sapientia mundi confundat? oro te, si famulum tuum libertate mutaueris, quia eadem caro atque anima permanebunt, quae flagellis et compedibus et stigma-

8] I Cor. 15, 52. 10] cf. I Cor. 15, 53. 15] cf. I Thess. 4, 13—18. 23] Matth. 19, 26. 24] I Cor. 1, 27.

1 quanto *M* 7 resuscitatore *scripsi:* resuscitatorem *PMF* redintegratore *scripsi:* redintegratorem *PMF* 17 amittere *Rig:* admittere *PMF* 19 adhuc *B*, ad hoc *PMF* 22 domino *PMF*, domino deo *C* sine lege et *scripsi:* et sine lege *PMF* 23 quo *PMF*, quomodo *B* enim *scripsi* (*cf. p. 120, 26*): ergo *PMF* 25 sapientia *PM*, sapientiam *F*

tibus obnoxiae retro fuerant, idcircone illas eadem pati oportebit? non opinor. atquin et uestis albae nitore et anuli aurei honore et patroni nomine ac tribu mensaque honoratur. permitte hanc et deo potestatem per uim demutationis illius condicionem, non naturam, reformandi, dum et passiones auferuntur et munitiones conferuntur. ita manebit quidem caro etiam post resurrectionem eatenus passibilis, qua ipsa, qua eadem, ea tamen impassibilis, qua in hoc ipsum manumissa a domino, ne ultra pati possit.

58. Iocunditas, inquit Esaias, aeterna super caput eorum. nihil aeternum nisi post resurrectionem. aufugit, inquit, dolor et maeror et gemitus ab illis. proinde et Iohanni angelus: et delebit deus omnem lacrimam ab oculis eorum; utique ex isdem oculis, qui retro fleuerant quique adhuc flere potuissent, si non omnem lacrimae imbrem indulgentia diuina siccaret. et rursus: deus enim delebit omnem lacrimam ab oculis eorum, et mors hactenus; igitur et corruptela hactenus, proinde per incorruptelam fugata quemadmodum mors per inmortalitatem. si dolor et maeror et gemitus ipsaque mors ex laesuris et animae et carnis obueniunt, quomodo auferentur, nisi cessauerint causae, scilicet laesurae carnis atque animae? ubi casus aduersi apud dominum? aut ubi incursus infesti apud Christum? ubi daemonici impetus apud spiritum sanctum, iam et ipso diabolo cum angelis suis ignibus merso? ubi necessitas aut quod dicitur fortuna uel fatum? quae resuscitatis plaga post ueniam? quae reconciliatis ira post gratiam? quae infirmitas post uirtutem? quae imbecillitas post salutem? quod uestimenta et calcia-

10—12] Es. 35, 10. 13] Apoc. 7, 17. 16] Apoc. 21, 4. 24] cf. Apoc. 20, 10. 28] cf. Deut. 8, 4; 29, 5.

1 illas *M* (s *eras.*) *F*, illa *P uulgo* 2 anuli aurei *MF*, aurei anuli *P uulgo* 4 demutationis illius *F*, illius demutationis *MP* (*sed inuertit ordinem m. 1*) 8 qua *F Gel:* quia *PM* 18 igitur—hactenus *om. P* (*add. R in mg. ex Hirsaugiensi*) 19 ⌞mors⌟ per *B*, per *PMF* 22 dominum *PMF*, deum *C*

menta filiorum Israhelis quadraginta illis annis indetrita inobsoleta manserunt, quod et in ipsis corporibus unguium et capillorum facilia crementa et habilitatis et dignitatis iustitia defixit, ne etiam enormitas corruptela deputaretur, quod Babylonii ignes trium fratrum nec tiaras nec sarabaras, quamquam Iudaeis alienas, laeserunt, quod Ionas deuoratus a belua maris, in cuius aluo naufragia digerebantur, triduo post incolomis expuitur, quod hodie Enoch et Helias, nondum resurrectione dispuncti, quia nec morte functi, qua tamen de orbe translati et hoc ipso iam aeternitatis candidati, ab omni uitio et ab omni damno et ab omni iniuria et contumelia emunitatem carnis ediscunt: cuinam fidei testimonium signant, nisi qua credi oportet haec futurae integritatis esse documenta? figurae enim nostrae fuerunt apostolo auctore, quae scripta sunt, ut et dominum potentiorem credamus omni corporum lege et carnis magis utique conseruatorem, cuius etiam uestimenta etiam calciamenta protexit.

59. Sed futurum, inquis, aeuum alterius est dispositionis et aeternae; igitur huius aeui substantiam non aeternam diuersa possidere non posse. plane, si homo propter dispositionem futuram et non dispositio propter hominem. sed enim apostolus scribens: siue mundus siue uita siue mors siue futura siue praesentia, omnia uestra sunt, eosdem constituit heredes etiam futurorum. nihil tibi largitur Esaias dicens: omnis caro foenum, ⟨quia⟩ et alibi: et uidebit omnis caro salutare dei. exitus, non substantias, distinxit. quis enim iudicium dei non in sententia duplici

4] cf. Dan. 3, 24. 6] cf. Ion. 2, 1. 8] cf. Gen. 5, 24. cf. IV Reg. 2, 11. 13] cf. I Cor. 9, 10. 22] I Cor. 3, 22. 25] Es. 40, 6. Es. 40, 5.

1 inobsoleta *PMF*, et inobsoleta *C* 3 facilia crementa et *scripsi:* et facilia crementa *PMF* 4 enormitas *P*, inormitas *M*, normitas *F* corruptela *PMF*, corruptelae *Gel* 5 sarabaras *scripsi:* sarabas *PMF*, sarabara *Gel* 6 alienas *PMF*, aliena *Gel* 11 emunitatem *PMF*, immunitatem *B* 16 conseruatorem *Gel:* et conseruatorem *PMF* 25 quia *addidi*

statuit salutis et poenae? omnis igitur caro foenum, quae igni destinatur, et omnis caro uidebit salutare dei, quae saluti ordinatur. ego me scio neque alia carne adulteria commisisse neque nunc alia carne ad continentiam eniti. si quis est bina pudenda circumferens, potest iam et demere foenum carnis inmundae et solam sibi reseruare quae uisura sit dei salutare. sed cum idem prophetes etiam nationes ostendat nunc deputatas uelut puluerem et saliuam nunc speraturas et credituras in nomen et in brachium domini. numquid et de nationibus fallimur? et aliae quidem sunt crediturae aliae in puluerem deputatae ex diuersitate substantiae? sed et Christus intra oceanum et de isto caelo, quod nobis incubat, uerum lumen nationibus offulsit, — et ipsi Valentiniani hic errare didicerunt — nec alia erit forma nationum credentium nisi quae et non credentium de carne, de anima. sicut ergo easdem nationes non genere sed sorte distinxit, ita et carnes, quae in ipsis nationibus una substantia est, non materia sed mercede disiunxit.

60. Ecce autem, ut adhuc controuersiam exaggerent carni, maxime eidem, de officiis quoque membrorum argumentantur, aut et ipsa dicentes permanere debere in suis operibus et fructibus, ut eidem corpulentiae adscripta, aut, quia constet discessura esse officia membrorum, corpulentiam quoque † eradant, cuius scilicet perseuerantia credenda non sit utique sine membris, quia nec membra credenda sint sine officiis. quo enim iam, inquiunt, spelunca haec oris et dentium statio et gulae lapsus et competum stomachi et aluei gurges et

7] cf. Es. 29, 5; 40, 15. 17. 8] cf. Es. 42, 4. 12] cf. I Ioh. 2, 8.

6 dei *C*, domini *PMF* 7 deputatas *FR*, deputas *PM* 12 incubat *R*³, incumbat *PFR*¹, incumbit *M* (i *ex* a) 13 *parenthesin indicaui:* offulsit. et *uulgo* effulsit *Gel* 17 una—materia *om. F* 18 distinxit *F* 19 exaggerent (e *ex* a) *MGel:* exaggerant *P*, exaggeraret *F* 20 eidem *PMFC*, fidem *B* 22 idem *F* ut *F* 24 eradant *PM*, credant *F*, euanidam <credendam> *fort.* eradicantes *Eng* utique *fort. delendum:* ut quae *Oehlerus* 27 competum *PM*, compitum *Gel*, compum *F*, completum *Bmg* aluei *PMFR*¹, alui *R*³ *uulgo*

intestinorum perplexa proceritas, cum esui et potui locus non erit? quo huiusmodi membra admittunt subigunt deuoluunt diuidunt digerunt egerunt? quo manus ipsae et pedes et operarii quique artus, cum uictus etiam cura cessabit? quo renes, conscii seminum, et reliqua genitalium utriusque sexus et conceptuum stabula et uberum fontes, discessuro concubitu et fetu et educatu? postremo quo totum corpus, totum scilicet uacaturum? ad haec ergo praestruximus non oportere committi futurorum atque praesentium dispositiones, intercessura tunc demutatione, et nunc superstruimus officia ista membrorum necessitatibus uitae huius eo usque consistere, donec et ipsa uita transferatur a temporalitate in aeternitatem, sicut animale corpus in spiritale, dum mortale istud induet inmortalitatem et corruptiuum istud incorruptelam; et ipsa autem liberata tunc uita a necessitatibus liberabuntur et membra ab officiis, nec ideo non erunt necessaria. licet enim officiis liberentur, sed iudiciis retinentur, ut quisque referat per corpus prout gessit. saluum enim hominem tribunal dei exigit; saluum uero sine membris non licet esse, ex quorum non officiis sed substantiis constat, nisi forte et nauem sine carina, sine prora, sine puppi, sine compaginis totius incolomitate saluam adseuerabis. et tamen nauem procella dissipatam uel carie dissolutam redactis et recuratis omnibus membris eandem saepe conspeximus, etiam titulo restitutionis gloriantem: de dei artificio et arbitrio et iure torquemur? porro si diues dominus et liberalis adfectui aut gloriae suae praestans solam nauis restitutionem hactenus eam uoluerit operari, idcirco tu negabis necessariam illi compaginem pristinam, ut exinde iam uacaturam, cum soli saluti nauis sine operatione conueniat?

13] cf. I Cor. 15, 53. 17] II Cor. 5, 10.

1 perlexa *F* 5 consensu seminum *F* 6 conceptu non *F* discessuro *PF*, descessuro *M*, decessuro *Gel* 13 induet *Pam:* induit *PMF* 15 ⌊a⌋ necessitatibus *B*, necessitatibus *PMF* 17 retinentur (re *ex* de) *M* quisque *Oehlerus:* quis *PMF* 19 non licet esse *R*[1]*mg Gel:* non licet enim *PMF*, non. licet eum *Bmg* 22 et carinam dissolutam *C* 27 tu *Gel:* tunc *PMF*, tune *Eng*

igitur hoc tantummodo discere sufficit, cum dominus hominem saluti destinando carnem destinarit, an eandem uelit denuo esse. quam non debebis ex futura membrorum uacatione praescribere denuo esse non posse. licet enim esse quid denuo et nihilominus uacare. nec potest autem dici uacare, si non sit. at enim si sit, poterit et non uacare; nihil enim apud deum uacabit.

61. Sed accepisti, homo, os ad uorandum atque potandum: cur non potius ad eloquendum, ut a ceteris animalibus distes? cur non potius ad praedicandum deum, ut etiam hominibus antistes? denique Adam ante nomina animalibus enuntiauit quam de arbore decerpsit, ante etiam prophetauit quam uorauit. sed accepisti dentes ad macellum corrodendum: cur non potius ad omnem hiatum et rictum tuum coronandum? cur non potius ad pulsus linguae temperandos, ad uocis articulos offensione signandos? denique et edentulos et audi et uide, ut honorem oris et organum dentium quaeras. forata sunt inferna in uiro et in femina, nimirum qua libidines fluitent: cur non magis, qua defluxurae colentur? est adhuc feminis intus, quo semina congerantur: an quo sanguinis onera secedant, quem pigrior sexus discutere non sufficit? dicenda enim et haec, quatenus quae uolunt et quorum uolunt et qualiter uolunt officia membrorum ludibriose de industria suffundendae resurrectionis oblatrant, non recogitantes ipsas prius causas necessitatis tunc uacaturas, cibi famem, et potus sitim, et concubitus genituram, et operationis uictum. sublata enim morte neque uictus fulcimenta ad praesidia uitae neque generis subparatura grauis erit membris. ceterum et hodie uacare intestinis et

1 cum *scripsi:* an *PMF* 3 esse quam *uulgo* ex *Gel:* et *PMF* 13 dentes demacellum *F* 14 tuum *om. R*[3] coornandum *C* 16 edentulos *Gel,* edentulus *PMF* et audi *scripsi:* sed audi *PMF,* esse audi *Oehlerus* honorem *PMF,* honori *Gel* 19 qua *Gel:* ut *M* (*add. s. u. m. 1*), *om. PF* defluxurae *scripsi* (= *defluxiones*): defluxura *PMFR*[1], de fluxura *R*[3], potuum defruta *Gel* in feminis *C* 22 et quorum uolunt et qualiter uolunt *MF,* et qualiter uolunt et quorum uolunt *P* *uulgo* 27 subparitura *PR*[1]

pudendis licebit. quadraginta diebus Moyses et Helias ieiunio functi solo deo alebantur. iam tunc enim dedicabatur: non in pane uiuet homo sed in dei uerbo. ecce uirtutis futurae liniamenta. nos quoque, ut possumus, os cibo excusamus; etiam sexum a congressione subducimus. quot spadones uoluntarii? quot uirgines Christo maritatae? quot steriles utriusque naturae infructuosis genitalibus structi? nam si et hic iam uacare est et officia et emolumenta membrorum temporali uacatione, ut in temporali dispositione, nec homo tamen minus saluus est, proinde homine saluo, et quidem magis tunc ut in aeterna dispositione, magis non desiderabimus quae iam hic non desiderare consueuimus.

62. Sed huic disceptationi finem dominica pronuntiatio imponit: erunt, inquit, tamquam angeli. si non nubendo, quia nec moriendo, utique nec ulli simili necessitati succidendo corporalis condicionis, quia et angeli aliquando tamquam homines fuerunt, edendo et bibendo et pedes lauacro porrigendo; humanam enim induerant superficiem salua intus substantia propria. igitur si angeli, facti tamquam homines, in eadem substantia spiritus carnalem tractationem susceperunt, cur non et homines, facti tamquam angeli, in eadem substantia carnis spiritalem subeant dispositionem? non magis sollemnibus carnis obnoxii sub angelico indumento quam angeli tunc sollemnibus spiritus sub humano, nec ideo non permansuri in carne, quia non et in sollemnibus carnis, cum nec angeli ideo non et in spiritu permanserint, quia non et in sollemnibus spiritus. denique non dixit: erunt angeli, ne homines negaret, sed tamquam angeli, ut homines conseruaret. non abstulit substantiam cui similitudinem adtribuit.

63. Resurget igitur caro, et quidem omnis, et quidem ipsa,

1] cf. Exod. 24, 18. cf. III Reg. 19, 8. 2] Deut. 8, 3. cf. Matth. 4, 4. Luc. 4, 4. 14] Matth. 22, 30. 17] cf. Gen. 18, 4—8.

2 soli (i *ex* o) *F* 3 pane solo *C* uiuet *M*, uiuit *PF* 6 Christo *Gel:* christi *PMF* 7 nam *om. Gel:* igitur *fort.* si et *MF Gel:* et si *P* 25 carnis—sollemnibus *om. P* (*add. R in mg. ex Hirsaugiensi*) in spiritu *B*, spiritu *PMF* 30 resurget *PMFR*[1], resurgit *R*[3]

et quidem integra. in deposito est ubicumque apud deum per fidelissimum sequestrem dei et hominum Iesum Christum, qui et homini deum et hominem deo reddet, carni spiritum et spiritui carnem. utrumque iam in semetipso foederauit, sponsam sponso et sponsum sponsae comparauit. nam et si animam quis contenderit sponsam, uel dotis nomine sequetur animam caro. non erit anima prostituta, ut nuda suscipiatur a sponso. habet instrumentum, habet cultum, habet mancipium suum carnem; ut collactanea comitabitur. sed caro est sponsa, quae et in Christo Iesu spiritum sponsum per sanguinem passa est. huius interitum, quem putas, secessum scias esse: non sola anima seponitur; habet et caro secessus suos interim, in aquis, in ignibus, in alitibus, in bestiis. cum in haec dissolui uidetur, uelut in uasa transfunditur. si etiam ipsa uasa defecerint, cum de illis quoque effluxerit in suam matricem terram quasi per ambages, resorbetur, ut rursus ex illa repraesentetur Adam auditurus a domino: ecce Adam quasi unus ex nobis factus est, uere tunc compos mali, quod euasit, et boni, quod inuasit. quid, anima, inuides carni? nemo tam proximus tibi, quem post dominum diligas; nemo magis frater tuus, quam quae tecum etiam in deo nascitur. tu potius illi exorare debueras resurrectionem; per te, si forte, deliquit. sed nihil mirum, si odisti, cuius auctorem quoque respuisti, quam et in Christo aut negare aut mutare consuesti, proinde et ipsum sermonem dei, qui caro factus est, uel stilo uel interpretatione corrumpens, arcana etiam apocryphorum superducens, blasphemiae fabulas. at enim deus omnipotens aduersus haec incredulitatis et peruersitatis ingenia prouidentissima gratia sua effundens in nouissimis diebus de

2] cf. I Tim. 2, 5. 17] Gen. 3, 22. 29] cf. Ioel 3, 1.

1 deum *P*, dominum *MF* 5 comparauit *PMF*, confoederauit *Bmg* 6 animam *om. P* (*add. R ex Hirsaugiensi*) 9 collatane *F* 11 passa *PMF*, pacta *Gel* 12 secessus *PMF*, sinus *Bmg* 17 repraesentetur *MFGel*, praesentetur *P* 19 euasit (*alt. loco*) *M* (*corr. m. 1*) 21 ⌞quam⌟ quae *B*, quae *PMF* 28 haec *om. P* (*add. R ex Hirsaugiensi*)

suo spiritu in omnem carnem, in seruos suos et ancillas, et fidem laborantem resurrectionis carnalis animauit et pristina instrumenta manifestis uerborum et sensuum luminibus ab omni ambiguitatis obscuritate purgauit. nam quia haereses esse oportuerat, ut probabiles quique manifestarentur, hae autem sine aliquibus occasionibus scripturarum audere non poterant, idcirco pristina instrumenta quasdam materias illis uidentur subministrasse, et ipsas quidem isdem litteris reuincibiles. sed quoniam nec dissimulare spiritum sanctum oportebat, quominus et huiusmodi eloquiis superinundaret, quae nullis haereticorum uersutiis semina subspargerent, immo et ueteres eorum cespites uellerent, idcirco iam omnes retro ambiguitates et quas uolunt parabolas aperta atque perspicua totius sacramenti praedicatione discussit per nouam prophetiam de paracleto inundantem. cuius si hauseris fontes, nullam poteris sitire doctrinam, nullus te ardor exuret quaestionum: resurrectionem quoque carnis usquequaque potando refrigerabis.

4] cf. I Cor. 11, 19.

5 manifestarentur *Gel:* manifestantur *PMF* 7 ⌞illis⌟ uidentur *B*, uidentur *PMF* 9 necdum *Gel* 17 refrigeraberis *Leopoldus* DE CARNIS RESVRRECTIONE EXPLICIT *PM*, Explicit de carnis resurrectione *F*

III.

ADVERSVS HERMOGENEM.

1. Solemus haereticis compendii gratia de posteritate praescribere. in quantum enim ueritatis regula prior, quae etiam haeresîs futuras renuntiauit, in tantum posteriores quaeque doctrinae haeresîs praeiudicabuntur, [qua est] quae futurae ueritatis antiquiore regula praenuntiabantur. Hermogenis autem doctrina tam nouella est, *** denique ad hodiernum homo in saeculo, et natura quoque haereticus, etiam turbulentus, qui loquacitatem facundiam existimet et impudentiam constantiam deputet et maledicere singulis officium bonae conscientiae iudicet. praeterea pingit ⟨in⟩licite, nubit adsidue, legem dei in libidinem defendit, in artem contemnit, bis falsarius, et cauterio et stilo, totus adulter, et praedicationis et carnis. si quid et nominum contagio foetet: nec ipse apostolicus Hermogenes in regula perseuerauit. sed uiderit persona, cum doctrina

4] cf. I Cor. 11, 19. 12—13] cf. Gen. 1, 28. cf. Exod. 20, 4. 15] cf. II Tim. 1, 15.

INCIP̄ ADVERSVS HERMOGENEM *PN*, Q. Septimii Florentis Tertulliani incipit lib̄ aduersus Hermogenem *F* 3 quae—renuntiauit = quae—praenuntiabantur: *auctor se ipse correxisse uidetur, sed incuria librarii prior uerborum compositio non deleta est* (*cf. p. 141, 14 et 148, 16*) 5 haeresis futuras *PNF*, futuras haereses *R uulgo* renuntiauit *PNF*, praenuntiauit *R uulgo* 6 qua est (= quaē) *seclusi, ut per dittographiam ortum:* quia sunt, quae *R uulgo*, ⟨anti⟩quae sunt (qua est *ex* quae s̄t) *Eng* 7 praenuntiabantur *R*, praenuntiabuntur *PNF* 8 est *om. F* *lacunam signaui:* ut de tempore inquirere non oporteat *uel simile aliquid intercidisse puto* tam nouella est! *Eng* 9 et natura *PN*, natura *F* 11 conscientiae *R*[3], constantiae *PNFR*[1] 12 inlicite *Urs:* licite *PNF* (= *licenter? Eng*) 13 libidine *F* in artem *P*, mortem *NF* 14 et carnis—nominum *om. F* si quid et nominum *scripsi:* siquidem et nubentium *PN* 15 contagio *nominatiuum intellego*

mihi quaestio est. [Christum] deum non alium uidetur agnoscere; alium tamen facit quem aliter agnoscit. immo totum, quod est deus, aufert, nolens illum ex nihilo uniuersa fecisse. a Christianis enim ad philosophos conuersus, de ecclesia in academiam et porticum, inde sumpsit [a Stoicis] materiam cum deo ponere, quae et ipsa semper fuerit, neque nata neque facta nec initium habens omnino nec finem, ex qua deus omnia postea fecerit.

2. Hanc primam umbram, plane sine lumine, pessimis pictor ille argumentationibus colorauit, praestruens aut deum de semetipso fecisse cuncta aut de nihilo aut de aliquo, ut. cum ostenderit neque ex semetipso fecisse potuisse neque ex nihilo, quod superest exinde confirmet, ex aliquo eum fecisse atque ita aliquid illud materiam fuisse. negat illum ex semetipso facere potuisse, quia partes ipsius fuissent quaecumque ex semetipso fecisset deus; porro in partes non deuenire, ut indiuisibilem et indemutabilem et eundem semper, qua deum. ceterum si de semetipso fecisset, aliquid ipsius fuisse. [aliquid] omne autem, et quod fieret et quod faceret, imperfectum habendum, quia ex parte fieret et ex parte faceret. aut si totus totum fecisset, oportuisse illum simul et [totum] esse et non esse, quia oporteret et [totum] esse, ut faceret semetipsum, et [totum] non esse, ut fieret de semetipso. ⟨id⟩ porro difficillimum. si enim esset, non fieret, esset enim; si uero non esset, non faceret, quia nihil esset. eum autem, qui semper sit, non fieri sed esse illum in aeuum aeuorum.

1 Christum *seclusi* deum *scripsi:* dominum *PN uulgo, om. F* agnoscere *F*, aliter agnoscere *Puulgo*, aliter cognoscere *N* 4 a *om. F* ad philosophos conuersus *NF*, conuersus ad philosophos *P uulgo* 5 a Stoicis *seclusi* 6 deo *scripsi:* domino *PNF* 7 ex qua *P*, et quia *NF* deus *scripsi:* dominus *PNF* 9 pessimis pictor ille *scripsi:* pessimus pictor illis *PNF* 10 deum *scripsi:* dominum *PNF* 16 deus *scripsi:* dominus *PNF* 17 qua deum *scripsi:* qua dominus *PNF* 18 fecisset aliquid, ipsius *uulgo* aliquid *seclusi* 21 totum *seclusi* 22 et non esse *scripsi:* et non totum *PNF* totum *seclusi* 23 totum *seclusi* id *add. Iun*

igitur non de semetipso fecisse illum, qui non eius fuerit condicionis, ut de semetipso facere potuisset. proinde ex nihilo non potuisse eum facere sic contendit, bonum et optimum definiens deum, qui bona atque optima tam uelit facere quam sit; immo nihil non bonum atque optimum et uelle eum et facere. igitur omnia ab eo bona et optima oportuisse fieri secundum condicionem ipsius. inueniri autem et mala ab eo facta, utique non ex arbitrio nec ex uoluntate; quia si ex arbitrio et uoluntate, [nihil] incongruens et indignum sibi faceret. quod ergo non arbitrio suo fecerit, intellegi oportere ex uitio alicuius rei factum, ex materiae sine dubio.

3. Adicit et aliud: deum semper deum ⟨semper⟩ etiam dominum fuisse, numquam non dominum. nullo porro modo potuisse illum semper dominum haberi, sicut et semper deum, si non fuisset aliquid retro semper, cuius semper dominus haberetur. fuisse itaque materiam semper ⟨cum⟩ deo domino. hanc coniecturam eius iam hinc destruere properabo, quatenus propter non intellegentes adiecisse duxit, ut sciat cetera quoque argumenta ⟨tam⟩ intellegi quam reuinci. dei nomen dicimus semper fuisse apud ipsum et in ipso, domini uero non semper. diuersa enim utriusque condicio. scilicet deus substantiae ipsius nomen, id est diuinitatis, dominus uero non substantiae, sed potestatis. substantia semper fuit cum suo nomine, quod est deus; postea domini, accedentis scilicet rei, mentio. nam ex quo esse coepe-

1 fuerit *Lat:* fieret *PNF Oehlerus* 3 sic *R*, si *PNF* 4 deum *scripsi:* dominum *PNF* 8 ex *om. N* 9 nihil *seclusi* (*potueris et emendare:* quia [si] ex arbitrio . . nihil incongruens *Eng*) 11 materiae *scripsi:* materia esse *PNF* 12 semper *addidit Iun* 13 dominum *Iun:* deum *PNF* 16 cum *addidi* (*cf.* 127, 5) 17 quatenus *scripsi:* quantus *F*, quam hactenus *PN uulgo* 18 duxit, ut sciat *F*, duxi, ut sciant *PN uulgo* 19 tam *R*, *om. PNF* intellegi quam *RNF*, intellegiq *P* 20 ipsum *scripsi:* semetipsum *PNF* ipso *NF*, semetipso *P uulgo* domini *scripsi:* dominum *PNF* diuersa—deus *om. F* 21 scilicet deus *scripsi:* sed deus *PNFR*[1], deus *R*[3] *uulgo* 22 deum uero non substantia et potestati *F* 23 substantia *F*, substantiam *PN uulgo* fuit *scripsi:* fuisse *PNF* 24 domini *scripsi:* dominus *PN uulgo*, *om. F*, postea ⟨potestas⟩ domini *Eng*

runt, in quae potestas domini ageret, ex illo per accessionem potestatis et factus et dictus est dominus, quia et pater deus est et iudex deus est, non tamen ideo pater et iudex semper, quia deus semper. nam nec pater potuit esse ante filium nec iudex ante delictum. fuit autem tempus, cum et delictum et filius non fuit, quod iudicem et qui patrem deum faceret. sic et dominus ⟨deus⟩ non ante ea, quorum dominus existeret, sed deus tantum, futurus quandoque, sicut pater per filium, sicut iudex per delictum, ita et dominus per ea, quae sibi seruitura fecisset. argutari tibi uideor, Hermogenes? nauiter scriptura nobis patrocinatur, quae utrumque nomen ei distinxit et suo tempore ostendit. nam 'deus' quidem, quod erat semper, statim nominat: in principio fecit deus caelum et terram, ac deinceps, quamdiu faciebat quorum dominus futurus erat, 'deus' solummodo ponit: et dixit deus, et fecit deus, et uidit deus, et nusquam adhuc 'dominus'. at ubi uniuersa perfecit ipsumque uel maxime hominem, qui proprie deum et intellecturus erat dominum et iam cognominaturus, tunc etiam domini nomen adiunxit: et cepit deus dominus hominem, quem finxit, et praecepit deus dominus Adae. exinde dominus qui retro deus tantum, ex quo habuit cuius esset. nam deus sibi erat, rebus autem [tunc deus cum et] dominus. igitur in quantum putabit ideo materiam semper fuisse, quia dominus semper esset, in tantum constabit nihil fuisse, quia constat dominum non semper fuisse. adiciam et

13] Gen. 1, 1. 15] Gen. 1, 3. 19] Gen. 2, 15.

3 et pater *N* 5 et (*loco priore*) *Gel:* ei *PNF Oehlerus* 6 qui patrem *NF*, quod patrem *P* (*corr. R*) deum *scripsi:* dominum *PNF* 7 deus *addidi* ante ea *R*, antea *PNF* 8 deus *scripsi:* dominus *PNF* tantum futurus *uulgo* 10 argutari *Iun:* argumentari *PNF* gnariter *N* 17 deum et *scripsi:* dominus et *PNFR*[1], dominum *R*[3] *uulgo*, qui, proprie dominus, et *Eng* (*cf. Gen. 1, 28*) 18 dominum *PNF*, deum *Eng* et iam *Eng:* etiam *PNF* cognominaturus *PNFR*[1], cognominatur *R*[3] 19 domini *scripsi:* dominus *NF*, *om. P* (*add. R ex Hirsaugiensi*) deus dominus *NF*, dominus deus *P* *uulgo* 20 adae *F*, ac de *PN* 21 exinde *F*, inde *PN* 22 sibi ⟨semper⟩ *Eng* tunc deus cum et *seclusi*, *defendit* *Eng* 25 et ego ⟨aliud⟩ *fort.*

ego propter non intellegentes, quorum Hermogenes extrema linea est, et quidem ex penu etiam ipsius retorquebo aduersus illum. cum enim neget materiam natam aut factam, sic quoque inuenio domini nomen deo non competisse in materiam, qua libera fuerit necesse est quae originem non habendo non habuit auctorem, quod erat nemini debens ideoque nemini seruiens. itaque ex quo deus potestatem suam exercuit in eam, faciendo ex materia, ex illo materia dominum deum passa demonstrat hoc illum tamdiu non fuisse, quamdiu † fuit hoc.

4. Hinc denique incipiam de materia retractare, quod eam deo comparet, proinde non natam, proinde non factam, proinde [aeternam] sine initio, sine fine propositam. quis enim alius dei census quam aeternitas? quis alius aeternitatis status quam semper fuisse et futurum esse ex praerogatiua nullius initii et nullius finis? hoc si dei est proprium, solius dei erit, cuius est proprium, [sed] quia si et alii adscribatur, iam non erit dei proprium, sed commune cum eo, cui et adscribitur. nam etsi sunt qui dicuntur dii siue in caelo siue in terra nomine, ceterum nobis unus deus pater, ex quo omnia; quo magis apud nos solius dei

18] I Cor. 8, 5.

2 ex penu etiam *Lat:* ex penitentia *PNF*, epinoemata *Urs*, experimenta *Oehlerus*, experientiam *Eng* ipsius *NF*, illius *P uulgo* 5 qua *P* (i *add. R*) *F*, quam *N*, quia *R uulgo* 6 auctorem *Urs:* hanc rem *F*, rem *PN*, regem *Eng* nemini—ideoque *om. PN, quos sequitur Eng* debens *v. d. Vliet:* debet *F* 9 quamdiu ⟨non⟩ fecit [hoc] *fort.* quamdiu fuit hoc *P*, quamdiu hoc fuit *N*, quamdiu fuit hoc utique *F* (*sed del.* utique *librarius ipse*) 11 deo comparet *scripsi:* deus comparet *NF*, deus sibi comparet *P uulgo* 12 aeternam *seclusi* (*cf. 132, 21*) propositam *Pam:* proposita *PNF* 16 sed *seclusi:* scilicet *Oehlerus* si et *Urs:* et si *PNF* iam *om. P* (*add. R ex Hirsaugiensi*) 18 *grauius corrupta esse puto quae abhinc sequuntur his de causis: 1) hiscit sententia ante uerba:* nam etsi ... *2) abundare uidentur uerba:* et, ut dixi,— alterius esset. *3) non liquet, quo referendum sit illud* quod *131, 2 4) non iuste procedit oratio inde a uerbis:* aut quid *sqq. — Haud leuibus sane medelis adhibitis sic uelim restitui:* cui et adscribitur, quo magis ... proprium est. [et ut dixi ... alterius esset] nam etsi sunt .... pater, ex quo omnia. quod si ... ut unius sit. quid autem erit unicum et singulare, cui nihil adaequabitur, nisi quod principale *etc.* 20 quo R^3, qui eo $PNFR^1$

esse debeat quod dei proprium est; et ut dixi, iam non proprium esset, quia alterius esset. quod si deus est, unicum sit necesse est, ut unius sit. aut quid erit unicum et singulare, nisi cui nihil adaequabitur? quid principale, nisi quod super omnia, nisi quod ante omnia et ex quo omnia? haec deus [solus] habendo. est, et solus habendo, unus est. si et alius habuerit, tot iam erunt dii, quot habuerint quae dei sunt. ita Hermogenes duos deos infert, ⟨dum⟩ materiam parem deo infert. [deum autem unum esse oportet, quia quod summum sit deus est; summum autem non erit nisi quod unicum fuerit; unicum autem esse non poterit cui aliquid adaequabitur; adaequabitur autem deo materia, cum aeterna censetur.]

5. Sed deus deus est, et materia materia est. quasi diuersitas nominum comparationi resistat, si status idem uindicetur. sit et natura diuersa, sit et forma non eadem, dummodo ipsius status una sit ratio. innatus deus: an non innata et materia? semper deus: an non semper et materia? ambo sine initio, ambo sine fine, ambo etiam auctores uniuersitatis, tam qui fecit quam de qua fecit. neque enim potest non et materia auctrix omnium deputari, de qua uniuersitas consistit. quomodo respondebit? non statim materiam comparari deo, si quid dei habeat, quia non totum habendo non concurrat in plenitudinem comparationis? qui deo reliquit amplius, ut non totum dei materiae dedisse uideatur? uel qua, inquit, et sic habente materia salua sit deo et auctoritas et substan-

5] cf. Rom. 9, 5. cf. Col. 1, 17. cf. I Cor. 8, 6.

3 sit *om. F* 6 solus *seclusi* est—habendo *om. P* 7 habuerint *P*, habuerunt *NF* 8 dum *add. Iun* 9 infert *PN*, infers *F*, inferens *Eng* *quae abhinc usque in finem capitis leguntur eorum, quae antecedunt, nullam habent rationem; addita uidentur, quia interciderat supra coniunctio* dum 12 aeterna *R*, in aeterna *P*, materna *N*, materia *F* 15 dummodo *R*[3], dum nomini *PNFR*[1] 16 ratio sit *F* innata et *scripsi:* et innata et *NF*, et innata *P* 18 *uerba* ambo etiam—consistit *neque ipsa sine offensione sunt, ut quae non pertineant ad statum sed ad actum dei, neque concordant cum eis quae paulo infra leguntur l. 25 sqq.* 23 qui (= *quomodo*) deo *Eng:* quid eo *PNF*, quid deo *R uulgo* 25 auctoritatis *F* substantiae *NF*

tia, qua solus et primus et auctor et dominus omnium censeatur. ueritas autem sic unum deum exigit defendendo, ut solius sit quicquid ipsius est. ita enim ipsius erit, si fuerit solius, ⟨quia⟩ et ex hoc alius deus non possit admitti, dum nemini licet habere de deo aliquid. ergo, inquis, nec nos habemus dei aliquid? immo habemus et habebimus, sed ab ipso, non a nobis. nam et dei erimus, si meruerimus illi esse, de quibus praedicauit: ego dixi, uos dii estis, et stetit deus in ecclesia deorum; sed ex gratia ipsius, non ex nostra proprietate, quia ipse est solus, qui deos faciat. materiae autem proprium facit quod cum deo habet. aut si a deo accepit quod est dei, ordinem dico aeternitatis, potest et credi et habere illam cum deo aliquid et deum illam non esse? quale est autem, cum confitetur ille ⟨illam⟩ aliquid cum deo habere et uult solius dei esse quod materiam non negat habere?

6. Dicit saluum deo esse, ut et solus sit et primus et omnium auctor et omnium dominus et nemini comparandus: per quae haec est, materiae quoque adscribit. ille quidem deus contestabitur deos et iurabit nonnumquam per semetipsum, quod alius non sit qualis ipse, sed mendacem eum faciet Hermogenes. erit enim et materia qualis deus, infecta, innata, initium non habens nec finem. dicet deus: ego primus, sed quomodo primus, cuius materia coaetanea est? inter coaetaneos enim et contemporales ordo non est. aut et materia prima est. extendi inquit, caelum solus. atquin non solus; cum ea enim

8] Ps. 81, 6. 18] cf. Exod. 20, 3. 19] cf. Es. 45, 20. 22] Es. 41, 9; 44, 6; 48, 12. cf. Apoc. 1, 17. 24] Es. 44, 24.

1 et auctor *scripsi* (*cf. infra l. 16*): auctor est *PF*, auctorem *N*, auctor ⟨omnium⟩ *Eng* 2 defendendo *PN*, defendo *F* *intellege:* ueritas autem unum deum defendendo sic exigit 4 quia *addidi* 6 aliquid. immo *uulgo* si ab ipso *F* 9 ex gratia *P*, et gratia *NF* 10 deo facit *F* materiae *N*, materia *PF* 13 illa non esse *F* esse? quale *Eng:* esse. quale *uulgo* 14 ille ⟨illam⟩ *Eng:* ille *PNF*, illam *van der Vliet* 17 per quae haec est *scripsi:* per quae nec est *PNF*R^1, quae mox R^3 *uulgo* 18 ille *PNF*, ego *Pam* 19 deos *Eng:* deus *PNF* (contestari = detestari, *ut uidetur*) iurabit *scripsi:* iurauit *PNF* 22 sed *scripsi:* et *PNF* 23 enim *scripsi:* autem *PNF* cuius *NF*, cui *P* 25 enim *PNF*, etiam *Oehlerus*

extendit. de qua et extendit. cum proponit saluo dei statu fuisse materiam, uide ne reddatur a nobis proinde saluo statu materiae fuisse deum. communis tamen status amborum. saluum ergo erit et materiae, ut et ipsa ⟨sola⟩ fuerit, sed cum deo, quia et deus solus, sed cum illa, et ipsa prima cum deo, quia et deus primus cum illa, sed et ipsa incomparabilis cum deo, quia et deus incomporabilis cum illa, et auctrix cum deo et domina cum deo. sic aliquid et non totum materiae habere ** ita illi nihil reliquit Hermogenes, quod non et materiae contulisset, ut non materia deo, sed deus potius materiae comparetur. atque adeo cum ea, ⟨quae⟩ propria dei uindicamus: semper fuisse, sine initio sine fine, et primum fuisse, et solum, et omnium auctorem, materiae quoque competant, quaero, quid diuersum et alienum a deo ac per hoc priuatum materia possederit, per quod deo non compararetur? in qua ⟨si⟩ omnia dei propria recensentur, satis praeiudicant de reliqua comparatione.

7. Si minorem et inferiorem materiam deo et idcirco diuersam ab eo et idcirco incomparabilem illi contendit, ut maiori, ut superiori, praescribo non capere ullam diminutionem et humiliationem quod sit aeternum et innatum, quia hoc et deum faciat tantum quantus est, nullo minorem neque subiectiorem, immo omnibus maiorem et sublimiorem. sicut enim cetera, quae nascuntur aut fiunt et idcirco aeterna non sunt, semel opposita fini, qua et initio, admittunt ea, quae deus non capit, diminutionem dico interim et subiectionem, quia nata

2 reddatur *Urs:* irrideatur *P*, rideatur *N*, rudeat et *F* 3 deum *Urs:* deus *PNF* communis *NF*, communi *P uulgo* status *scripsi:* statu *PN*, statum *F* 4 sola *addidi* 5 illa. et *uulgo* et ipsa—cum illa *om. P* (*add. R in mg. ex Hirsaugiensi*) *N* 6 ipsa incomparabilis *NF*, illa incomparabilis *P uulgo* 7 quia et auctrix *F* 8 et domina cum deo *om. N* sic⟨ut⟩ *Eng* 9 *lacunam signaui:* deum contenderes? *uel simile quid intercidisse puto,* concessit deo *mente supplendum putat Eng* qui non et *F* 10 ut *P*, et *NF* 11 quae *add.* R^3, *om.* $PNFR^1$ 13 *desideratur:* et omnium dominum competant R^3, competat $PNFR^1$ 16 si *addidi* 18 diuersum a deo *F* 22 deum *R*, deus *PNF* 24 fiunt *scripsi:* finiunt *PNF* 25 qua *Oehlerus:* quae *PNF*, quia *Iun*

et facta sunt, ita et deus ideo ea non capit, quia nec natus omnino nec factus est. et materiae autem status talis est. igitur ex duobus aeternis, ut innatis, ut infectis, deo atque materia, ob eandem rationem communis status ex aequo habentibus id, quod neque diminui nec subici admittit, id est aeternitatem, neutrum dicimus altero esse minorem siue maiorem, neutrum altero humiliorem siue superiorem, sed stare ambo ex pari magna, ex pari sublimia, ex pari solidae et perfectae felicitatis, quae censetur aeternitas. neque enim proximi erimus opinionis nationum, quae, si quando coguntur deum confiteri, tamen et alios infra illum uolunt. diuinitas autem gradum non habet, utpote unica. quae si et in materia erit, ut proinde innata et infecta et aeterna, aderit ⟨tota⟩ utrobique, quia minor se nusquam poterit esse. quomodo ergo discernere audebit Hermogenes atque ita subicere deo materiam, aeternam aeterno, innatam innato, auctricem auctori, dicere habentem: 'et ego prima, et ego ante omnia, et ego a qua omnia; pares fuimus, simul fuimus, ambo sine initio, sine fine, ambo sine auctore, sine domino. quis me deo subicit contemporali coaetaneo? si quia deus dicitur, habeo et ego meum nomen. aut ego sum deus aut ille materia, quia ambo sumus quod alter est nostrum'?

8. Putans itaque materiam deo non comparasse, quam scilicet subiciat illi, atquin etiam praeponit illam deo et deum potius subicit materiae, cum uult eum de materia cuncta fecisse. si enim ex illa usus est ad opera mundi, iam et materia superior inuenitur, quae illi copiam operandi submini-

2 et *om. F* et materiae—talis est *om. N* 3 et duobus innatis et aeternis *N* 4 materia *F*, materiae *PN* 5 nec subici *om. F*, neque subici *N* 10 opinionis *scripsi* (*cf. I p. 176, 16*): opinionibus *PNF* 13 aeterna *R*, aeternae *PNF* aderit *P*, aderint *F*, aderunt *N* tota *add. Eng* 16 habentem *F*, audentem *PM uulgo* 18 ambo sine fine *F* 19 sine domino *scripsi:* sine deo *PNF* me *PN*, ille *F* deo *Iun:* deus *PNF Oehlerus* 23 *uerba:* putans (putas *PNF*) itaque—subiciat illi, *quae in libris mss. in fine capitis antecedentis leguntur, hic inserui* comparare se *Eng* 25 cuncta *om. F*

strauit, et deus subiectus materiae uidetur, cuius substantiae eguit. nemo enim non eget eo, de cuius utitur; nemo non subicitur ei, de cuius eget ut possit uti; sic et nemo de alieno utendo non minor est eo, de cuius utitur, et nemo, qui praestat de suo uti, non in hoc superior est eo, cui praestat uti. itaque materia ipsa quidem deo non eguit, sed eguisse ⟨se⟩ deo praestitit, diuite et locuplete et liberali minori, opinor, et inualido et minus idoneo de nihilo facere quae uelit. grande reuera beneficium deo contulit, *** ut haberet hodie per quem deus cognosceretur et omnipotens uocaretur, nisi quod iam non omnipotens, si non et hoc potens, ex nihilo omnia proferre. sane et sibi praestitit aliquid materia, ut et ipsa cum deo possit agnosci coaequalis deo, immo et adiutrix, nisi quod solus eam Hermogenes cognouit et haereticorum patriarchae, philosophi. prophetas enim et apostolos usque adhuc latuit, puto et Christum.

9. Non potest dicere deum ut dominum materia usum ad opera mundi; dominus enim non potuit esse substantiae coaequalis. sed precario forsitan usus est, et adeo precario, non dominio, ut, cum eam malam nosset, de mala tamen sustinuerit uti, scilicet ex necessitate mediocritatis suae, qua non ualebat ex nihilo † uti, non ex potestate, quoniam si habuisset omnino ut dominus in materiam, quam malam norat, ante eam in bonum conuertisset, ut dominus et bonus, ut ita de bono, non de malo uteretur. sed quia bonus quidem, dominus

3 de cuius eget *scripsi:* de cuius ut eget *F* cuius eget *PN uulgo* 5 superior *NFGR*^{3}, non superior *PR*^{1} 7 eguisse ⟨se⟩ *Lat:* eguisse *PNF*, egenti se *Urs* diuite et locuplete et liberali *PN*, diuitem et locupletem et liberalem *F* 9 *lacunam statuit Ew. Bruhn:* ⟨cum ad hominem procreandum se ei obtulit⟩ 10 hodie *PNF*, hominem *Eng* (*non probans lacunam supra indicatam*) 15 prophetas—apostolos *Iun:* prophetis—apostolis *PNF* 18 dominus *NR*, deus *PF* 19 adeo *Ew. Bruhn:* ideo *PNF* 20 eam malam nosset *scripsi:* eam malam non esset *F*, ea mala non esset *PN* 22 facere *uel* operari *rescribendum puto* quoniam *scripsi:* quam *PNF* si *R*, sibi *PNF* 23 ut dominus *scripsi:* ut deus *PNF* 24 bonum *R*, bono *PNF* 25 dominus *R*, deum *PNF*

autem non, ideo qualem habuit tali usus necessitatem suam ostendit cedentem condicioni materiae, quam si dominus fuisset, emendasset. sic enim Hermogeni respondendum est, cum ex dominio defendit deum materia usum, et de re non sua, scilicet non facta ab ipso. iam ergo malum ab ipso, qui est mali, si non auctor, quia non effector, certe permissor, quia dominator. si uero materia non est ipsius, qua malum dei non erit, de alieno ergo usus aut precario usus est, qua egens eius, aut et iniuria, qua praeualens eius. his enim tribus modis aliena sumuntur: iure beneficio impetu, id est dominio precario ui. dominio non suppetente eligat Hermogenes, quid deo congruat, precario an ui de materia cuncta fecisse. non ergo melius censuisset deus nihil omnino faciendum quam precario aut ui faciendum, et quidem de malo? nonne etiam si materia optima fuisset, aeque indecorum sibi existimasset de alieno, licet bono, † factae satis itaque gloriae suae causa molitus est mundum, ut debitorem se alienae substantiae ostenderet, et quidem non bonae.

10. Ergo, inquit, ex nihilo faceret, ut mala quoque arbitrio eius imputarentur? magna, bona fide, caecitas haereticorum pro huiusmodi argumentatione, cum ideo aut alium deum bonum et optimum uolunt credi, quia mali auctorem existiment creatorem, aut materiam cum creatore proponunt, ut malum a materia, non a creatore deducant, quando nullus omnino deus liberetur ista quaestione, ut non auctor mali uideri proinde possit quisquis ille est, qui malum, etsi non ipse fecit, tamen a quocumque et undeunde passus est fieri.

1 tali *R.* talia *PNF* 2 cedens *fort.* (*Eng*) 4 dominio *P*, domino *NF* non *om. F* 6 mali de ei si *F* 8 est *scripsi:* et *PNF*, erit *Eng* 14 *uulgo a uerbis* nonne etiam *incipit cap. X* 15 aeque R^3, quae $PNFR^1$ si sibi *F* 16 bona *F* bono factae satis. itaqne $PNFR^1$, bono? fatue satis; ita R^3, bono? fatue satis itaque *Iun Rig Oehlerus*, bono facere? satis itaque gloriae suae ⟨procurauit, si ea⟩ causa *fort.* 18 et quidem *P*, quidem *F*, quidem est *N* 20 caecitatis *F* 23 aut *R*, et *PNF* 24 malum R^3, alium $PNFR^1$ 27 undeunde *P*, unde *NF*

audiat igitur et Hermogenes, dum alibi de mali ratione distinguemus, interim quoque se nihil egisse hac sua iniectione. ecce enim, etsi non auctor, sed adsentator mali inuenitur deus, qui malum materiae tanto sustinuit aeone ante mundi constitutionem, quam ut bonus et mali aemulus emendasse debuerat. aut enim potuit emendare, sed noluit, aut uoluit quidem. uerum non potuit. infirmus deus, *** si potuit et noluit, malus et ipse, quia malo fauit, et sic iam habetur ⟨auctor⟩ eius, quod licet non instituerit, quia tamen, si noluisset illud esse, non esset, ipse iam fecit esse, quod non noluit esse. quod quidem turpius: si id uoluit esse, quod ipse noluit fecisse, aduersum semetipsum egit, cum et uoluit esse quod noluit fecisse et noluit fecisse quod uoluit esse. quasi bonum uoluit esse et quasi malum noluit fecisse. quod non faciendo malum iudicauit, id sustinendo bonum pronuntiauit. malum pro bono sustinendo et non potius eradicando adsertor eius inuentus est, male, si per uoluntatem, turpiter, si per necessitatem. aut famulus erit mali deus aut amicus, cum materiae malo conuersatus, nedum etiam de malo eius operatus.

11. Et tamen unde nobis persuadet Hermogenes malam esse materiam? non enim poterit non malum dicere cui malum adscribit. nam definiuimus diminutionem et subiectionem capere non posse quod sit aeternum, ut alii coaeterno inferius deputetur. ita et nunc nec malum dicimus competere illi, quia nec ex hoc subici possit, quod nullo modo potest subici, quia aeternum est. sed cum alias summum bonum constet esse

1 distinguemus *scripsi:* distinguimus *PNF* 2 quoque se *scripsi:* se quoque *PNF* 4 aeone *scripsi:* de bono *PNF* 5 mali *P*, malus *NF* 7 *lacunam signaui:* si uoluit nec potuit *intercidisse puto* 9 ⟨auctor⟩ eius *Urs:* eius *PNF*, reus *Oehlerus* statuerit *F* 10 non noluit *scripsi:* noluit non *PNF* 11 quod quidem turpius: *scripsi:* quo quidem turpius *F*, quo quid est turpius? *PN uulgo* 12 aduersum *P*, aduersus *NF* 21 unde *R*³, non de *PNFR*¹ 23 definiuimus *Eng:* definimus *PNF* deminutionem *F* 24 quod sit *R*³, quod si ita erit *PNFR*¹ 26 ex hoc subici *NF*, subici ex hoc *P uulgo* 27 sed *om. F*, sedenim *fort.*

quod sit aeternum, — ut deus, per quod solus est deus, [dum] aeternus est, ita et bonus, dum deus, — quomodo materiae inerit malum, quam ut aeternam summum bonum credi necesse est? aut si quod aeternum est poterit et mali capax esse, poterit hoc et in deo credi, et sine causa gestiuit malum a deo transferre, si competit et aeterno, competendo materiae. iam uero si quod aeternum est malum potest credi, inuincibile et insuperabile erit malum, ut aeternum. et tamen — nos frustra laboramus de auferendo malo ex nobis ipsis? tum et deus frustra hoc mandat et praecipit; immo et iudicium frustra constituit deus, iniustitia utique puniturus quibus contra malum *** finis, cum praeses eius, diabolus, abierit in ignem, quem praeparauit illi deus et angelis eius, prius in puteum abyssi relegatus, cum reuelatio filiorum dei redemerit conditionem a malo, utique uanitati subiectam, cum restituta innocentia et integritate conditionis pecora condixerint bestiis et paruuli de serpentibus luserint, cum pater filio posuerit inimicos sub pedes, utique operarios mali. itaque si finis malo competit, necesse est competierit ⟨et⟩ initium. erit ** materia habens initium, habendo et finem mali. quae enim malo deputantur, secundum mali statum computantur ⟨materiae.⟩

12. Age nunc malam ac pessimam credamus esse materiam, utique natura, sicut deum bonum et optimum credimus, pro-

13] cf. Matth. 25, 41. 14] cf. Apoc. 20, 3. cf. Rom. 8, 19. 17] cf. Es. 11, 6. 8. 18] cf. Ps. 109, 1.

1 *parenthesin indicaui, deleri haec uult Eng* dum *seclusi* 2 ita et *scripsi:* et ita *PNF* 5 deo *scripsi:* deum *PNF* 7 si *P* (*s. u. a m. 1*), *om. NF* 8 tamen *PNFR*[1], tum *R*[3] *uulgo* 9 ipsis. tum *uulgo* tum *Urs:* cum *PNF* 10 frustra hoc *NF*, hoc frustra *P uulgo* 11 quibus contra malum *PNFR*[1], quodsi contra <erit> mali *Oehlerus*, quodsi tunc mali *Urs* 12 *lacunam signaui:* praecipit obniti. attamen ab ipsa scriptura tunc praefinitus est mali *uel similia supplenda censeo* 15 uanitati subiectam *R*[3], uanitatis obiectam *PNFR*[1] 17 et *R*[3], nec *PNF* 19 et *addidi* 20 *lacunam signaui:* igitur et *desideratur*, <et> erit *Oehlerus* 21 computantur *PN*, deputantur *F*, competunt *Oehlerus* materiae *addidi*

inde natura. porro naturam certam et fixam haberi oportebit, tam in malo perseuerantem apud materiam quam et in bono apud deum, inconuertibilem et indemutabilem scilicet, quia, si demutabitur natura in materia de malo in bonum, demutari poterit et in deo de bono in malum. hoc loco dicet aliquis: ergo de lapidibus filii Abrahae non suscitabuntur, et genimina uiperarum non facient paenitentiae fructum, et filii irae non fient filii pacis, si natura mutabilis non erit? temere ad ista exempla respicies, o homo. non enim competunt ad causam materiae, quae innata est, ea quae nata sunt, lapides et uiperae et homines; horum enim natura habendo institutionem habere poterit et cessationem. materiam uero tene semel aeternam determinatam, ut infectam, ut innatam, et ideo indemutabilis et incorrectibilis naturae credendam, ex ipsius etiam sententia Hermogenis, quam opponit, cum deum negat ex semetipso facere potuisse, quia non demutetur quod sit aeternum. amissurum scilicet quod fuerat, dum fiat ex demutatione quod non erat, sic non esse aeternum. deum ergo aeternum aliud esse non posse quam quod est semper. hanc et ego definitionem merito in illum repercutiam. materiam aeque reprehendo, cum ex illa mala, pessima etiam, bona atque optima a deo fiunt: et uidit deus quia bona, et benedixit ea deus, utique qua optima, non certe qua mala ac pessima. demutationem igitur admisit materia, et si ita est, statum aeternitatis amisit; mortua est denique sua forma.

6] cf. Matth. 3, 9; Luc. 3, 8. cf. Matth. 3, 7—8; Luc. 3, 7. 7] cf. Eph. 2, 3. 22] Gen. 1, 21—22.

1 oportet *Oehlerus* (*nescio unde*) 3 deum iuconuertibilem et indemutabilem. scilicet *uulgo* quia si *Rig:* quasi *PNF* 5 in malum R^3, non in malum *PNFR*^{1} dicet *R*, dicit *P* (*corr. R*) *NF* 7 facient *P*, faciet *NF* 10 ea *om. F* 14 in correctibilis *F*, incorruptibilis *PN uulgo* 17 aeternum, amissurum *uulgo* fiat *scripsi:* fit *PNF* 18 sic non esse aeternum *scripsi:* si non esset aeternum *PNF* deum *scripsi:* dominum *PNF* ergo *NF*, uero *P uulgo* 19 hanc—definitionem *scripsi:* hac definitione *PNF* 20 in illum *scripsi:* ullum *F*, illum *PN* materiam aeque *PN*, materiae quo *F* 22 a deo R^3, ab eo *NF*, *om. PR*^{1} 23 qua—qua *N*, quasi—quasi *P*, quia—quia *F* certe non *fort.*

sed aeternitas amitti non potest, quia nisi amitti non possit, aeternitas non est. ergo nec demutationem potuit admisisse, quia si aeternitas est, demutari nullo modo potest; 13 et quaeretur, quando ex ea bona facta sint, quae ex demutatione nullo modo facta sunt, unde in mala ac pessima boni atque optimi semen. certe nec bona arbor fructus malos edit, quia nec deus nisi bonus, nec mala arbor bonos, quia nec materia est ⟨nisi⟩ pessima. aut si dabimus illi aliquid etiam boni germinis, iam non erit uniformis naturae, id est malae in totum et tantum, sed duplex, id est malae et bonae naturae, et quaeretur iterum, an in ⟨eadem⟩ bono et malo potuerit conuenire, luci et tenebris, dulci et amaro. aut si potuit utriusque diuersitas, boni et mali, concurrisse et duplex natura fuisse materiae, amborum ferax fructuum, iam nec bona ipsa deo deputabuntur, ut nec mala illi imputentur, sed utraque species de materiae proprietate sumpta ad materiam pertinebit. quo pacto neque gratiam bonorum deo debebimus nec inuidiam malorum, quia nihil de suo operatus ingenio. per quod probabitur manifeste materiae deseruisse.

14. Nam et si dicatur, licet ex occasione materiae, suo tamen arbitrio bona protulisse, quasi nactus bonum materiae, quamquam et hoc turpe sit, certe cum ex eadem etiam mala profert, uel haec utique non de suo arbitrio proferendo seruit materiae, aliud non habens facere quam ex malo proferre, inuitus utique, qua bonus, ⟨et⟩ ex necessitate, ut inuitus, et ex seruitute, ut ex necessitate. quid ergo dignius, ex necessitate eum condidisse mala an ex uoluntate? siquidem ex necessi-

12] cf. Es. 5, 20.

3 *male hoc loco distinguuntur capita* quaeretur *P*, quaeritur *NF* 4 quando *scripsi:* quomodo *PNF* 8 nisi *add. R, om. PNF* 10 et tantum (= tantummodo), sed *scripsi* (*cf. 142, 12. 13.*)*:* sed et tantum *PNFR*[1], sed iam tum *R*[3] *uulgo* malae et bonae *NF*, bonae et malae *P uulgo* 11 in ⟨eadem⟩ *scripsi:* in ⟨ea⟩ *Iun:* in *PNF* potuerit *P*, potuerint *NF* 18 nihil ⟨erit⟩ *fort.* 24 ex malo *P*, et malo *NF* 25 et *addidi*

tate condidit, si ex materia, ex uoluntate, si ex nihilo. iam enim sine causa laboras, ne malorum auctor constituatur deus, quia et si de materia fecit, ipsi deputabuntur qui fecit, quatenus proinde fecit, acsi de nihilo fecisset, nec interest unde fecerit. plane sic interest, unde fecerit, ut inde fecerit, unde eum magis decuit. magis autem eum decuit ex uoluntate fecisse quam ex necessitate, id est ex nihilo potius quam ex materia. dignius est deum etiam malorum auctorem liberum credere quam seruum. quaecumque potestas ei quam pusillitas competit. sic et, si condicemus materiam quidem nihil boni habuisse, deum uero, si quid boni edidit, sua uirtute edidisse, aliae aeque aborientur quaestiones. primo, si bonum in materia omnino non fuit, non ex materia bonum factum, quod materia scilicet non habuit. dehinc, si non ex materia, iam ergo ex deo factum. si nec ex deo, iam ergo ex nihilo factum. hoc enim superest secundum Hermogenis dispositionem. 15 porro si bonum neque ex materia factum est, quia non erat in illa, ut in mala, neque ex deo, quia nihil potuit ex deo fieri, sicut definit Hermogenes, inuenitur bonum iam ex nihilo factum, ut ex nullo factum, ut neque ex materia neque ex deo. et si bonum ex nihilo, cur non et malum? immo cur non omnia

2 deus *PN*, illis *F* 3 quatenus proinde *scripsi:* proinde quatenus *P*, proinde quantus *NF* *uerborum ordinem inuerti:* plane sic interest unde fecerit ac si de nihilo fecisset, nec interest unde fecerit *PNF* 6 eum (*alt.*) *om. F* 7 ex (*prius*) *om. N* 8 deum *PN*, dominus *F* 10 sic et, si condicemus *scripsi:* si et sic concedimus *P*, sic et sic concedimus *NF* 11 deum *scripsi:* dominum *PNF* 12 aliae aeque *P*, aliaeque *NF* aborientur (= *non iam erunt*) *F*, oborientur *P*, oboriuntur *N* *quae abhinc leguntur inde a uerbis* primo, si bonum *usque ad* neque ex deo (*l. 18*) *non bene se habent, quippe in quibus bis idem dictum sit. duplici forma concepisse haec uidetur Tert.:* a) primo si—dispositionem (16), b) [porro] si bonum—neque ex deo. *uocabulum* porro, *quod in F deest, interpolatum mihi uidetur, postquam confluxerunt duae recensiones* 15 hoc *PN*, hinc *F* 16 porro *om. F* *male hoc loco distinguuntur capita* 17 in *om. N*

ex nihilo, si aliquid ex nihilo? nisi si insufficiens fuit diuina uirtus omnibus producendis, quae aliquid protulerit ex nihilo. aut si ex materia mala bonum processit, quia neque ex nihilo neque ex deo, sequetur, ut ex conuersione processerit materiae contra denegatam aeterni conuersionem. ita undeunde bonum constitit, iam negabit Hermogenes inde illud constare potuisse. necesse est autem ex aliquo eorum processerit, ex quibus negauit procedere potuisse. ceterum si ideo malum non ex nihilo, ne dei fiat, de cuius arbitrio uidebitur factum, sed ex materia, ut ipsius sit, de cuius substantia erit factum, et hic, ut dixi, auctor mali habebitur deus, qui, cum eadem uirtute et uoluntate debuisset omnia bona ex materia protulisse aut tantum bona, non omnia tamen bona protulit sed etiam mala, utique aut uolens esse mala, si poterat efficere, ne essent, aut non ualens efficere omnia bona, si uoluit et non fecit, ** dum nihil intersit per infirmitatem dominus auctor mali extiterit an per uoluntatem. aut quae fuit ratio, ut cum bona fecisset quasi bonus, etiam mala protulisset quasi non bonus? cur non congruentia sibi solummodo edidit? quid necesse erat suo opere prolato etiam materiae negotium curare proinde et malum proferendo? solus ut cognosceretur bonus de bono, materia autem ne cognosceretur mala de malo? plus bonum floruisset sine mali afflatu. nam et Hermogenes expugnat quorundam argumentationes, dicentium mala necessaria fuisse ad inluminationem bonorum ex contrariis intellegendorum. ergo aut nec propterea locus mali proferendi fuit, aut si qua alia ratio exegit illud induci, cur non et ex nihilo potuerit

2 protulerat *fort.* 4 sequitur *F* 5 denegatam *R*[3], denegant iam *PNFR*[1] undeunde *Oehlerus:* unde *PNF* 6 inde *om. Oehlerus* 12 bona *om. P* 13 protulit sed *Oehlerus:* protulisset *PNF* 14 ne essent *R*[3]*F*, necesse est *PNR*[1] 15 *lacunam signaui:* turpiter utrumque *uel simile aliquid desideratur* 18 quasi *PN*, qua *F* 19 cur *scripsi:* cum *PNF* non congruentia *PN* non gruentia *F* 21 de bona *F* 22 ne *PN*, nec eo *F* malo? plus *Eng:* malo. plus *uulgo*

induci, ipsa ratione excusatura dominum, ne mali auctor existimaretur, quae nunc, cum de materia operatur mala, excusat, si excusat? adeo ubique et undique illuc compellitur quaestio, quo nolunt qui ipsam mali rationem non examinando nec dinoscendo, quomodo illud aut deo tribuant aut a deo separent, pluribus et indignioribus destructionibus deum obiciunt.

16. Igitur in praestructione huius articuli, et alibi forsitan retractandi, equidem definio aut deo adscribendum et bonum et malum, quae ex materia fecit, aut materiae ipsi, ex qua fecit, aut utrumque utrique, quia ambo sibi obligantur, qui fecit et de qua fecit, aut alterum alteri; tertius enim praeter materiam et deum non est. porro si dei erit utrumque, uidebitur deus etiam mali auctor; deus autem, ut bonus, auctor mali non erit: si materiae utrumque, uidebitur materia etiam boni matrix; mala autem in totum materia boni non erit matrix: si utriusque erit utrumque, in hoc quoque comparabitur deo materia et pares erunt ambo, ex aequo mali ac boni adfines; aequari autem deo materia non debet, ne duos deos efficiat: si alterum alterius, utique dei bonum et materiae malum, neque malum deo neque materiae bonum adscribetur; et bona autem et mala deus de materia faciendo cum ea facit. haec si ita sunt, nescio, qua possit euadere sententia Hermogenes, qui deum, quoquo modo de materia malum condidit, siue uoluntate, siue necessitate, siue ratione, non putet mali auctorem. porro si mali auctor est ipse qui fecit, plane socia materia per substantiae suggestum, exclusa iam causa materiae

1 ipsa = *eadem* 2 cum de materia operatur *R*³, de materia operatur cum *PNFR*¹ mala, excusat, si excusat *scripsi:* mala excusat. si excusat *PNF* 5 tribuant *NF*, adtribuant *P uulgo* 6 a *om. P* (*add. R in mg.*), *del. N* deum *R*³, deo *PNFR*¹ 8 praestrictione *F* 9 equidem *R*³, quidem *PR*¹, qui quidem *N*, quid *F* 11 quia *R*³, qui *PNFR*¹ 13 deum *R*³, deus *PNFR*¹ dei *Urs:* deus *PNF* 17 erit utriusque *F* 20 dei *Urs:* deo *PNF* bonum *PN*, unum *F* 24 deum *R*³, deus *PNFR*¹ 26 socia *PN*, soli *F* 27 exclusa iam causa *scripsi:* excusas iam causam *PNFR*¹ *Oehlerus*, excussas *Iun*, excludis *R*³*reliqui*

introducendae. nihilominus enim et per materiam deus auctor mali ostenditur, si ideo materia praesumpta est, ne deus mali auctor uideretur. exclusa itaque materia, dum excluditur causa eius, superest, uti deum omnia ex nihilo fecisse constet. uidebimus an et mala, cum apparuerit quae mala, et an mala interim ea, quae putas. dignius enim de suo arbitrio produxit, haec quoque producendo de nihilo, quam de praeiudicio alieno, si de materia produxisset. libertas, non necessitas, deo competit. malo, uoluerit mala a semetipso condidisse quam non potuerit non condidisse.

17. Unici dei status hanc regulam uindicat, non aliter unici, nisi quia solius, non aliter solius, nisi quia nihil cum illo. sic et primus erit, quia omnia post illum: sic omnia post illum, quia omnia ab illo: sic ab illo, quia ex nihilo, ut illi quoque scripturae ratio constet: q u i s c o g n o u i t s e n s u m d o m i n i ? a u t q u i s i l l i c o n s i l i a r i u s f u i t ? a u t q u e m c o n s u l t a t u s e s t ? a u t u i a m i n t e l l e g e n t i a e e t s c i e n t i a e q u i s d e m o n s t r a u i t i l l i ? q u i s t r a d i d i t e t r e t r i b u e t u r e i ? nemo utique; quia nulla uis, nulla materia, nulla natura substantiae alterius aderat illi. porro si de aliqua operatus est, necesse est, ab ea ipsa acceperit et consilium et tractatum dispositionis, ut uiam intellegentiae et scientiae. pro qualitate enim rei operari habuit et secundum ingenium materiae, non secundum suum arbitrium, adeo ut et mala pro natura non sua sed substantiae fecerit.

18. Si necessaria est deo materia ad opera mundi, ut Hermogenes existimauit, habuit deus materiam longe digniorem et

15] Rom. 11, 34. 35.; Es. 40, 13. 14.

4 deum *R*³, deus *PNFR*¹ 6 ea *R*³, et *PNFR*¹ 17 consiliatus *F* 18 demonstrauit *R*, demonstrabit *PNF* 19 qua *F* 20 aderat *P*, aderit *NF* 21 aliqua *Iun:* aliquo *PNF Oehlerus* ut ab ea *F* 22 dispositionem tractatus *fort.* (*cf. de resurr. carnis cap. 6*: qui materiam et eligendo dignam iudicasset et tractando fecisset) 26 si necessaria est deo materia ad opera mundi ut hermogenes existimauit *FR* (*ex Hirsaugiensi*), si necessariam esse deo materiam ad opera mundi hermogenes existimauit *PN*

idoniorem, non apud philosophos aestimandam, sed apud prophetas intellegendam, sophiam suam scilicet. haec denique sola cognouit sensum domini. quis enim scit quae sunt dei et quae in ipso, nisi spiritus, qui in ipso? sophia autem spiritus. haec illi consiliarius fuit, uia intellegentiae et scientiae ipsa est; ex hac fecit, faciendo per illam et faciendo cum illa. cum pararet caelum, inquit, aderam illi, et cum fortia faciebat super uentos quae sursum nubila et quomodo firmos ponebat fontes eius quae sub caelo est, ego eram compingens cum ipso. ego eram, ad quem gaudebat; cotidie autem oblectabar in persona eius, quando oblectabatur, cum perfecisset orbem, et inoblectabatur in filiis hominum. quis non hanc potius omnium fontem et originem commendet, materiam uere materiarum, non situ subditam, non statu diuersam, non motu inquietam, non habitu informem, sed insitam et propriam et compositam et decoram, quali deus potuit eguisse, sui magis quam alieni egens? denique ut necessariam sensit ad opera mundi, statim eam condit et generat in semetipso: dominus, inquit, condidit me initium uiarum suarum in opera sua: ante saecula fundauit me, priusquam faceret terram, priusquam montes collocarentur; ante omnes autem colles generauit me, prior autem abysso genita sum. agnoscat ergo Hermogenes idcirco etiam sophiam dei natam et conditam praedicari, ne quid innatum et inconditum praeter solum deum crederemus. si enim ⟨quod⟩ intra dominum, quod ex ipso et in ipso fuit,

3] cf. I Cor. 2, 11. 5] cf. Es. 40, 14. 7] Prou. 8, 27. 28. 30. 31. 20] Prou. 8, 22. 23. 25. 23] ib. 24.

1 aestimanda *F* 2 intellegenda *F* 4 et *om. F* 7 inquit caelum *N* 9 quomodo (= ὡς) *PNF*, cum *R uulgo* fontes R^3, montes *PNFR*^{1} 10 cum eo *N* 15 commendetur *F* uere *Iun:* uero *PNF*, ⟨in⟩ uero *fort.* situ *scripsi* (*cf. cap. 38 init.*)*:* sit *F*, sibi *P* (*in mg.* alias: non sic) *N*, fini *Oehlerus* 18 deus R^3, deo *PNFR*^{1} alieni egens R^3, alienigenis *NF*, alieni *P* (*in mg. R:* alienigenis) 21 suarum *om. F* 24 genita sum. agnoscat R^3, genita. cum agnoscat *PNFR*^{1} 27 quod *addidi*

sine initio non fuit, sophia scilicet eius, exinde nata et condita, ex quo in sensu dei ad opera mundi disponenda coepit agitari, multo magis non capit sine initio quicquam fuisse, quod extra dominum fuerit. si uero sophia eadem dei sermo est, † sensu sophia et sine quo factum est nihil, sicut et dispositum sine sophia, quale est, ut filio dei, sermone unigenito et primogenito, aliquid fuerit praeter patrem antiquius et hoc modo utique generosius, nedum, quod innatum, fortius et, quod infectum, [factum] ualidius? quia quod, ut esset, nullius eguit auctoris, multo sublimius erit eo, quod, ut esset, aliquem habuit auctorem. proinde, si malum quidem ⟨quod⟩ innatum est, id est *** sermo dei, — eructauit enim, inquit, ⟨cor meum⟩ sermonem optimum, — non scio. an a bono malum possit abduci, ualidius ab infirmo, ut innatum a nato. ita et hoc nomine materiam deo praeponit Hermogenes, praeponendo eam filio, — filius enim sermo, et deus sermo, et: ego et pater unum sumus — nisi quod sustinebit aequo animo filius eam praeponi sibi, quae patri adaequatur.

19. Sed et ad originale instrumentum Moysei prouocabo, unde et diuersa pars ⟨prae⟩sumptiones suas ingratis fulcire conatur, ne scilicet non inde instrui uideatur, unde oportet. itaque occasiones sibi sumpsit quorundam uerborum, ut haereticis fere mos est simplicia quaeque torquere. nam et ipsum principium, in quo deus fecit caelum et terram, aliquid uolunt

12] Ps. 44, 2. 16] cf. Ioh. 1, 1. Ioh. 10, 30.

1 eius *NF*, ipsius *P uulgo* 5 sensus sophiae *Iun:* sensu sophiae, et *Oehlerus, sed nescio, an lateat in his uerbis interpretamentum:* Iesus (= īhs, iens) *siue* sensus (= λόγος *Eng*) sophia est est *om. N* 6 sine sophia *deleri uult Eng* 8 quod innatum fortius *PNFR*^{1}, quod innatum ⟨innato⟩ fortius *R*^{3}, quod innatum ⟨nato⟩ fortius *Gel reliqui* 9 factum *seclusi,* facto *Gel* 11 quod *addidi* 12 *lacunam signaui:* materia, bonum autem, quod natum est, id est *intercidisse puto,* innatum est, natus autem sermo dei *R*^{3} *uulgo*, innatum est, ⟨bonum autem quod natum est,⟩ id est *Eng* 13 cor meum *addidi* 14 abduci (= *uinci*) *scripsi* (*cf. Rom. 12, 21*): adduci *PNF* 19 Moysei *scripsi:* mons ei *F*, Moysi *PN* 20 praesumptiones *scripsi:* sumptiones *N*, suspiciones *PF uulgo* 21 uideatur *scripsi:* uideretur *PNF* 24 caelum *NF*, et caelum *P* aliqui *susp. Eng*

fuisse quasi substantiuum et corpulentum, quod in materiam interpretari possit. nos autem unicuique uocabulo proprietatem cum uindicamus, * principium initium esse et competisse ita poni rebus incipientibus fieri. nihil enim, quod fieri habet, sine initio esse, quod initium sit illi ipsum, dum incipit fieri. ita principium siue initium inceptionis esse uerbum, non alicuius substantiae nomen. iam nunc, si principalia dei opera caelum et terra sunt, quae ante omnia deus ** fecit suorum esse proprie principium, qua priora sunt facta, merito sic praefatur scriptura: in principio fecit deus caelum et terram, quemadmodum dixisset: 'in fine deus fecit caelum et terram', si post uniuersa fecisset. aut si principium aliqua substantia est, erit et finis aliqua materia. plane licebit etiam substantiuum aliquid principium esse alii rei, quae ex ipso sit futura, ut argilla principium testae, ut semen principium herbae. sed cum ita utimur uocabulo principii, quasi originis, non quasi ordinis nomine, adicimus et mentionem ipsius rei specialiter, quam uolumus principium alterius rei. de cetero si sic ponamus uerbi gratia: 'in principio fecit figulus peluim uel urnam', iam non materiam significabit principium, — non enim argillam nominaui principium, — sed ordinem operis, quia figulus ante cetera primum peluim et urnam fecit, exinde facturus et cetera. [ad ordinationem operum principii uocabulum pertinebit, non ad originem substantiarum.] possum et

9] Gen. 1, 1.

1 in *om. F* 2 possit, nos *Eng* (*reprobans quam infra indicaui lacunam*) 3 cum $PNFR^1$, suam R^3 *uulgo* *lacunam signaui:* dicimus *desidero* 5 <sic> sine initio esse, quin *Eng* quod *scripsi* quin *PN uulgo*, qui *F* 8 *lacunam signaui:* faciendo operum *uelim suppleri* 9 qua *Iun:* quae *PNF Oehlerus* merito sic praefatur scriptura R^3, meritoque sic perfectam scripturam $PNFR^1$, meritoque sic praefatam scripturam *Iun* 11 fine *scripsi:* finem *PNF* 12 aliqua *R*, aqua *PNF* 15 sit *F*, *om. P* (*add. R in mg. ex Hirsaugiensi*) *N* 16 cum ita *PN*, ubi *F* 19 peluem *F* 20 significabit R^3, significauit $PNFR^1$ 22 peluim *N*, peluem *P*, *om. F* 23 ad ordinationem—substantiarum *breuius eadem exprimunt quae antecedentia* iam non—et cetera; *primam manum auctoris esse suspicor* 24 possum *Iun;* possunt *PNF*

aliter principium interpretari, non ab re tamen; nam et in Graeco principii uocabulum, quod est ἀρχή, non tantum ordinatiuum sed et potestatiuum capit principatum, unde et archontes dicunt principes et magistratus. ergo secundum hanc quoque significationem principium pro principatu et potestate sumetur. in principatu enim et in potestate deus fecit caelum et terram.

20. Sed ut nihil aliud significet Graeca uox quam principium et principium nihil aliud capiat quam initium, habemus etiam illam initium agnoscere quae dicit: d o m i n u s c o n d i d i t m e ⟨i n i t i u m u i a r u m s u a r u m⟩ i n o p e r a s u a. si enim per sophiam dei omnia facta sunt, et caelum ergo et terram deus faciens in principio, id est initio, in sophia sua fecit. denique si principium materiam significaret, non ita scriptura instruxisset: i n p r i n c i p i o d e u s f e c i t, sed ex principio; non enim in materia, sed ex materia fecisset. de sophia autem potuit dici: in principio. in sophia enim primo fecit, in qua cogitando et disponendo iam fecerat, quoniam, et si ex materia facturus fuisset, ante in sophia [cogitando et disponendo iam fecerat. quoniam et si] erat 'initium uiarum,' quia cogitatio et dispositio prima sophiae sit operatio, de cogitatu uiam operibus instituentis. hanc et inde auctoritatem scripturae mihi uindico, quod et deum, qui fecit, et ea, quae fecit, ostendens, unde fecerit non proinde testatur. nam cum in omni operatione tria sint principalia, qui facit et quod fit et ex quo fit, tria nomina sunt edenda in legitima operis enarratione, persona factoris, species facti, forma materiae. si materia non edetur, ubi et opera et operae operator eduntur, apparet ex nihilo eum operatum. proinde

10] Prou. 8, 22. 20] cf. ib.

1 ab re *PN*, ab ro *F* 2 ἀρχή *R* archie *PNF* 4 archontes *PNF*, ἄρχοντες *R*, ἄρχοντας *Rig* 8 Graeca *om. F* 11 initium uiarum suarum *add. Pam* per sophiam *PN*, sophia *F* 19 cogitando—et si *seclusi, ut incuria librarii falso repetita* 20 initium *om. F* quia *om. F* sophia *F* 21 sit *NF*, fit *Puulgo* instituentis *scripsi:* instituens *PNF* 22 deum *scripsi:* deus *PNF* 24 testatur *PN*, testa est *F*

enim ederetur ex quo, si ex aliquo fuisset operatus. denique euangelium ut supplementum instrumenti ueteris adhibebo, in quo uel eo magis debuerat ostendi deus ex aliqua materia uniuersa fecisse, quo illic etiam, per quem omnia fecerit, reuelatur. in principio erat sermo, — in quo principio scilicet deus fecit caelum et terram — et sermo erat apud deum, et deus erat sermo. omnia per illum facta sunt, et sine illo factum est nihil. cum igitur et hic manifestetur et factor, id est deus, et facta, id est omnia, et per quem, id est sermo, nonne et unde omnia facta essent a deo per sermonem exegisset ordo profiteri, si ex aliquo facta essent? ita quod non fuit, non potuit scriptura profiteri, et non profitendo satis probauit non fuisse, quia profiteretur, si fuisset.

21. Ergo, inquis, si tu ideo praeiudicas ex nihilo facta omnia, quia non sit manifeste relatum de materia praecedenti factum quid, uide ne diuersa pars ideo contendat ex materia omnia facta, quia proinde non aperte significatum sit ex nihilo quid factum. plane retorqueri quaedam facile possunt, non statim et ex aequo admitti, ubi diuersitas causae est. dico enim, etsi non aperte scriptura pronuntiauit ex nihilo facta omnia, sicut nec ex materia, non tantam fuisse necessitatem aperte significandi de nihilo facta omnia, quanta esset, si ex materia facta fuissent, quoniam, quod fit ex nihilo, eo ipso, dum non ostenditur ex aliquo factum, manifestatur ex nihilo factum, et non periclitatur, ne ex aliquo factum existimetur, quando non demonstretur, ex quo sit factum. quod autem ex aliquo fit, nisi hoc ipsum aperte declaratur ex aliquo factum illud, dum ex quo factum sit ostenditur, periclitabitur primo uideri ex nihilo factum, quia non editur, ex quo sit

5—6] Ioh. 1, 1. 7] Ioh. 1, 3.

4 qua *F* 19 ex aequo *R*, ex quo *P* (*corr. R*) *NF* 23 eo ipso *PN*, ipsum *F* 24 manifestatur *PN*, manifestatum est *F* 26 sit—factum *om. NF* 28 ⟨non⟩ ostenditur *Rig*

factum, dehinc etsi ea sit condicione, ut non possit ⟨non factum⟩ uideri ex aliquo, proinde periclitabitur ex alio longe factum uideri quam ex quo factum est, dum non proponitur, unde sit factum. ita si ex nihilo deus cuncta fecit, potuit scriptura non adiecisse illum ex nihilo fecisse. ex materia eum fecisse omni modo debuit edixisse, ⟨si sci⟩licet ex materia fecisset; quia illud in totum habebat intellegi, et si non significaretur, at istud in dubio, nisi significaretur.

22. Atque adeo spiritus sanctus hanc scripturae suae rationem constituit, ut, cum quid ex aliquo fit, et quod fit et unde fit referat. fruticet, inquit, terra herbam foeni, seminantem semen secundum genus et secundum similitudinem, et lignum fructuosum faciens fructum, cuius semen in ipso in similitudinem. et factum est sic. et produxit terra herbam foeni seminantem semen secundum genus, et lignum fructuosum faciens fructum, cuius semen in ipso in similitudinem. et rursus: et dixit deus: producant aquae repentia animarum uiuarum et uolatilia uolantia super terram per firmamentum caeli. et factum est sic. et fecit deus cetos magnos et omnem animam animalium repentium, quae produxerunt aquae secundum genus ipsorum. item post: et dixit deus: producat terra animam uiuam secundum genus, quadrupedia et repentia et bestias terrae secundum genus ipsorum. si ergo ex iam factis rebus alias res

11] Gen. 1, 11. 12. 18] Gen. 1, 20. 21. 23] Gen. 1, 24.

1 ut non possit ⟨non factum⟩ uideri *scripsi:* ut non possit ⟨non⟩ uideri *Rig,* ut omnino possit uideri *Oehlerus* 4 fecit, potuit *scripsi.* fecisse potuit *F,* fecisse non potuit *PN* (*probat* non *Eng, qui post* fecisse (*l. 5*) *signum interrogationis ponit*) 5 adiecisse *F,* adiecisset *PN* 6 ⟨si sci⟩licet *Eng:* licet *PNF,* si et *Urs* 7 in totum *Urs:* in toto *PNF* 8 at—significaretur *om. F* 10 aliquo *R,* aliquo quo *PN,* alio quo *F* 11 fruticet *Pam:* fructificet *PNFOehlerus* 14 *uerba* factum est sic—in similitudinem *bis in P comparent, sed ita, ut secundo loco pro* in similitudinem *scriptum sit:* secundum genus 20 deus *F,* deos *P uulgo, om. N* 23 uiuam *NF,* uiuentem *P uulgo*

deus proferens ostendit per prophetam et dicit, quid unde protulerit, — quamquam possimus ⟨unde⟩unde illas prolatas aestimare, dumne ex nihilo; iam enim facta erant quaedam, ex quibus prolatae uideri possent —, si tantam curam instructioni nostrae insumpsit spiritus sanctus, ut sciremus quid unde processerit, nonne proinde nos et de caelo et de terra compotes reddidisset significando, unde ea esset operatus, si de aliqua materia origo constaret illorum, ne tanto magis ex nihilo ea uideretur operatus, quanto nihil adhuc erat factum, ex quo operatus uideretur? itaque sicut ea, quae de aliquo prolata sunt, ostendit, unde prolata sint, ita quae non ostendit, unde prolata sint, ex nihilo prolata confirmat. * igitur: in principio deus fecit caelum et terram, adoro scripturae plenitudinem, qua mihi et factorem manifestat et facta; in euangelio uero amplius et ministrum atque arbitrum factoris inuenio, sermonem. an autem de aliqua subiacenti materia facta sint omnia, nusquam adhuc legi. scriptum esse doceat Hermogenis officina. si non est scriptum, timeat uae illud adicientibus aut detrahentibus destinatum.

23. Sed ⟨et⟩ ex sequentibus argumentatur, quia scriptum sit: terra autem erat inuisibilis et incomposita. nam et terrae nomen redigit ⟨in⟩ materiam, quia terra sit, quae facta est ex illa, et 'erat' in hoc dirigit, quasi quae semper retro fuerit, innata et infecta, inuisibilis autem et rudis, quia informem et confusam et inconditam uult fuisse materiam. has quidem opiniones eius singillatim reuincam; sed interim uolo sic ei respondere: putemus his articulis materiam demonstrari: numquid tamen, quia erat ante omnia et talis, et ex ea factum

12] Gen. 1, 1. 19] cf. Apoc. 22, 18—19. 21] Gen. 1, 2.

2 undeunde *Urs:* unde *PNF* 3 estimare *PF*, existimare *N* (*et cod. Diuionensis teste Rigaltio*) 4 instructioni *scripsi:* instructionis *PNF* 8 ne *F*, ut *PN uulgo* 12 *lacunam signaui:* legens *intercidisse puto* 13 terram. adoro *uulgo* 15 factoris *Rig* (*secundum cod. Diuionensem, ut testatur*): rectoris *PNF* 20 et *addidi* 22 in *add.* R^3, *om.* $PNFR^1$ 27 putemus *N*, putamus *PF* 28 et talis, et ex ea factum aliquid *scripsi:* et talis. id sed ex ea factum aliquid *F*, et tale aliquid esse ex ea factum *PN uulgo*

aliquid scriptura significat? atquin nihil tale significat. fuerit licet materia, quantum sibi libet uel potius Hermogeni: potuit et fuisse et tamen nihil deus ex illa fecisse, uel quia non decebat deum alicuius eguisse, certe quia nec ostenditur quicquam ex materia fecisse. sine causa ergo esset, inquis. non plane adeo sine causa. nam etsi mundus non est factus ex illa, sed haeresis facta est, et quidem hoc impudentior, quod non ex materia facta est haeresis, sed materiam ipsam potius haeresis fecit.

24. Reuertor nunc ad singulos articulos, per quos putauit significatam esse materiam, et primo de nominibus expostulabo. horum enim alterum legimus, quod est terrae, alterum non inuenimus, quod est materiae. quaero ergo, cum materiae nominatio non extet in scriptura, quomodo ei etiam terrae appellatio adcommodetur in alio iam genere substantiae nota. quo magis materiae quoque nominatio extitisse debuerat consecuta etiam terrae appellationem, ut scirem terram commune cum materia esse nomen, ne illud ei soli substantiae uindicarem, cuius et proprium ⟨et⟩ in qua magis notum est, uel ne illud in quamcumque aliam speciem † nec utique omni materia communicare possem, si uellem. cum enim non extat proprium uocabulum eius rei, cui commune uocabulum adscribitur, quando non comparet cui adscribatur, cuicumque alii poterit adscribi. ita Hermogenes, et si materiam ostenderet nominatam, deberet eandem probare terram quoque cognominatam, ut ita utrumque illi uocabulum uindicaret.

25. Vult igitur duas proponi terras in ista scriptura, unam, quam in principio deus fecit, aliam [materiam] ex qua fecit, de qua dictum sit: terra autem erat inuisibilis et rudis.

29] Gen. 1, 2.

2 libet *van der Vliet:* licet *PNF* 11 expostulando *F* 14 extet in scriptura *PN*, extet scripturae *F* terrae *R*, terrena *PNF* 19 et *addidi*, proprium, [in] qua magis notum, est *Eng* notum R^3, natum *PNF* 20 *uerba:* nec utique omni materia *quid sibi uelint, non intellego* 21 materia *PNF*, materiae *R uulgo* 23 quando *Iun:* quanto *PNF* 27 uult *PN*, uide *F* 28 materiam *seclusi*

utique si quaeram, ex duabus quae cui nomen terrae accommodare debeat, dicetur hanc, quae facta sit, ex illa, ex qua facta est, uocabulum deriuasse, quia ueri similius sit ab origine sobolem potius quam originem a sobole uocitari. hoc si ita est, alia nobis obuoluitur quaestio, an competat terram hanc, quam deus fecit, ex illa, ex qua fecit, cognomentum deriuasse. audio enim apud Hermogenem ceterosque materiarios haereticos terram quidem illam informem et inuisibilem et rudem fuisse, hanc uero nostram uideo et formam et conspectum et cultum a deo consecutam, aliud ergo factam quam erat ea, ex qua facta est. porro aliud facta non potuit cum ea de nomine sociari, a cuius condicione desciuerat. si nomen proprium materiae illius fuit terra, haec, quae non est materia, aliud scilicet facta, terrae quoque non capit nomen, alienum et statu suo extraneum. sed materia facta, id est haec terra, habuit cum sua origine consortium nominis sicut et generis. non adeo. nam et testam, licet ex argilla confectam, iam non argillam uocabo sed testam, et electrum, licet ex auro et argento foederatum, nec argentum tamen nec aurum appellabo sed electrum. a cuius habitu quid diuertit, pariter et a uocatu eius recedit, appellationis sicut et condicionis proprietate. quam autem transierit de statu terrae illius [id est materiae] ista terra, uel eo palam est, quod haec apud Genesim testimonium boni accepit: et uidit deus quia bonum, illa autem apud Hermogenem in originem et causam malorum deputatur. postremo si ideo haec terra, quia et illa, cur non et materia haec quoque, quia et illa? immo et caelum et omnia, si ex materia constant, et terrae et materiae uocari

24] Gen. 1, 10.

1 terrae accomodare debeat, dicetur R^3G, terrae accomodari debeat id dicetur *N*, terrae accomodari (-dare *F*) id dicetur *PFR*[1] 5 obruitur *F* 9 uideo *F*, proinde *PN uulgo* 12 nominatione *Rig* 15 status sui *Lat* haec terra *Eng:* ex terra *PNFR*[1], terra R^3 20 quid *NFR*[3], quod *PR*[1] 21 <est et> appellationis sicut et condicionis proprietas *fort.* et in conditionis *F* 22 id est materiae *seclusi*

debuerunt. satis ista de terrae nomine, in quo materiam intellegi uoluit. quod nomen unius elementi omnes sciunt, natura primum, dehinc scriptura docente, nisi si et Sileno illi apud Midam regem adseueranti de alio orbe credendum est, auctore Theopompo. sed et deos multos idem refert.

26. Nobis autem unus deus et una est terra, quam in principio deus fecit. cuius ordinem incipiens scriptura decurrere primo factam eam edicit, dehinc qualitatem ipsius edisserit; sicut et caelum primo factum professa: in principio deus fecit caelum, dehinc dispositionem eius superducit: et separauit inter aquam, quae erat infra firmamentum et quae erat super firmamentum, et uocauit deus firmamentum caelum, ipsum, quod in primordio fecerat. proinde et de homine***: et fecit deus hominem, ad imaginem dei fecit illum, dehinc qualiter fecerit reddit: et finxit deus hominem de limo terrae et adflauit in faciem eius flatum uitae, et factus est homo in animam uiuam. et utique sic decet narrationem inire: praefari primo, postea prosequi; nominare, deinde describere. alioquin uanum, si eius rei, cuius nullam praemiserat mentionem, id est materiae, ne ipsum quidem nomen, subito formam et habitum promulgauit, ante enarrauit, qualis esset, quam an esset ostendit, figuram deformauit, nomen abscondit. at quanto credibilius secundum nos eius rei dispositionem scriptura subiunxit, cuius institutionem simulque nominationem praemisit? quam denique integer sensus est: in principio deus fecit caelum et terram, terra autem erat inuisibilis et rudis; quam deus scilicet

9] Gen. 1, 1. 11] Gen. 1, 7. 8. 14] Gen. 1, 27. 15] Gen. 2, 7. 22] cf. Gen. 1, 2. 26] Gen. 1, 1.

1 quo *R*, quod *PNF* 5 multus *P* (*corr. R*) 6 autem *om. N* terra est *F* 10 superducit *PNFR*^{1}, superinducit *R*^{3} *uulgo* 14 *lacunam signaui:* primo, quod eam fecit, enarrat *supplendum puto*, de homine: et fecit, ⟨inquit,⟩ deus hominem *Eng* 18 praefari primo *NF*, primo praefari *P uulgo* 22 enarrauit *scripsi:* enarrat *PNF* quam an *Rig:* antequam an *PN*, antequam *F*, ante, quam an *Eng* 23 deformauit *scripsi:* deformati *PNF*, deformat *Iun*

fecit, de qua scriptura cum maxime dixerat? nam et 'autem' ipsum uelut fibula coniunctiuae particulae ad conexum narrationi adpositum est: 'terra autem.' hoc enim uerbo reuertitur ad eam, de qua supra dixerat, et alligat sensum. adeo aufer hinc 'autem', et soluta compago est, ut tunc possit de alia terra dictum uideri: terra erat inuisibilis et rudis.

27. Sed tu supercilia, capitis nutu digiti adcommodato, altius tollens et quasi retro iactans: 'erat' inquis; quasi semper fuerit, scilicet innata et infecta, et idcirco materia credenda. at ego sine ullo lenocinio pronuntiationis simpliciter respondebo de omni re posse dici 'erat', etiam de ea, quae facta, quae nata sit, quae aliquando non fuerit et quae materia non sit. omne enim, quod habet esse, ⟨unde⟩unde habet, siue per initium siue sine initio, hoc ipso, quod 'est', etiam 'erat' dicetur. cui competit prima uerbi positio in definitionem, eidem etiam declinatio uerbi decurret in relationem. 'est' definitionis caput. 'erat' relationis facit. haec sunt argutiae et subtilitates haereticorum, simplicitatem communium uerborum torquentes in quaestionem. magna scilicet quaestio est, si erat terra, quae facta est. sane discutiendum, an ei competat inuisibilem et rudem fuisse, quae facta est, an ei, ex qua facta est, ut eiusdem sit 'erat', cuius et quod erat.

28. Atquin non tantum probabimus istum habitum huic terrae competisse, sed et illi alii non competisse. nam si

6] Gen. 1, 2.

1 maxime—ipsum *om. F* dixerat *scripsi:* et dixerat *P* (*del. litteram* t *R*), edixerat *N* (*add.* t *man. libr.*), edixerat *R uulgo*, edisserat *Eng* nam et autem ipsum, coniunctiua particula, uelut fibula *fort.* 2 narrationis *F* 7 sed tu supercilia *Oehlerus:* sed tu supercilio *PN*, et supercilio *F* supercilia capitis *uulgo* digiti (*intellege:* nutui) capitis *PN*, et capitis *F* nutu *F*, et nutu *PN* digiti *PN*, et digiti sed tu *F* 10 respondeo *F* 13 undeunde *Urs:* unde *PNF* siue *om.* PR^1 15 eidem *scripsi:* eiusdem *PNF* 16 decurrit *F* 17 relationis *Iun:* relationi *PNF* haec *PNF*, hae *R* 19 quaestionem. magna R^3, quaestionem magnam. $PNFR^1$ 21 ex qua *PF*, quae *N* 22 quod erat *scil. inuisibilis et rudis* 24 sed—competisse *om. N* et *om. F*

nuda materia deo subiacebat, nullo scilicet elemento obstruente, siquidem nondum quicquam erat praeter ipsam et deum, utique inuisibilis esse non poterat, quia etsi tenebras uolet in substantia fuisse materiae, cui articulo respondere debebimus suo ordine, etiam homini tenebrae uisibiles sunt, — hoc enim ipsum, quod sunt tenebrae, uidetur — nedum deo. et utique, si inuisibilis esset, nullo modo cognosceretur qualitas eius. unde ergo compertus est Hermogenes informem et confusam et inquietam illam fuisse, quae ut inuisibilis latebat? aut si hoc a deo reuelatum est, probare debet. sic et an rudis dici potuerit, expostulo. certe enim rude illud est, quod imperfectum est. certe imperfectum non potest esse nisi quod factum est; quod enim minus factum est, imperfectum ⟨est.⟩ certe, inquis. ergo materia, quae facta non erat in totum, imperfecta esse non potuit; quae imperfecta non fuit, etiam rudis non fuit. initium non habens, quia facta non fuit, caruit et rudimento. initii enim accidens est rudimentum. terra uero, quae facta est, meruit et rudis dici. statim enim ut facta st, habuit imperfectae locum, ante perfectionem, 29. siquidem omnia opera sua deus consummauit, incultis primo elementis depalans quodammodo mundum. dehinc exornatis uelut dedicans. nam et lumen non statim splendore solis impleuit, et tenebras non statim solatio lunae temperauit, et caelum non statim sideribus stellisque signauit, et maria non statim beluis frequentauit, et ipsam terram non statim uaria fecunditate dotauit; sed primo esse ei contulit, dehinc non in uacuum esse suppleuit. sic enim et Esaias: *non in uacuum*, ait, *fecit illam, sed inhabitari*. postea ergo quam facta est, futura etiam perfecta, interim erat inuisibilis et rudis,

27] Es. 45, 18.

1 materia *R*, sit materia *PNF*, sic materia *Iun Oehlerus* 6 quod sunt *om. F* uidetur *Urs:* uidentur *PNF* 9 inquietam *PNF*, inconditam *Pam*. incultam *Iun* 13 imperfectum ⟨est⟩ *R*, imperfectum *PNF* 20 *male hoc loco distinguuntur capita* 22 lumen *PN*, lumine *F* 24 maria *R*[3], materiam *PNFR*[1] 29 perfecta *PN*, perfectum *F*

rudis quidem hoc quoque ipso, quod inuisibilis, ut nec uisui perfecta, simul et ut de reliquo nondum instructa, inuisibilis uero, ut adhuc aquis tamquam munimento genitalis humoris obducta, qua forma etiam adfinis eius, caro nostra, producitur. nam et Dauid ita canit: domini est terra et plenitudo eius, orbis terrae, et omnes qui habitant in illo; ipse super maria fundauit eum et super flumina praeparauit eum. segregatis enim aquis in cauatiorem sinum emicantior facta est arida, quae antehac aquis tegebatur. exinde itaque et uisibilis efficitur dicente deo: congregetur aqua in congregatione una, et uideatur arida. 'uideatur,' inquit, non 'fiat.' iam enim facta erat, sed, inuisibilis usque tunc, uideri sustinebat. 'arida' autem, quod erat futura ex diuortio humoris, iam terra: et uocauit deus aridam terram, non materiam. sic et perfectionem postea consecuta desinit rudis haberi, cum pronuntiat deus: fruticet terra herbam foeni seminantem semen secundum genus et secundum similitudinem, et lignum fructuosum faciens fructum, cuius semen in ipso in similitudinem. item: producat terra animam uiuam secundum genus, et quadrupedia et repentia et bestias terrae secundum genus. impleuit igitur ordinem suum scriptura diuina. quam enim praedixerat inuisibilem et rudem, ei et uisionem reddidit et perfectionem. non alias autem materia erat inuisibilis et rudis. ergo ⟨et⟩ materia erit postea uisibilis et perfecta. uolo itaque uidere materiam; uisibilis enim

5] Ps. 23, 1—2. 10] Gen. 1, 9. 14] Gen. 1, 10. 16] Gen. 1, 11. 20] Gen. 1, 24.

1 ut nec uisui *R*, ut ne cui sui *PNF* 2 simul et ut *R*, simuletur et ut *PN*, simulet et ut *F* 3 monimento *PNF* humoris *PN*, ut moris *F* 4 obducta *PN*, abducta *F* 6 illo *scripsi:* illa *PNF* 7 eum—eum (*sc. orbis terrae*) *PNF*, eam—eam *R uulgo* 8 cauationem sinuum *Rig* 10 deo *PN*, domino *F* 12 uideatur—sustinebat *om. P* (*add. R in mg. ex Hirsaugiensi*) fiat *R*, sit *N*, fit *F* 14 iam *scripsi:* tamen *PNF* 16 fruticet *Pam:* fructicet *F*, fructificet *PN* 22 impleuit *F*, implebit *PN* 24 alias *scripsi:* alia *PNF* 25 et *addidi* erit *PF*, erat *N* 26 itaque *PN*, ita *F*

facta est. uolo et perfectam eam recognoscere, ut ex illa etiam foeni herbam et ex illa decerpam lignum fructuosum et ex illa animalia usui meo famulem. sed materia quidem nusquam, terra uero id est haec, coram. hanc uideo, hanc perfruor, ex quo inuisibilis et rudis esse desiit. de qua manifestissime Esaias: haec dicit dominus, qui fecit caelum, iste deus, qui demonstrauit terram et fecit illam. certe eandem demonstrauit quam et fecit. quomodo demonstrauit? utique dicendo: uideatur arida. quare uideri iubet, nisi quia retro non uidebatur, ut sic quoque eam non in uacuum fecisset faciendo uisibilem, et ita habitabilem? et sic per omnia probatur nobis hanc, quam incolimus, eandem et factam esse a deo et ostensam, nec aliam fuisse rudem et inuisibilem quam quae et facta et ostensa est. atque ita: terra autem erat inuisibilis et rudis ad eam pertinet, quam deus cum caelo parauit.

30. Sic et sequentia coniecturam Hermogenis instruere uidebuntur: et tenebrae super abyssum et spiritus dei super aquas ferebatur, quasi et haec confusae substantiae massalis illius molis argumenta portendant. atquin singillatim definiens tenebras abyssum spiritum dei aquas, nihil confusum nec in confusione incertum aestimari facit tam diuisa relatio certorum et distinctorum elementorum. hoc quidem amplius: cum situs proprios eis adscribit, tenebris super abyssum, spiritui super aquas, negauit confusionem substantiarum, quarum demonstrando dispositionem demonstrauit etiam distinctionem. uanissimum denique, ut materia, quae informis

6] Es. 45, 18. 9] Gen. 1, 9. 14] Gen. 1, 2. 18] ib.

1 illa *om. F* 2 fructum *F* 3 famulem *F*, famulentur *PN uulgo* 4 uero, id est haec *scripsi* (*sc. non alia illa, id est materia*): uero haec, id est *PNF* hanc (*altero loco*) *PN*, hac *F* 6 caelum et terram *N* 7 fecit *Pam:* facit *PNF* 11 habitabilem *Lat:* habilem *PNF reliqui* 16 parauit *scripsi:* separauit *PNF* 19 haec *F*, hae *PN uulgo* 20 portendat *F* 21 spiritum *R*. spiritus *PNF* 22 aestimari *PN*, aestimare *F* diuisa *PN*, diuersa *F* 24 tenebris *scripsi:* tenebras *PNF* 25 spiritui *scripsi:* spiritus *PNF*, spiritum *Pam* 26 positionem *fort.* 27 uanissimum *R*[3], uanitimum *PNFR*[1]

inducitur, de tot formarum uocabulis informis adseueretur. non edito, quid sit illud corpus confusionis, [quod] unicum utique credendum est, si informe est. uniforme etenim, quod informe. et informe autem, quod ex uarietate confusum est, unam habeat necesse est speciem, quod non habet, [speciem] dum ⟨nihil⟩ ex multis unam habet speciem. ceterum aut habebat in se species istas materia, de quarum uocabulis intellegenda esset, tenebras dico et abyssum et spiritum et aquas, aut non habebat: si [enim] habebat, quomodo inducitur non habens formas? si non habebat, ⟨unde⟩ agnoscitur?

31. Sed et illud utique captabitur, de caelo solo et de terra ista scripturam significasse, quod ea in principio deus fecerit, de speciebus autem supra dictis nihil tale, et ideo eas, quae factae non significentur, ad infectam materiam pertinere. respondebimus huic quoque scrupulo. scriptura diuina satis dissereret, si summas ipsas rerum a deo factas commendasset, caelum et terram, habentes utique suggestus suos proprios, qui in ipsis summis intellegi possent. suggestus autem caeli et terrae primo tunc fuerunt tenebrae et abyssus, [et] spiritus et aquae. nam terrae quidem suberant abyssus et tenebrae. si enim abyssus infra terram, tenebrae autem super abyssum, sine dubio et tenebrae et abyssus infra terram. caelo uero spiritus et aquae subiacebant. nam si aquae super terram, quae eam texerant, spiritus autem super aquas, pariter et spiritus et aquae super terram. quae uero super terram,

1 adseueretur, non *uulgo* 2 quod *seclusi* 4 informe. et *scripsi:* informe est *PNF* confusum est. unam *van der Vliet* (*cuius interpretationem* (*stud. eccl. p. 80*) *probare non possum*) 5 speciem *seclusi* 6 nihil *addidi* habet *PN,* habeat *F* (*fort. recte, cf. 142, 16*) 7 intellegenda esset *Urs:* intellegendas esse *PN,* intelligendae se *F* 9 enim *seclusi:* autem *Iun* ducitur habens formam *F* 10 unde *add. van der Vliet:* ⟨quomodo⟩ *Urs* 12 quod ea in *scripsi:* quod eam in *PN,* quo ea *F* 16 dissereret si summas *NGR*³, dissereret summas *PR*¹, dissensi summas *F* 19 fuerunt *NF,* fuerint *P uulgo* 20 et *seclusi:* (*cf. 160, 21*) suberant *scripsi:* suberat *PN,* superat *F* 24 quae *R*³, quale *PNFR*¹

ea utique infra caelum. et sicut terra abysso et tenebris, ita et caelum spiritui et aquis incubabat et complectebatur. et ita nouum non est, ut id solum, quod continet, nominetur, qua summale, in isto autem intellegatur et quod continetur, qua portionale. ecce, si dicam: 'ciuitas extruxit theatrum et circum; scaena autem erat talis et talis, et statuae super euripum, et oboliscus super omnia ferebatur': quia non et has species edixerim factas a ciuitate, non erunt ab ea cum circo et theatro? an ideo non adieci factas has quoque species, quia inerant eis, quae facta praedixeram, et inesse quibus inerant intellegi poterant? sed uacet hoc exemplum, ut humanum: aliud de auctoritate scripturae ipsius arripiam. fecit, inquit, deus hominem de terra et adflauit in faciem eius flatum uitae, et factus est homo in animam uiuam. faciem quidem eius hic nominat, sed nec ipsam factam a deo dixit, cutem uero et ossa et carnem et oculos et sudorem et sanguinem postea loquitur, quae nec tunc facta a deo significauit. quid respondebit Hermogenes? numquid et membra hominis ad materiam pertinebunt, quia non nominatim facta referuntur? an et haec in hominis factitatione censentur? proinde membra erant caeli et terrae abyssus et tenebrae, spiritus et aquae. in corporibus enim membra sunt facta, in corporibus et membra sunt nominata. nullum elementum non membrum est eius elementi, quo continetur. omnia autem elementa caelo aut terra continentur.

32. Haec responderim pro scriptura praesenti, quatenus hic

12] Gen. 2, 7.

2 spiritui *R*^{3}, spiritus *PNFR*^{1} incubabat *PF*, incumbebat *N* complectebatur *Oehlerus:* $\text{comple}^{te}\text{batur}$ *N*, complectebantur *P*, complectabantur *F* 4 quasi summale *N* 7 oboliscus *NF*, obeliscus *P* et *om. F* 8 ab ea <factae> *fort.* 10 quia *Rig:* qua *PNF* inesse *NR*^{3}, inest se *PFR*^{1} 11 inerant *NR*, inerat *PF* 16 a deo *NR*, deo *PF* cutem *NGR*^{3}, cui tam *PFR*^{1} 18 significauit *PN,* significat *F* 20 in *s. v. P (a m. 1)* censentur *R*^{3}, censetur *PNFR*^{1} 22 et aquae *R*^{3}, ea quae *PNFR*^{1} in— facta *om. P (add. R in mg. ex Hirsaugiensi)* enim *R*^{3}, in *NFR*^{1}

solorum corporum factitationem commendare uidetur caeli et terrae. sciit esse, qui ultro in corporibus et membra cognoscerent, et ideo compendio usa est. prouidit tamen et hebetes et insidiosos, qui dissimulato tacito intellectu ipsis quoque membris uerbum factitationis significatorium exigerent. itaque et propter istos singulas species factas docet aliis in locis. habes Sophiam prior autem abysso genita sum dicentem, ut credas abyssum quoque genitam, id est factam, quia et filios facimus, licet generemus. nihil interest facta an nata sit abyssus, dum initium detur illi, quod non daretur, si materiae [subiciatur] esset. de tenebris uero ipse dominus per Esaiam: ego, qui struxi lucem et feci tenebras. de spiritu aeque Amos: qui solidat tonitruum et condit spiritum et adnuntiat in homines Christum suum, eum spiritum conditum ostendens, qui in terras conditas deputabatur, qui super aquas ferebatur, librator et adflator et animator uniuersitatis. non ** ut quidam putant, ipsum deum significari spiritum, quia deus spiritus; neque enim aquae dominum sustinere sufficerent. sed eum spiritum dicit, de quo etiam uenti constiterunt, ut ait per Esaiam: quia spiritus a me exiuit, et flatum omnem ego feci. item de aquis eadem Sophia: et quomodo firmos ponebat fontes quae sub caelo, ego eram modulans cum ipso. cum uero et eas species probamus a deo factas, etsi in Genesi tantummodo nominantur sine factitationis mentione, responde-

7] Prou. 8, 24. 12] Es. 45, 7. 20] Es. 57, 16. 22] Prou. 8, 28.

1 commendare R^3, commendari *PNF* 2 sciit *PNGR*^{3}, scit *FR*^{1}, sciat *Oehlerus* ⟨futuros⟩ esse *van der Vliet* 5 significatorium R^3, significatorum *PNFR*^{1} 7 habes R^3, habere *PNFR*^{1} 11 subiciatur *seclusi* (*cf. 160, 19*): subiecta R^3 *uulgo*, subiciatur ⟨necesse⟩ esset *Eng* dominus R^3, ad minus *PNFR*^{1} 14 et adnuntiat—suum *fort. delendum* suum *om. P* (*add. R ex Hirsaugiensi*) 16 liberator *F* 17 *lacunam signaui:* enim credibile *intercidisse puto*, non iure quidam *Eng* quidem *F* 18 significari *PNFR*^{1}, significans R^3 *uulgo* 22 quomodo (= ὡς) *PNF* (*cf. 145, 9*), quom *R*, cum *reliqui* 24 uero *scripsi:* ergo *PNF* probamus *R*, prodamus *PNF* 25 nominantur *P*, nominatur *NF*

bitur fortasse ex diuerso plane factas eas, sed ex materia, ut stilus quidem Moysei: et tenebrae super abyssum et spiritus dei super aquas ferebatur materiam ⟨ipsam⟩ sonet, ceterae uero scripturae quae ex materia factae sunt species in disperso demonstrent. ergo sicut terra de terra, ita et abyssus ex abysso, et tenebrae ex tenebris, et spiritus et aquae ex spiritu et aquis constiterunt? at, sicut supra diximus, non potuit informis fuisse materia, ⟨si⟩ species habebat; *** ut et aliae ex eis sint confectae; nisi quod non aliae, sed ipsae ex semetipsis, — siquidem non capit diuersas fuisse quae iisdem nominibus eduntur — quo iam et operatio diuina otiosa uideri possit, si quae erant fecit, cum generosior esset, quae non erant [facta quam] si fierent. igitur ut concludam: aut materiam tunc significauit Moyses scribens: et tenebrae super abyssum et spiritus dei super aquas ferebatur, — at cum hae species alibi postea demonstrantur factae a deo, debuerunt aeque demonstrari ex materia, quam Moyses praemiserat, factae — aut si species istas et non materiam significauit Moyses, ubi materia demonstrata sit quaero.

33. Sed dum illam Hermogenes inter colores suos inuenit, — inter scripturas enim dei inuenire non potuerit — satis est, quod omnia et facta a deo constat et ex materia facta non constat. quae etiam si fuisset, ipsam quoque a deo factam credidissemus, quia nihil innatum praeter deum praescribentes

2] Gen. 1, 2. 14] ib.

2 moysei *N*, monsei *PF*, Moysi *R uulgo* 3 ipsam *add. Eng* 7 *signum interrogationis posui* at *scripsi:* et *PNF* 8 si *add. R*[3], *om. PNFR*[1] *lacunam signaui:* ⟨exclusum igitur, si non habebat,⟩ *intercidisse puto* 9 eis *scripsi:* ea *PNF* 10 diuersas *R*, diuersitas *PNF* 11 quo *scripsi:* quod *PNF* et operatio *NF*, operatio *P uulgo* 12 si quae erant *R*[3], si qua ferant *PF*, si qua erant *N* generosior esset *Rig:* generosiora esset *PNF*, generatio sola esset *Oehlerus* 13 facta quam *seclusi* (quam *deleuit iam Rig*) 14 scribens *N*, scribit *PFR*[1], ⟨cum⟩ scribit *R*[3] *uulgo* 15 *parenthesin indicaui* at *PNFR*[1], aut *R*[3] *uulgo* 16 hae *R*, has *P* (*corr. R*) *NF* 20 illam *NR*, illa *P* (*corr. R*) *F* inuenerit *fort.* 21 potuit *Rig*, potuerat *R*[3] *Gel* 23 constat, quae *uulgo* quae *N*, qua *PF* facta *P* (*corr. R*)

obtineremus. in hunc usque articulum locus est retractatui, donec ad scripturas prouocata deficiat exhibitio materiae. expedita summa est: nihil inuenio factum nisi ex nihilo, quia quod factum inuenio non fuisse cognosco. etiamsi quid ex aliquo factum est, ex facto habet censum, ut ex terra herba et fructus et pecudes et figuratio hominis ipsius, ut ex aquis natatiles et uolatiles animae. huiusmodi origines [rerum ex his prolatarum] potero materias appellare, sed factas a deo et ipsas.

34. Ceterum omne ex nihilo constitisse illa postremo diuina dispositio suadebit, quae omnia in nihilum redactura est. siquidem et caelum conuoluetur ut liber, immo nusquam fiet cum ipsa terra, cum qua primordio factum est: caelum et terra praeteribunt, inquit; caelum primum et terra prima abierunt, et locus non est inuentus illis, quia scilicet quod finit et locum amittit. sic et Dauid: opera manuum tuarum caeli; et ipsi peribunt. sed et si mutabit illos uelut opertorium, et mutabuntur, et mutari perire est pristino statui, quem, dum mutantur, amittunt. et stellae quidem de caelo ruent, sicut fici arbor cum ualido commota uento acerba sua amittit, montes uero tamquam cera liquescent a conspectu

11] Es. 34, 4. 12] Matth. 24, 35. 13] Apoc. 21, 1. 14] Apoc. 20, 11. 15] Ps. 101, 26. 27. 16] Ps. 101, 27. 19] Apoc. 6, 13. 21] Ps. 96, 5.

1 *offendo in uerbis:* in hunc—materiae, *quippe quae intolerabilem in modum turbent nexum sententiarum. cohaerere ea arctissime cum eis, quae in initio capitis proferuntur, in aperto est. neque tamen quicquam praestabis transpositione. nescio igitur, an et hic duplex agnoscenda sit recensio:* sed dum illam—potuerit ∼ in hunc—materiae. articulum *F*, artilum *P* (*add. R syll.* cu) *N* retractatui *NR*, retractaui *P* (*in mg.* fort.: retractatui) *F* 3 nisi *Oehlerus:* nihil *PNF* 5 ut ex *R*, et ex *P* (*corr. R*) *NF* 7 origines R^3, originis $PNFR^1$ rerum ex his prolatarum *seclusi* 10 in nihilum R^3, ex nihilo $PNFR^1$, ex nihilo ⟨edita in nihilum⟩ *Eng* 15 finit et locum *scripsi:* et finito cum PNR^1, et finitio cum *F*, et finit locum R^3 *uulgo* 16 tuarum R^3, suarum $PNFR^1$ sed et *scripsi:* nam et *PNF* 17 et mutari *scripsi:* sed et mutari *PNF*, sed mutari *Pam* (sed *ut genuinam lectionem corruptelae* nam *olim adscriptum fuisse puto; caret enim sensu illud* nam) 18 quem R^3, quae $PNFR^1$ 20 acerba R^3, acerua $PNFR^1$ 21 montes *R*, moyses *PNF* liquescent *FR*, liquescens *P* (*corr. R*), liquescet *N*

domini, cum surrexerit scilicet confringere terram. sed et paludes, inquit, arefaciam, et quaerent aquam nec inuenient; etiam mare hactenus. quae omnia et si aliter putauerit [spiritaliter] interpretanda, non tamen poterit auferre ueritatem ita futurorum, quomodo scripta sunt. si quae enim figurae sunt, ex rebus consistentibus fiant necesse est, non ex uacantibus, quia nihil potest ad similitudinem de suo praestare, nisi sit ipsum, quod tali similitudini praestet. reuertor igitur ad causam, definiens omnia ex nihilo edita ⟨ut⟩ in nihilum peruentura. ex aeterno enim, id est ex materia, nihil deus interibile fecisset. nec ex maioribus minora condidisset cui magis congruat ex minoribus maiora producere, id est ex interibili aeternum, quod et carni nostrae pollicetur. cuius uirtutis et potestatis suae hunc iam arrabonem uoluit in nobis collocasse, ut credamus illum etiam uniuersitatem ex nihilo, uelut emortuam, quae scilicet non erat, in hoc, ut esset, suscitasse.

35. De cetero uero statu materiae etsi non est retractandum, — prius enim erat, ut eam esse constaret — tamen acsi constiterit, persequendus est ordo, quo magis eam non esse constet, cuius nec reliquus status consistat, simul ut contrarietates suas agnoscat Hermogenes. prima, inquit, facie uidetur nobis corporalis esse materia; exquisita autem ratione recta inuenitur neque corporalis neque incorporalis. quae est ista ratio recta, quae nihil recti renuntiat, id est nihil certi?

1] Es. 2, 19. 2] Es. 42, 15; 41, 17. 3] Apoc. 21, 1. cf. Ps. 65, 6.

2 arefaciam *NR*, arefaciant *PF* quaererent *P* (*del.* re *R*) 4 aliter *PNF*, alter *Lat* spiritaliter *secl. Eng* 7 a similitudine *P* (*corr. R*) 8 similitudini *scripsi:* similitudine *PNF*, ⟨de⟩tali similitudine *Eng* 9 definiens *scripsi:* definientem *PNF* 10 ut *addidi* nihilum R^3 (*cf. 208, 17*), nihilo $PNFR^1$ 13 interibili *NR*, interibilia *PF* aeternum. quod et carni nostrae pollicetur, cuius *uulgo* 14 uirtutis et potestatis suae *Urs:* uirtutes et potestatis suas *PNF* 15 illum etiam *scripsi:* etiam illum *PNF* 17 erat R^3, erit $PNFR^1$ 18 statu *R*, status *PNF* 21 reliquus status R^3, reliquo statu $PNFR^1$ 22 agnoscat *R*, agnoscant *PNF* 25 id est R^3, et est $PNFR^1$

nisi fallor enim, omnis res aut corporalis sit necesse est aut incorporalis, ut concedam interim esse aliquid incorporale, de substantiis dumtaxat, cum ipsa substantia corpus sit rei cuiusque. certe post corporale et incorporale nihil tertium. age nunc sit et tertium, quod illa recta ratio Hermogeniana compererit, quae neque corporalem neque incorporalem materiam facit: ubi est? quale est? quid uocatur? quid describitur? quid intellegitur? ⟨an⟩ tantum hoc ratio renuntiauit, nec corporalem materiam nec incorporalem?

36. Sed ecce contrarium subicit, aut alia fortasse ratio ei occurrit, ex parte corporalem renuntians materiam et ex parte incorporalem. iam ergo ne neutrum sit, utrumque materia censenda est? erit enim corporalis et incorporalis, aduersus renuntiationem rectae rationis illius, plane rationem non reddentis sententiae suae, sicut nec alia reddit. corporale enim materiae uult esse, de quo corpora edantur, incorporale uero inconditum motum eius. 'si enim', ait, 'corpus tantummodo esset, nihil ei incorporale appareret, id est motus; si uero in totum incorporalis fuisset, nullum corpus ex ea fieret'. quanto haec rectior ratio! nisi quod, si tam rectas lineas ducis, Hermogenes, quam ratiocinaris, pictor te bardior non est. quis enim tibi concedit motum in secundam partem sub-

1 corporalis sit necesse est aut incorporalis *scripsi:* corporalis sit necesse est aut corporalis *F* (aut corporalis *del. m. 1*), corporalis sit necesse est *PNR*^{1}, corporalis aut incorporalis sit necesse est *R*^{3} *uulgo* 4 et *om. F* 6 quae *R*^{3}, quod *PNFR*^{1} 8 an *addidi* ratio ⟨illa⟩ *fort.* 10 in contrarium *F* 12 ne neutrum *R*^{3}, nene utrum *P*, nonne utrum *FR*^{1}, nōie (= nomine) utrum *N* 14 rectae rationis *R*^{3}, reparationis *PR*^{1}, reciprocationis *FR*^{3} (*ex Hirsaugiensi*), recipē rōis *N* reddentis *R*^{3}, reddentes *PNFR*^{1} 15 nec *R*^{3}, haec *PNFR*^{1} 16 materiam *F* corpora edantur *R*, corpore dantur *PNF* 18 esset *R*, esse *PNF* 20 quando *P* (*corr. R*) ratio nisi *R*^{3}, rationis si *PNFR*^{1} si tam *R*^{3}, sit *PNFR*^{1} 21 ducis *R*^{3}, duci *PNFR*^{1} ratiocinaris *Iun:* rationi satis *PNFR*^{1}, ratio ista *R*^{3} te bardior *PF*, tardior *N* 22 quis *R*^{3}, qui *PNFR*^{1}

stantiae deputare, cum substantiua res non sit, quia nec corporalis, sed accidens, si forte, substantiae et corpori, ut actus et pulsus, ut lapsus et casus, ita et motus. nam siue ⟨ab alio siue⟩ a semetipso quid mouetur, actus eius est motus, certe pars substantiae non est, sicut tu motum substantiam facis materiae incorporalem. omnia denique mouentur aut a semetipsis, ut animalia, aut ab aliis, ut inanimalia; tamen nec hominem nec lapidem et corporalem et incorporalem dicemus, quia et corpus habeat et motum, sed unam omnibus formam ⁂ solius corporalitatis, quae substantiae res est. si qua incorporalia eis adsunt, aut actus aut passiones aut officia aut libidines eorum, non portiones deputamus. quo ergo facit portionem materiae in motum disponere, qui non ad substantiam pertinet, sed ad substantiae habitum? quid enim, si immobilem placuisset tibi inducere materiam, numquid immobilitas secunda pars formae uideretur? sic itaque nec motus. sed de motu et alibi licebit.

37. Nunc enim uideo te ad illam rursus rationem reuerti, quae tibi nihil certi renuntiare consueuit. nam sicut nec corporalem nec incorporalem infers materiam, ita nec bonam nec malam adlegas et proinde superargumentaris: 'si enim', inquis, 'esset bona, quae semper hoc fuerat non desideraret compositionem dei: si esset natura mala, non accepisset translationem in melius, nec quicquam compositionis suae adplicuisset illi deus, tali natura; in uacuum enim laborasset'.

1 deputare *R*[3], deputaret *PNFR*[1] corporalis. sed *uulgo* 3 et casus *scripsi:* ut casus *PNF* siue *PNF*, si uel *Leopoldus* ab alio siue *addidi* 4 quid *R*, quod *PNF* actus *R*, factus *PNF* 6 denique = *nämlich, ut saepissime* aut a *P*, aut ut a *NF* 7 inanimalia in animata *F* 8 corporale et incorporale *P* 9 *lacunam signaui:* uindicamus *puto supplendum* 10 incorporalia *R*[3], incorpora *PNFR*[1] 11 libidines, eorum *uulgo* 16 forma = *massa materiae cf. 170, 10* sed de *R*, sed *P*, sede *NF* 18 ratione *P* 19 consueuit *NR*, consuebit *PF* 20 infers *R*[3], infert *PNFR*[1] 21 adlegas et *Urs:* adlegasset *PNF* superargumentaris *Eng:* superargumentasset *PN*, super argumenta sed *F*, superargumentans *Rig Oehlerus* 22 inquis *RNF*, iniquius *P*

uerba haec tua sunt, quorum te et alibi meminisse oportuerat, ne quid his contrarium inferres. sed quoniam de mali et boni ambiguitate super materiam in praeteritis aliquid retractauimus, nunc ad praesentem et solam propositionem et argumentationem tuam respondebo. nec dicam et hic te certum aliquid debuisse pronuntiasse, aut bonam aut malam aut tertium aliquid, sed nec hic quod tibi libuit pronuntiasse custodisse. rescindis enim quod pronuntiasti, nec bonam nec malam, quia, cum dicis: 'si esset bona, non desideraret componi a deo,' malam portendis, et cum adponis: 'si esset mala natura, non admitteret in melius translationem', bonam subostendis. atque ita et boni et mali adfinem constituisti quam nec bonam nec malam pronuntiasti. ut autem et argumentationem, qua putasti te propositionem tuam confirmaturum, retundam, oppono etiam illud: si bona fuisset materia semper, quare non desiderasset in melius reformari? bonum non desiderat quod aut non optat aut non capit profectum, ut fiat de bono melius. aeque si mala natura fuisset, quare non potuerit a deo conuerti, ut a potentiore, ut ab eo, qui lapidum quoque naturam conuertere ualeat in filios Abrahae? nempe ergo non tantum comparas deum materiae sed et subicis, a quo natura materiae deuinci et edomari ⟨in⟩ melius potuisset. sed et quam hic non uis natura malam alibi te confessum negabis.

19] cf. Matth. 3, 9.

2 inferres *R*³, infert *PNFR*¹ 3 super materiam = *plus quam materia postulabat?* 6 bonam aut malam *Urs:* bona aut mala *PNF* 7 rescindis *R*³, rescindes *PNFR*¹ 9 dicis si esset *R*, discississet *PNF* a deo malam portendis *R*³, habeo (ab eo *N*) mala portentis *PNFR*¹ 10 adponis *R*³, adpones *PNFR*¹ esset *R*, essent *PNF* admitteret *R*³, admitterem *PNF* 11 subostendis *R*³, subostendes *PR*¹, subostendens *NF* 12 quam *R*³, ei quam *PNFR*¹ 13 ut autem *R*³, si autem *PNFR*¹ et argumentationem *NF*, argumentationem *P uulgo* 14 oppono *R*³, illud oppono *PNFR*¹ 16 bonum non desiderat quod *scripsi:* quod bonum non desiderat *PNF* 21 deum *Lat:* dominum *PNF Oehlerus* 22 in *add. R*³, *om. PNFR*¹ potuisset *PNFR*¹, ⟨non⟩ potuisset *R*³ *uulgo* 23 malam, ⟨malam⟩—negabis? *van der Vliet* negabis *R*³, negauit *PNFR*¹

38. De situ materiae id tracto, quod et de modo peruersitatem tuam traducat. subiacentem facis deo materiam et utique locum * illi, qui sit infra deum. in loco ergo materia. si in loco, ergo intra locum: si intra locum, ergo determinatur a loco, intra quem est: si determinatur, habet lineam extremam, quam tu, quantum proprie pictor, agnoscis finem esse omni rei, cuius linea extrema est. non ergo erit infinita materia, quae, dum in loco est, a loco determinatur, et dum determinatur ab illo, extremam eum lineam patitur. at tu infinitam facis dicens: 'infinita est autem eo, quod semper est.' et si qui discipulorum tuorum uoluerit argumentari, quasi infinitam aeuo, non modo corporis intellegi uelis, atquin corporaliter infinitam, ut corporaliter immensam et incircumscriptam, sequentia ostendunt. 'unde,' inquis, 'nec tota fabricatur, sed partes eius.' adeo corpore infinita, non tempore est, et obduceris corpore eam infinitam faciens, cum locum ei adscribens intra locum et extremam loci lineam includis. sed tamen cur non totam eam formauerit deus non scio, nisi qua aut inualidus aut inuidus. itaque dimidium eius, quae non tota formata sit, quaero, ut qualis tota fuerit agnoscam. debuerat enim deus ut exemplarium antiquitatis ad gloriam operis palam fecisse.

1 et de (= *simul et de*) *NF*, ut de *P* 2 facis R^3, facit $PNFR^1$ 3 *lacunam signaui:* adsignas (*cf. 171, 20*) *uel simile uerbum intercidisse uidetur* 6 quam tu, quantum proprie pictor *Eng:* quam ** quantum proprie pictor *P* (*inter* quam *et* quantum *spatium duarum litterarum uacuum relictum*), quam quantum proprie pictor *NF uulgo* agnoscis R^3, agnoscit $PNFR^1$ 9 extremam eum lineam *van der Vliet:* extrema cum linea *PNF* 10 aut *P* (*corr. R*) 11 qui discipulorum *R*, quid his ei polorum *PNF* 12 infinitam *R*, infinit *PNF* 13 infinitam ut corporaliter *om. P* (*add. R in mg. ex Hirsaugiensi*) *N* 16 obduceris *hoc loco = refelleris* cum R^3, tum $PNFR^1$ 17 ei R^3, et $PNFR^1$ extremam R^3, extremum $PNFR^1$ 18 includis R^3, includes $PNFR^1$ 19 aut *R* (*loco priore*), ut *PNF* itaque R^3, itaque ut $PNFR^1$, utique *fort.* 20 ut qualis R^3, qualis $PNFR^1$

39. Sit nunc definitiua, sicut rectius tibi uidetur, per demutationes suas et translationes, sit et comprehensibilis, 'ut quae fabricatur,' inquis, 'a deo,' et dispartibilis, quia et conuertibilis et demutabilis, — 'demutationes enim eius,' inquis, 'dispartibilem eam ostendunt': et hic a lineis tuis excidisti, quibus circa personam dei usus es, praescribens deum illam non ex semetipso fecisse, quia in partes uenire non posset qui sit aeternus et manens in aeuum ac per hoc immutabilis et indiuisibilis. si et materia eadem aeternitate censetur, neque initium habens neque finem, eadem ratione non poterit pati dispertitionem et demutationem, qua nec deus. in aeternitatis consortio posita participet cum illo necesse est et uires et leges et condiciones aeternitatis. aeque cum dicis: 'partes autem eius omnia simul ex omnibus habent, ut ex partibus totum dinoscatur,' utique eas partes intellegi uis, quae ex illa prolatae sunt, quae hodie uidentur a nobis. quomodo ergo omnia ex omnibus habent, utique ex pristinis, quando quae hodie uidentur aliter habeant quam pristina fuerunt?

40. Dicis in melius reformatam materiam, utique ⟨de⟩ deterioribus, et uis meliora deteriorum exemplarium ferre? confusa res erat, nunc uero composita est, et uis ex compositis incomposita praeberi? nulla res speculum est rei alterius, id est non coaequalis; nemo se apud tonsorem pro homine mulum inspexit, nisi si qui putat in hac extructione mundi dispositae iam et comptae informem et incultam materiam respon-

2 sit et comprehensibilis R^3, sic et comprehensibiles *PNFR*[1] 3 et dispartibilis quia et conuertibilis et demutabilis *scripsi:* quia et conuertibilis et demutabilis et dispartibilis *PNF* 7 illam R^3, illum *PNFR*[1] 11 pati R^3, pater *PNFR*[1] dispertitionem *PN*, dispersionem *F* 12 cum R^3N, eum *PFR*[1] illo R^3, illi *PN*, illic *F* 13 et (*primum*) *om. F* aeque R^3, atque *PNFR*[1] 18 utique *PN*, ut *F* 20 de *add. Pam* 23 rei alterius *NFPam:* alterius *P* 25 dispositae iam et comptae *Lat:* disposita iam et contempta *PNF*

dere. quid hodie informe in mundo, quid retro speciatum in materia, ut speculum sit mundus materiae? cum ornamenti nomine sit penes Graecos mundus, quomodo inornatae materiae imaginem praefert, ut dicas totum eius ex partibus cognosci? certe ex illo toto erit etiam hoc, quod non uenit in deformationem; et supra edidisti non totam eam fabricatam. igitur uel hoc rude et confusum et incompositum non potest in expolitis et distinctis et compositis recognosci, quae nec partes materiae appellari conuenit, cum a forma eius, ex mutatione diuisa, recesserunt.

41. Reuertor ad motum, ut ubique te lubricum ostendam: 'inconditus et confusus et turbulentus fuit materiae motus.' sic enim et ollae undique ebullientis similitudinem opponis. et quomodo alibi alius a te adfirmatur? cum enim uis materiam nec bonam nec malam inducere: 'igitur,' inquis, 'subiacens materia, aequalis momenti habens motum neque ad bonum neque ad malum plurimum uertit.' si aequalis momenti, iam non turbulentus ⟨motus⟩ nec caccabacius, sed compositus et temperatus, scilicet qui inter bonum et malum suo arbitrio agitatus, in neutram tamen partem pronus et praeceps, mediam, quod aiunt, aginam tenens aequilibrato impetu ferebatur. haec inquies non est, haec

1 retro *NR*[3], retrum *F*, tetrum *PR*[1] 2 ut *R*[3], aut *PNF* ornamenti *R*, ornamentis *PNF* 3 inornatae *R*[3], inornata *PNFR*[1] 4 praefert *PNFR*[1] *Oehlerus*, refert *R*[3] *reliqui* partibus *R*[3], passibus *PNFR*[1] 5 toto *R*[3], totum *PNFR*[1] 6 fabricatum *Gel Rig* 7 confusum et incompositum *R*[3]*GN:* confugi et incomputum *PF* non impotest *F* 11 et ubique *N* lubricam *P* (*corr. R*) 12 confusus *van der Vliet:* inconfusus *PNF* 13 sic enim edis, ollae *fort.* 14 opponis *R*, oppones *PNF*, opponens *fort.* cum enim—inducere *om. N* 17 neque ad malum neque ad bonum *N* uertit *PNFR*[1], uergit *R*[3] 18 motus *addidi* 19 caccabacius *PF*, caccabatus *N* 21 mediam *scripsi:* mediar *PR*[1], inediar *NF*, mediae *R*[3] *uulgo* aginam tenens aequilibrato *scripsi:* aginate nerui librato *PNR*[1], gnaten erui librato *F*, aginae aequilibrato *R*[3] *uulgo*

turbulentia et passiuitas non est, sed moderatio et modestia et iustitia motationis neutram ⟨in⟩ partem inclinantis. plane si huc et illuc aut in alterum magis proclinaret, tunc inconcinnitatis et inaequalitatis et turbulentiae denotari mereretur. porro si neque ad bonum neque ad malum pronior erat motus, utique inter bonum et malum agebatur, ut ex hoc quoque materiam determinabilem adpareat, cuius motus nec malo nec bono pronus, eo, quod in neutrum uertebat, inter utrumque ab utroque censebatur et hoc nomine ab utroque determinabatur. sed et bonum et malum in loco facis, cum dicis motum materiae in neutrum eorum fuisse propensum. materia enim, quae in loco erat, neque huc neque illuc deuergens in loca non deuergebat, in quibus erat bonum et malum. dans autem locum bono et malo corporalia ea facis, faciendo localia, quia quae locum habent prius est, ut corporalia sint. denique incorporalia proprium locum non habent, nisi in corpore cum corpori accidunt. ⟨ad⟩ bonum autem et malum non † deuergent materia ut aut corporalia aut localia non deuergebat. bonum ergo et malum erras si ⟨non⟩ substantias esse uis. substantias enim facis quibus loca adsignas; loca autem adsignas, cum materiae motum ab utraque regione suspendis.

1 turbulentia *R*³, turbulenta *PNFR*¹ 2 motationis *R*³, mutationis *PNFR*¹ ⟨in⟩ partem *R*³, partem *PNFR* 3 aut *om. F* alterum *R*³, tale rerum *PN*, talerum *F* proclinaret *R*³, proclibarunt *PNF*, proclinarunt *R*¹ tunc inconcinnitatis *PN*, concinnitatis *F* 4 turbulentiae *R*, turbulentias *PNF* 7 materiam *R*, materia *PNF* appareat *R*³, adparet *PNFR*¹ 8 uertebat *PNFR*¹, uergebat *R*³ *uulgo* inter *scripsi:* intra *PNF* 9 censebatur *Eng:* censebat *PNFR*¹, pendebat *R*³ *uulgo* 16 habent *scripsi:* haberent *PNF* 17 accidunt *Rig:* accedunt *PNF Oehlerus* ⟨ad⟩ bonum *R*³, bonum *PNFR*¹ 18 deuergent *PNFR*¹, deuergens *Oehlerus*, deuergente *R*³ *reliqui* ut aut *PNFR*¹, utut *R*³ *uulgo* (*quod ego non intellego*). *fortasse sic erunt restituenda haec uerba:* ⟨ad⟩ bonum autem et malum non deuergens materia, ad corporalia, ut ad localia, non deuergebat = dans autem locum—corporalia sint. *nescio igitur, an includenda sint ut prior auctoris manus.* 19 erras si *GR*³, errasse *PNFR*¹ non *addidi*

42. Dispersisti omnia, ne de proximo quam contraria sibi sint relucerent. at ego colligam singula et conferam. inconditum adseueras motum materiae eamque adicis sectari informitatem; dehinc alibi, desiderare componi a deo. desiderat formationem quae sectatur informitatem? aut sectatur informitatem quae desiderat formationem? non uis uideri deum aequare materiae, et subicis habere illam cum deo communionem. 'impossibile enim,' inquis, 'non habentem illam commune aliquid cum deo ornari eam ab ipso.' atquin, si commune aliquid habebat cum deo, non desiderabat exornari ab ipso, pars scilicet dei per communionem. aut et deus poterat ornari a materia, habendo cum illa aliquid et ipse commune. etiam in hoc necessitati subicis deum, si fuit aliquid in materia, propter quod eam formaret. commune autem inter illos facis, quod a semetipsis moueantur et semper moueantur. quid minus materiae quam deo adscribis? totum consortium diuinitatis hoc erit: libertas et aeternitas motus. sed deus composite, materia incondite mouetur. tamen diuinum proinde ⟨utrumque⟩, motu proinde libero et aeterno. atquin plus materiae das, cui licuit sic moueri, quomodo deo non licuit.

43. De motu et illud notauerim. nam secundum ollae similitudinem: 'sic erat,' inquis, 'materiae motus antequam disponeretur: concretus, inquietus, inadprehensibilis prae nimietate certaminis.' dehinc subicis: 'stetit autem in dei

6 aequare *F*, aequari *PN uulgo* 7 illam *R*[3], illa *PNFR*[1] communionem *R*[3], commune *PNFR*[1] 8 commune *R*[3], communionem *PNFR*[1] 9 aliquod *F* 12 commune. etiam *scripsi:* commune: etiam *PFR*[1], commune, et iam *NR*[3] *uulgo*, commune? etiam *Eng* *offendo in uerbis:* etiam in hoc; *nihil enim adhuc attulit auctor, ex quo subiecisse deum necessitati intellegatur Hermogenes* 13 subicis deum *R*[3], subici dei *PNFR*[1] 14 formaret *R*[3], formare *PNFR*[1] 15 moueantur *scripsi:* mouentur *PNF* moueantur *PNFR*[1], mouentur *R*[3] *uulgo* 16 quam deo *RF*, quando *PN* consortium *om. F* 18 materia *R*, materiae *PN*, ex materiae *F* mouetur *scripsi:* mouentur *PNF* utrumque *add. Eng* 22 erat *R*[3], erit *PNFR*[1]

compositionem et adprehensibilem habuit inconditum motum pro tarditate inconditi motus.' supra certamen motui adscribis, hic tarditatem. iam de natura materiae quotiens cadas accipe. supra dicis: 'si autem esset materia natura mala, non accepisset translationem in melius, nec deus aliquid compositionis accommodasset illi; in uacuum enim laborasset.' finisti igitur duas sententias: nec materiam natura malam nec naturam eius a deo potuisse conuerti. horum immemor postea infers: 'at ubi accepit compositionem a deo et ornata est, cessauit a natura'. si in bonum reformata est, utique de malo reformata est, et si per compositionem dei cessauit a natura, ⟨a⟩ mali natura cessauit. ergo et mala fuit natura ante compositionem et desinere potuit a natura post reformationem.

44. Sed et qualiter operatum facias deum, sequitur ut ostendam. plane a philosophis recedis; sed tamen et a prophetis. Stoici enim uolunt deum sic per materiam decucurrisse, quomodo mel per fauos. at tu 'non,' inquis, 'pertransiens illam facit mundum, sed solummodo apparens et adpropinquans ei, sicut facit quid acor solummodo apparens et magnes lapis solummodo adpropinquans'. quid simile deus fabricans mundum et acor uulnerans animum aut magnes attrahens ferrum? nam etsi apparuit deus materiae, sed non uulnerauit illam, quod acor animum, etsi adpropinquauit,

17] cf. Diog. Laert. VII, 147.

1 adprehensibilem *scripsi:* inadprehensibilem *PNF* 2 pro *scripsi:* prae *PNF* motui *R*³, motus *PNFR*¹ adscribis *NR,* adscribi *PF* 3 hic *NR,* sic *PF* iam *scripsi:* nam *PNF* accipe *FR*³, accipis *PN* 4 dicis *R*³, iudices *PNFR*¹ 5 deus *R*³, dei *PNFR*¹ 8 postea *om. P* (*add. s. u. R ex Hirsaugiensi*) *N* 9 infers *R*³, inferens *PNFR*¹ *Oehlerus* 10 utique—reformata est *om. NF* 11 a natura, ⟨a⟩ mali natura cessauit. ergo et *scripsi:* a natura mali, natura cessauit ergo, et *PN uulgo* cessauit—natura *om. F* 14 utique de mala reformata. sed et *F* (*cf. supra l. 10 in notis*) 15 recedis. sed *R*³, recessisse *PNFR*¹ 16 decurrisse *F* 19 ei—adpropinquans *om. N* quid *PF Iun Oehlerus:* qui *R*³ *reliqui* acor *scripsi* (*sicut et infra l. 21 et 23*)*:* decor *PNF* apparens—solummodo *om. P* (*add. R in mg. ex Hirsaugiensi*)

sed non cohaesit illi, quod magnes ferro. puta nunc exempla tua competere: certe si apparendo et adpropinquando materiae fecit ex illa deus mundum, utique ex quo apparuit fecit et ex quo adpropinquauit. ergo quando non fecerat retro, nec apparuerat illi nec appropinquauerat. et cui credibile est deum non apparuisse materiae, uel qua consubstantiali suae per aeternitatem? ab ea longe fuisse quem credimus ubique esse et ubique apparere, cui etiam inanimalia et incorporalia laudes canunt apud Danihelem? quantus hic locus, in quo deus a materia tantum distabat, ut neque appareret neque adpropinquaret ante mundi molitionem? credo, peregrinatus est ad illam de longinquo, cum primum ei uoluit apparere et adpropinquare.

45. At enim prophetae et apostoli non ita tradunt mundum a deo factum, apparente solummodo et adpropinquante materiae, quia nec materiam ullam nominauerunt, sed primo sophiam conditam, initium uiarum in opera ipsius, dehinc et sermonem prolatum, per quem omnia facta sunt et sine quo factum est nihil. denique sermone eius caeli confirmati sunt et spiritu ipsius uniuersae uirtutes eorum. haec est dei dextra et manus ambae, per quas operatus est atque molitus est: opera enim manuum tuarum, inquit, caeli, per quas et mensus est: mensus est ** caelum et palmo terram.

9] cf. Dan. 3, 59—80. 16] cf. Prou. 8, 22. 17] cf. Ioh. 1, 3. 19] Ps. 32, 6. 22] Ps. 101, 26. 23] Es. 40, 12.

1 cohaesit *NFR*, conchio essit *P* (*corr. R*) 2 tua *R*[3], ut *PNFR*[1] 4 et *om. F* 7 quem *R*[3], quam *PNFR*[1] 8 et inanimalia *N* 9 et incorporalia *PN*, incorporalia *F* 11 appareret—adpropinquaret *R*, apparere—appropinquare *PNF* 12 pergrugatus *P* (*corr. R*) longingeo *P* (*corr. R*) 15 materia *P* (*corr. R*) 16 sophiam conditam *FR*, sophia condita *P*, sophia conditam *N* 17 initium *Pam:* initiarum *PNF*, initia *R Gel Oehlerus* 19 confirmati *PN*, cum sumati *F* (*id est:* consummati). 20 haec *Eng*, hic *PNF* dei *R*[3], deus *PNFR*[1] 21 dextra *PN*, dextera *F* 23 mensus est mensus est *F*, mensus est *PN uulgo lacunam signaui:* inquit, manu *intercidisse uidetur*

noli ita deo adulari, ut uelis illum solo uisu et solo accessu tot ac tantas substantias protulisse et non propriis uiribus instituisse. sic enim et Hieremias commendat: deus, faciens terram in ualentia sua, parans orbem in intellegentia sua, et suo sensu extendit caelos. haec sunt uires eius, quibus enixus totum hoc condidit. maior est gloria eius, si laborauit. denique septima die requieuit ab operibus. utrumque suo more. aut si apparens solummodo et adpropinquans fecit hunc mundum, numquid, cum fecerat, desiit rursus apparere et adpropinquare cessauit? atquin magis apparere coepit et ubique conueniri deus, ex quo factus est mundus. uides ergo, quemadmodum operatione dei uniuersa consistunt, ualentia facientis terram, intellegentia parantis orbem et sensu extendentis caelum, non apparentis solummodo nec adpropinquantis sed adhibentis tantos animi sui nisus, sophiam ualentiam sensum sermonem spiritum uirtutem, quae illi non erant necessaria, ut adparendo tantummodo et adpropinquando praefectus fuisset. haec autem, non materiae nescio quae sensualia sed ipsius, sunt inuisibilia eius. quae secundum apostolum ab institutione mundi factis eius conspiciuntur. quis enim cognouit sensum domini? de quo exclamat: ⟨o⟩ profundum diuitiarum et sophiae, ut ⟨in⟩inuentibilia iudicia eius et ⟨in⟩-

3] Hier. 28, 15. (51, 15). 19] cf. Rom. 1, 20. 20] cf. Rom. 11, 19. 21] Rom. 11, 33.

1 noli R^3, non *PNFR*[1] 5 haec *PNFR*[1], hae R^3 6 hoc *om. F* eius *F*, *om. P* (*add. R in mg. ex Hirsaugiensi*) *N* 8 apparens solummodo R^3, appresso dummodo *PNFR*[1] 9 fecerat *scripsi:* feceret *F*, faceret *PN*, facere *R uulgo* 12 dei—consistunt R^3, deus—constituit *PNFR*[1] 13 parantis *R*, parentis *PNF* 14 sensu extendentis *R*, sensum extenditis *PNF* apparentis—adpropinquantis *R*, apparentes—adpropinquantes *PNF* 15 adhibentis *R*, adhibentes *F*, hibentis *PN* 17 erant R^3, erunt *PNFR*[1] 18 praefectus *scripsi:* profectus *PNF*, perfectus *Lat Oehlerus* *uerba* non materiae—ipsius *in libris mss. paulo infra post* conspiciuntur *tradita huc transposui* 20 ⟨de⟩ factis *Lat* (*sed cf.* ποιήμασιν) conspiciuntur non R^3 (*cf. supra l. 18*), conspici unum ne *PNFR*[1] 21 o *addidi* 22 ininuentibilia *Pam:* inuentibilia *PNF* ininuestigabiles *Pam:* inuestigabiles *PNF*

inuestigabiles uiae eius! quid haec magis sapiunt quam: ut ex nihilo omnia facta sunt! quo nec inueniri nec inuestigari nisi soli deo possunt, alioquin inuestigabilia, si ex materia. [sunt inuestigata et non inuenta.] igitur in quantum constitit materiam nullam fuisse, ex hoc etiam, quod nec talem competat fuisse, qualis inducitur, in tantum probatur omnia a deo ex nihilo facta. *** nisi quod Hermogenes eundem statum describendo materiae, quo est ipse, inconditum, confusum, turbulentum, ancipitis et praecipitis et feruidi motus, documentum artis suae dum ostendit, ipse ⟨se⟩ pinxit.

1 quid *NR*, quod *PF* quam: ut *Eng:* quam ut *uulgo* 2 sunt *PNF*, sint *R uulgo* quo *scripsi:* quae *PNF* 3 soli *F*, solo *PN* possunt *scripsi:* possent *PNF* 4 sunt—inuenta *seclusi:* sunt, inuestigata et non inuenta *Eng* non *del. R* constitit *N*, constituit *PF* 6 ducitur *F* probatur *R*[3], probaretur *PNFR*[1] 7 *lacunam signaui:* in uacuum ergo laborauerunt materiarii isti *uel simile aliquid intercidisse puto* nisi quod *FR* (*ex Hirsaugiensi*), nisi *PN* 8 describendo *R*[3], describendi *PNFR*[1] 9 documentum *R*, documentis *PNF* 10 dum *R*[3], de *PNFR*[1] se *add. R*[3], *om. PNFR*[1] ADVERSVS HERMOGENEM EXPLICIT *P*, Explicit aduersus hermogenem *NF; in F haec inuenitur subscriptio:* Iste liber finitus est per fratrem thomam de lypham ordinis minorum In pfortzen feria quarta quattuor temporum ab incarnatione domini MCCCC[mo] XXVI[to].

IIII.

ADVERSVS VALENTINIANOS.

1. Valentiniani, frequentissimum plane collegium inter haereticos, quia, plurimum ex apostatis ueritatis, et ad fabulas facile est et disciplina non terretur, nihil magis curant quam occultare quod praedicant; si tamen praedicant qui occultant. custodiae officium conscientiae offucium est. confusio praedicatur, dum religio adseueratur. nam et illa Eleusinia, haeresis et ipsa Atticae superstitionis, quod tacent, pudor est. idcirco et aditum prius cruciant [diutius initiant] quam consignant, cum epoptas ante quinquennium instituunt, ut opinionem suspendio cognitionis aedificent atque ita tantam maiestatem exhibere uideantur, quantam praestruxerunt cupiditatem. sequitur iam silentii officium. adtente custoditur quod tarde inuenitur. ceterum tota in adytis diuinitas, tota suspiria epoptarum, totum signaculum linguae simulacrum membri uirilis reuelatur. sed naturae uenerandum nomen allegorica dispositio praetendens patrocinio coactae figurae sacrilegium obscurat et conuicium falsis simulacris excusat. proinde quos nunc destinamus haereticos sanctis nominibus et titulis et argumentis uerae

2 INCIP ADVERSVS VALENTINIANOS *PM*, Incipit liber eiusdem Q. Septimii Florentis Tertulliani aduersus Valentinianos *F* 7 offucium *Scal:* officium *PMF* 8 adseueratur *PMF*, adseruatur *Iun* 10 diutius initiant *secl. Eng* 11 epoptas ante *Scal:* et portas ante *PM,* et portas *F* epoptas *scil. futuros* ante = *antea* 13 uideantur *PMF*, uidentur *Scal* quantum *F* 15 tota (*alterum*) *F Rig:* tot *PM* suspiria R^1, suspiriae *P* (*corr. R*) *MF*, siparia R^3 epoptarum *Scal:* portarum *PMF* 17 *intellege:* sed allegorica dispositio, praetendens naturae uenerandum nomen, sacrilegium patrocinio coactae figurae obscurat. 18 obseruat *F* 19 falsi *Rig*

religionis uanissima atque turpissima figmenta configurantes, — facili † claritati ex diuinae copiae occasione, quia de multis multa succidere est — Eleusinia Valentiniana fecerunt, lenocinio sancta, silentio magna, sola taciturnitate caelestia. si bona fide quaeras, concreto uultu, suspenso supercilio 'altum est' aiunt. si subtiliter temptes, per ambiguitates bilingues communem fidem adfirmant. si scire te subostendas, negant quicquid agnoscunt; si cominus certes, fatua simplicitate suam caedem dispergunt. ne discipulis quidem propriis ante committunt, quam suos fecerint. habent artificium, quo prius persuadeant quam edoceant. ueritas autem docendo persuadet, non suadendo docet.

2. Ideoque simplices notamur apud illos, ut hoc tantum, non etiam sapientes; quasi statim deficere cogatur a simplicitate sapientia, domino utramque iungente: estote prudentes ut serpentes et simplices ut columbae. aut si nos propterea insipientes, quia simplices, num ergo et illi propterea non simplices, quia sapientes? nocentissimi autem qui non simplices, sicut stultissimi qui non sapientes. et tamen malim meam partem meliori sumi uitio, si forte: praestat minus sapere quam peius, errare quam fallere. porro facies dei spectatur in simplicitate quaerendi, ut docet ipsa Sophia, non quidem Valentini, sed Solomonis. deinde infantes testi-

15] Matth. 10, 16. 21] cf. Sap. 1, 1.

2 *parenthesin indicaui* liberalitate *fort.*, celeritate *Eng* 3 succidere *Rig:* succedere *PMF* Eleusinia *Rig:* eleusiniana *PMF* Valentiniani *Rig* 4 lenocinio *scripsi:* lenocinia *PMF* magna *scripsi:* magno *PMF* 6 substiliter *PM* 7 subostendas *FR*, subostentas *PM* (*corr. m. 1*) 8 certes fatua simplicitate *scripsi:* certe statuam simplicitatem *PMFR*[1], certes tuam simplicitatem *R*[3], certes fatuam simplicitatem *Rig* 9 suam caedem *scripsi:* sua caede *PMF* 14 deficere cogatur *R*[3], defigere cogitur *PMFR*[1] 20 meam *PMF*, in eam *R*, eam *Oehlerus* uitio, si forte: praestat *Eng:* uitio, si forte praestat *uulgo* 22 spectatur *Eng:* expectat *PMF*, expectatur *Oehlerus*, spectat *Rig* quaerentes *Pam* 23 Salomonis *R uulgo*

monium Christi *** [sanguine litauerunt. pueros uocem qui crucem clamant? nec pueri erant nec infantes, id est simplices non erant.] repuerescere nos et apostolus iubens secundum dominum, ut malitia infantes per simplicitatem ita demum sapientes sensibus simu⟨s, seme⟩l dedit sapientiae ordinem de simplicitate manandi. in summa: columba demonstrare Christum solita est, serpens uero temptare; illa est a primordio diuinae pacis praeco, ille a primordio diuinae imaginis praedo. ita facilius simplicitas sola deum et agnoscere poterit et ostendere prudentia sola. [concutere potius et prodere].

3. Abscondat itaque se serpens, quantum potest, totamque prudentiam in latebrarum ambagibus torqueat; alte habitet, in caeca detrudat per amfractus seriem suam; ⟨si⟩ euoluat, tortuose procedat nec semel totus, lucifuga bestia. nostrae columbae etiam domus simplex, in editis semper et apertis et ad lucem. amat figura spiritus sancti orientem, Christi figuram. nihil ueritas erubescit nisi solummodo abscondi; quia nec pudebit ullum aures ei dedere, eum deum recognoscere, quem iam illi natura commisit, quem cotidie in operibus omnibus sentit, hoc solo minus notum, quod unicum non

3] cf. Matth. 18, 3. 4] cf. I Cor. 14, 20.

1 *lacunam signaui:* habent, quod soli regnum dei hereditate habebunt *intercidisse iudico; horum autem uerborum iactura librario uel lectori cuidam, sane satis insulso, locum dedit interpolandi quae abhinc in libris mss. leguntur, decepto uidelicet uerbis* testimonium Christi, *quod pro martyrum testimonio accepit.* 3 repuerascere *R uulgo* iubens *scripsi:* iubet *PMF* 4 dominum *scripsi:* deum *PMF* 5 simu<s seme>l *scripsi* (semel = *ein für alle Mal*): simul *PMF* dedit *scripsi:* dedi in *PMF* sapientiae *PM*, sapientia *F* 6 manandi *PMFR*[1], manantis *Rig*, amando *R*[3] columba demonstrare Christum *scripsi:* Christum columba demonstrare *PMF* 7 est (*alt. loco*) *scripsi:* et *PMF* 8 imaginis *PM*, magnus *F* 10 concutere—prodere *seclusi; addita uidentur ab eodem, cuius est interpolatio supra indicata; addidit autem* *quia* prudentia sola *pro nominatiuo accepit* 11 abscondit *F* 13 detrudat *PMF*, detrudatur *R uulgo* seriem suam; <si> euoluat *scripsi:* seriem suam euoluat *PMF uulgo* 15 domus simplex etiam *P* 16 figura *Rig:* figuram *PMF* 20 quam quod *F*

putauit, quod in numero nominauit, quod in aliis adorauit. alioquin a turba eorum et aliam frequentiam suadere, a domestico principatu ad incognitum transmouere, a manifesto ad occultum retorquere de limine fidem offendere est. iam si et in totam fabulam initietur, nonne tale aliquid ⟨recor⟩dabitur se in infantia inter somni difficultates a nutricula audisse, Lamiae turres et pectines Solis? sed qui ex aliqua conscientia uenerit fidei, si statim inueniat tot nomina Aeonum, tot coniugia, tot genimina, tot exitus, tot euentus felicitates infelicitates dispersae atque concisae diuinitatis, dubitabitne ibidem pronuntiare has esse fabulas et genealogias indeterminatas, quas apostoli spiritus, his iam tunc pullulantibus seminibus haereticis, damnare praeuenit? merito itaque non simplices, merito tantummodo prudentes, qui talia neque facile producunt neque exerte defendunt, sed nec omnes quos edocent perdocent; utique astute, ut pudenda; ceterum inhumane, si honesta. et tamen simplices nos omnia scimus. denique hunc primum cuneum congressionis armabimus detectorem et designatorem totius conscientiae illorum, primamque hanc uictoriam auspicamur, quia quod tanto impendio absconditur, etiam solummodo demonstrare destruere est.

4. Nouimus, inquam, optime originem quoque ipsorum et scimus, cur Valentinianos appellemus, licet non esse uideantur. abscesserunt enim a conditore, sed minime origo deletur, et si forte mutatur; testatio est ipsa mutatio. sperauerat episcopatum Valentinus, quia et ingenio poterat et eloquio, sed

11] cf. I Tim. 1, 4.

1 putant *F* 2 ad aliam *fort.* 4 fidem *om. P* (*add. R in mg. ex Hirsaugiensi*) ostendere *F* 5 ⟨recor⟩dabitur se *Eng:* dabitur te *PMF* 7 aliqua *scripsi:* alia *PMF* 8 fidei *PM*, filii *F* 9 genimina *M* (*syll.* ni *s. u. a m. 1*) *NGR*[3], gemina *PFR*[1] 14 neque *PM*, nec *F* 16 utique astute *scil.* non omnes perdocent (= *sie lehren vollständig*) 17 omnia (ia *ex* es *M*) scimus *MFGR*[3], omnes sumus *PR*[1] 18 armabimus *scripsi:* armauimus *PMF* 20 auspicamus (s *in* r) *M* 22 nouissimus *F* originem optime *M* 25 sperauerat *R*, separauerat *P* (*corr. R*) *MF*

alium ex martyrii praerogatiua loci potitum indignatus de ecclesia authenticae regulae abrupit, ut solent animi pro prioratu exciti praesumptione ultionis accendi. ad expugnandam conuersus ueritatem et cuiusdam ueteris opinionis semen nactus colubro suo uiam delineauit. eam postmodum Ptolomaeus intrauit, nominibus et numeris Aeonum distinctis in personales substantias, sed extra deum determinatas, quas Valentinus in ipsa summa diuinitatis ut sensus et affectus ⟨et⟩ motus incluserat. deduxit et Heracleon inde tramites quosdam et Secundus et magus Marcus. multum circa imagines legis Theotimus operatus est. ita nusquam iam Valentinus, et tamen Valentiniani, qui per Valentinum. solus ad hodiernum Antiochiae Axionicus memoriam Valentini integra custodia regularum eius consolatur. alioquin tantum se huic haeresi suadere permissum est, quantum lupae feminae formam cotidie supparare sollemne est. quidni, cum spiritale illud semen suum sic in unoquoque recenseant? si aliquid noui adstruxerint, reuelationem statim appellant praesumptionem et charisma ingenium, nec unitatem * sed diuersitatem. ideoque prospicimus seposita illos sollemni dissimulatione sua,

2 hautenticae *M*, autenticae *F* abrupit. ut *uulgo* 3 accendi, ad *uulgo* 4 semen nactus *Lat:* semini nactus *PMFR*[1], semini actu *R*[3], semitam nactus *Oehlerus* 5 colubro suo *scripsi* (*cf. 179, 7—14; acerbe autem suus cuique hic uindicatur coluber haeretico*): colubroso *PMF*, colubrosum *Eng*, Colorbaso *Lat* (*cf. adu. omn. haer. c. 5*), ⟨astu⟩ colubroso *Oehlerus* declinauit *Oehlerus* Ptolomaeus *scripsi:* tholomaeus *PMF*, Ptolemaeus *R uulgo* 7 personales substantias *R*[3], personale (-i *F*) substantia *PMFR*[1] 9 et *add. Rig* 13 anthiochiae *PM* 14 regularum eius *R*[3], regular eius *PMR*[1], regulare ius *F* 15 se suadere = *sich gefällig darstellen* feminae, *quod cum* lupae, *non cum* formam *coniungendum est, nescio an remouendum sit ut interpretamentum* 16 supparare *R*[3], superare *PMFR*[1] formam supparare = *ihr Äußeres herausputzen* quidni cum *R*[3], quid iniquum *PMFR*[1] 17 recenseant *PM*, recenseat *F* 19 *lacunam signaui:* negant *uel* dissimulant *desidero* 20 illos *scripsi:* illa *PMF*

plerosque diuidi ⟨de⟩ quibusdam articulis, etiam bona fide dicturos 'hoc ita non est' et 'hoc aliter accipio' et 'hoc non agnosco.' uarietate enim innouata regularum facies habet etiam colores ignorantiarum.

5. Mihi autem cum archetypis erit limes principalium magistrorum, non cum adfectatis ducibus passiuorum discipulorum. nec utique dicemur ipsi nobis finxisse materias, quas tot iam uiri sanctitate et praestantia insignes, nec solum nostri antecessores sed ipsorum haeresiarcharum contemporales, instructissimis uoluminibus et prodiderunt et retuderunt, ut Iustinus, philosophus et martyr, ut Miltiades, ecclesiarum sophista, ut Irenaeus, omnium doctrinarum curiosissimus explorator, ut Proculus noster, uirginis senectae et Christianae eloquentiae dignitas, quos in omni opere fidei, quemadmodum in isto, optauerim adsequi. aut si in totum haereses non sunt, ut qui eas pellunt finxisse credantur, mentietur apostolus, praedicator illarum. porro si sunt, non aliae erunt quam quae retractantur. nemo tam otiosus fertur, stilo ut materias habens fingat.

6. Igitur hoc libello, quo demonstrationem solum praemittentes sumus illius arcani, ne quem ex nominibus tam peregrinis et coactis et compactis et ambiguis caligo suffundat, quomodo iis usuri sumus, prius demandabo. quorundam enim de Graeco interpretatio non occurrit ad expeditam proinde nominis formam, quorundam nec de sexu genera conueniunt, quorundam usitatior in Graeco notitia est. itaque plurimum Graeca ponemus;

16] cf. I Cor. 11, 19.

1 <de> quibusdam *Oehlerus* 3 innouata *scripsi:* innouatur *PMF* facies. habet *uulgo* 4 ignorantia earum *Scal*, ignorantiae eorum *Eng* 7 utique *scripsi:* undique *PMF* 10 retulerunt *F* 13 noster *Scal:* nostrae *PMF* 15 tota haeresi *F* 16 finxisse *P*, fixisse *MF* 18 fertur, stilo *Eng:* fertur stilo *uulgo* 20 quo<que> *Eng* 21 sumus illius *scripsi* (*cf. 25, 1*)*:* solius *PMFR*^{1}, illius *R*^{3}, totius *Eng* arcani ne *PM* (n *in ras.*), arcanie *F* 23 sumus *MF*, simus *P uulgo* 26 Graeca *Rig:* graeco *PMF*

significantiae per paginarum limites aderunt, nec Latinis quidem deerunt Graeca, sed in lineis desuper notabuntur, ut signum hoc sit personalium nominum propter ambiguitates eorum, quae cum alia significatione communicant. quamquam autem distulerim congressionem, solam interim professus narrationem, sicubi tamen indignitas meruerit suggillari, non erit delibationi transfunctoria expugnatio. congressionis lusionem deputa, lector, ante pugnam; ostendam, sed non imprimam uulnera. si et ridebitur alicubi, materiis ipsis satisfiet. multa sic digna sunt reuinci, ne grauitate adonerentur. uanitati proprie festiuitas cedit. congruit et ueritati ridere, quia laetans de aemulis suis ludere [quia] secura est. curandum plane, ne risus eius rideatur, si fuerit indignus; ceterum ubicumque dignus risus, officium est. denique hoc modo incipiam.

7. Primus omnium [Ennius] poeta Romanus 'caenacula maxima caeli' simpliciter pronuntiauit, elati situs nomine uel quia Iouem illic epulantem legerat apud Homerum. sed haeretici quantas supernitates supernitatum et quantas sublimitates sublimitatum in habitaculum dei sui cuiusque suspenderint extulerint expanderint, mirum est. etiam creatori nostro Enniana caenacula in aedicularum disposita sunt forma. aliis atque aliis pergulis superstructis et unicuique deo per totidem scalas distributis, quot haereses fuerint, meritorium factus est

15] ex Annalium libro I. fragm. XXXV ed. Vahlen [2]

1 milites *MF* 5 congressionem *R*³, congestionem *PMFR*¹ 6 tamen *om. F* 7 delibationi *scripsi:* delibatione *PMF* transfunctoria *R*³, transpunctoria *PMFR*¹ 9 ipsis *om. F* 10 sic digna sunt *MF*, sunt sic digna *P uulgo* adonerentur *M* (*in ras., ut uidetur*), adorentur *PF*, adornentur *Iun* 12 quia *seclusi* (*intellege: weil sie in ihrer Freude davor, daß sie mit den Gegnern Spott treibe, sicher ist*) 14 hoc *PM*, hic *F* 16 Ennius *seclusi: interpolatum hoc esse ipsa nominis positione demonstratur* 17 legerat *FR*, legarat *PM* 18 supernitates *om. F* sublimitates *om. P* (*add. in mg. m. 1*) 19 dei *P*, de *MF* 21 disposita *FR*, deposita *PM* sunt *R*³, sint *PMR*¹, *om. F* forma, aliis *uulgo* 23 fuerint. meritorium *uulgo* meritorum *F*

mundus. insulam Feliculam credas tanta tabulata caelorum. nescio ubi illic etiam Valentinianorum deus ad summas tegulas habitat. hunc substantialiter quidem Αἰῶνα Τέλειον appellant, personaliter uero Προπάτορα et Προαρχήν, etiam Bython, quod in sublimibus habitanti minime congruebat. innatum inmensum infinitum inuisibilem aeternumque definiunt, quasi statim probent esse, si talem definiant, qualem scimus esse debere. sic et ante omnia fuisse ⟨non⟩ ut dicatur, sed ut sit expostulo nec aliud magis in huiusmodi denoto, quam quod post omnia inueniuntur qui ante omnia fuisse dicuntur, et quidem non sua. se⟨det⟩ itaque Bythos iste infinitis retro aeuis in maxima et altissima quiete, in otio plurimo placidae et, ut ita dixerim, stupentis diuinitatis, qualem iussit Epicurus. et tamen quem solum uolunt, dant ei secundam in ipso et cum ipso personam, Ennoian, quam et Charin et Sigen insuper nominant. et forte accedit in illa commendatissima quiete monere eum de proferendo tandem initio rerum a semetipso. hoc uice seminis in Sige sua uelut in genitalibus uuluae locis collocat. suscipit illa statim et praegnans efficitur et parit, utique silentio, Sige. et quem parit? Nus est, simillimum patri et parem per omnia. denique solus hic capere sufficit inmensam

3—6. 11—185, 4] cf. Irenaeus Ἔλεγχος καὶ ἀποτροπὴ τῆς ψευδωνύμου γνώσεως I 1, 1.

1 Feliculam *om. P* (*add. R in mg. ex Hirsaugiensi*) caelorum, nescio ubi. illic *uulgo* 2 etiam *PM*, enim *FRig* 3 ΑΙΩΝΑΤΕΛΕΙΟΝ *PM*, Alronate Aeion *F* 4 Προπάτορα et Προαρχήν *Eng* (*Irenaeum secutus*): ΠΡΟΑRΧΩ ΕΤ ΠΡΟΑΡΧΗΝ *M*, ΠΡΟΑΡΧΩ ΕΤ ΤΙΡΑΡΧΗΝ *P*, tipoapxo e npappxxhn *F* Bython *Pam:* bythion *PMF* 8 sic et *PM* (*add. s. u.* ut *m. 1*), ut sic et *F* non *addidi* ut dicatur, sed *scripsi:* dicatur. sed *PMF* 10 ante *om. F* 11 se⟨det⟩ itaque *scripsi:* se itaque *PMFR*[1], sit itaque *R*[3] *uulgo* iste *PM*, istos *F* aeuis *PM*, eius *F* 13 stupentis *PM* (*ex* stupentibus *corr. m. 2*), stupentibus *F* 15 Ennoian (Ennoean) *Pam:* et notam *PMF* Charin *PM*, carni *F* 16 accedit *scripsi:* accedunt *PMF* monere *Rig:* mouere *PMF* 17 hac *F* 18 in Sige sua *Eng:* in Sigae suae *R*[3], in signe suae *PMFR*[1] uelut in *PMF*, ueluti *Rig* 20 sige *M* (n *add. s. u. m. 2*), sigen *P*, sige *F* Sige, et quem parit Nus est *uulgo*

illam et incomprehensibilem magnitudinem patris. ita et ipse pater dicitur et initium omnium et proprie Monogenes. atquin non proprie, siquidem non solus agnascitur. nam cum illo processit et femina, cui Veritas ⟨nomen⟩. [Monogenes, quia prior genitus, quanto congruentius Protogenes uocaretur!] ergo Bythos et Sige, Nus et Veritas prima quadriga defenditur Valentinianae factionis, matrix et origo cunctorum. namque ibidem Nus simul accepit prolationis suae officium, emittit et ipse ex semetipso Sermonem et Vitam. quae si retro non erat, utique nec in Bytho. et quale est, ut in deo uita non fuerit? sed et haec soboles, ad initium uniuersitatis et formati⟨onem⟩ Pleromatis totius emissa, facit fructum: Hominem et Ecclesiam procreat. habes ogdoadem, tetradem duplicem, ex coniugationibus masculorum et feminarum, cellas, ut ita dixerim, primordialium Aeonum, fraterna conubia Valentinianorum deorum, census omnis sanctitatis et maiestatis haereticae. nescio criminum an numinum turbam, certe fontem reliquae fecunditatis.

8. Ecce enim secunda tetras, Sermo et Vita, Homo et Ecclesia, quod in patris gloriam fruticasset huic numero, gestientes et ipsi tale quid patri de suo offerre, alios ebulliunt fetus, proinde coniugales per copulam utriusque naturae. hac Sermo et Vita decuriam Aeonum simul fundunt, illac Homo et Ecclesia duos amplius, aequiperando parentibus, quia et ipsi duo cum illis decem tot efficiunt, quot ipsi procreauerunt. reddo nunc nomina, quos decuriam dixi: Bythios

8—9. 11—13] cf. Iren. I 1, 1. 19—186, 5] cf. Iren. I 1, 2.

3 non (*prius*) *om.* *F* agnascitur *Lat:* agnoscitur *PMF* 4 nomen *add.* *Iun*, ⟨nomen, fortasse aptum, sed⟩ *mauult suppleri Eng* Monogenes—uocaretur *seclusi* 6 bythios *PMF* 8 probationis *F* 9 a semetipsa *F* 10 Bytho *Pam:* bythion *PMF* in deo uita R^3, inde obita $PMFR^1$ 11 suboles *PM* 12 formationem *Grabius* (*ad Iren. p. 8*): formati *PMF* 14 coniugationibus $MFGR^3$, coniunctionibus PR^1 16 omnis *scripsi:* omnes *PMF* 20 fruticasset huic numero (*intellego:* usque in hunc numerum), gestientes *scripsi:* fruticasset, huic numero gestientes *uulgo*, hic numerus *Eng* fruticasset *PM*, fructificasset *F* 22 proinde *PM*, deinde *F* coniugales R^3, coniugalis $PMFR^1$ 25 quot *FR*, quod *PM* 26 bythios *P*, bythos *MF*

et Mixis, ⟨Ageratos et Henosis, Autophyes⟩ et Hedone, Acinetos et Syncrasis, Monogenes et Macaria. contra duodenarius numerus hi erunt: Paracletus et Pistis, Patricos et Elpis, Metricos et Agape, Aeinus et Synesis, Ecclesiasticus et Macariotes, Theletus et Sophia. cogor hic, quid ista nomina desiderent, proferre de pari exemplo. in scholis Karthaginiensibus fuit quidam frigidissimus rhetor Latinus, Phosphorus nomine. cum uirum fortem perorarет: ‘uenio’, inquit, ‘ad uos, optimi ciues, de proelio cum uictoria mea, cum felicitate uestra, ampliatus gloriosus fortunatus maximus triumphalis’. et scholastici statim familiae Phosphori φεῦ acclamant. audisti Fortunatam et Hedonen et Acinetum et Theletum: acclama familiae Ptolomaei φεῦ. hoc erit Pleroma illud arcanum, diuinitatis tricenariae plenitudo. uideamus, quae sint istorum priuilegia numerorum, quaternarii et octonarii ⟨et denarii⟩ et duodenarii. interim in tricenario fecunditas tota deficit, — castrata est uis et potestas et libido genitalis Aeonum — quasi non et numerorum tanta adhuc coagula superessent et nulla alia de paedagogio nomina. quare enim non et quinquaginta et centum procreantur? quare non et Sterceiae et Syntrophi nominantur?

9. Sed et hoc exceptio personarum est, quod solus ille Nus ex omnibus inmensi patris fruitur notione, gaudens et exultans, illis utique maerentibus. plane Nus, quantum in

21—187, 22] cf. Iren. I 2, 1—2.

1 Mixis *R*, maxis *PM*, maris *F* Ageratos et Henosis, Autophyes *add. Pam ex Irenaeo: om. PMF* hedone; a-cinetos *M*, hedonea cinethos *PF* 3 hi erunt *MP*, habuerunt *F* helpis *PMF* 4 Aeinus *scripsi:* aenos *M*, aenus *PF*, Ainus *R uulgo* sinhesis *MF*, synhesis *P* thelethus *F*, et electus *PM* 6 in scholis *Rmg:* inisclis *PMR*, nus—olis *F* quidem *F* frigidissimus *Iun:* frigidissimus *M* (f *eras.*), rigidissimus *PF* 7 Phosphorus R^3, phosphori *PM*, phophortis *F* 8 uenio *PM*, nemo *F* 11 Phosphori φεῦ R^3, phosphorife *MF*, phorphorife PR^1 acclamant *P*, *om. MF* 12 helethum *PMF* Ptolemaei φεῦ R^3, tholomaeife *PMF* 15 et denarii *add. Iun* 16 *parenthesin indicauit Eng* 20 sterceiae *PMF*, hercitae *Rig*, hetaeri *Oehlerus* syntrophi *PMF*, Syntrophae *Pam* 23 quantum R^3, et quantum $PMFR^1$

ipso fuit, et uoluerat et temptauerat ceteris quoque communicare quae norat, quantus et quam incomprehensibilis pater. sed intercessit mater Sige, illa scilicet, quae et ipsis haereticis suis tacere praescribit, etsi de patris nutu aiunt factum, uolentis omnes in desiderium sui accendi. itaque dum macerantur intra semetipsos, dum tacita cupidine cognoscendi patrem uruntur, paene scelus factum est. namque ex illis duodecim Aeonibus, quos Homo et Ecclesia ediderant, nouissima natu Aeon — uiderit soloecismus, Sophia enim nomen est — incontinentia sui sine coniugis Theleti societate prorumpit in patrem inquirere et genus contrahit uitii, quod exorsum quidem fuerat in illis aliis, qui circa Nun, in hunc autem, id est in Sophiam, deriuarat, ut solent uitia in corpore alibi connata in aliud membrum perniciem suam efflare. sed enim sub praetexto dilectionis in patrem aemulatio superabat in Nun, solum de patre gaudentem. ut uero impossibilia contendens Sophia frustra erat et uincitur difficultate et extenditur adfectione, modico abfuit prae ui dulcedinis et laboris deuorari et in reliquam substantiam dissolui; nec alias quam pereundo cessasset, nisi bono fato in Horon incursasset, — quaedam et huic uis: est fundamentum uniuersitatis ⟨et⟩ illius extrinsecus custos — quem et Crucem appellant et Lytroten et Carpisten. ita Sophia, periculo exempta et tarde persuasa ⟨de⟩ declinata inuestigatione patris, conquieuit et totam

23] cf. Iren. I 2, 4. 23—188, 2] cf. Iren. I 2, 2.

5 suis *F* 6 cupiditate *P* (*corr. in* cupidine *R ex Hirsaugiensi*) 7 namque quae *P* (*del.* quae *R*) 9 nomen est *M* (*corr. in* nomine *m. 2*) 10 sui sine *Pam:* suisne *F*, uisne *PN* Theleti *Croius:* philetis *PMF* 13 deriuerat *F* 14 connata *PMF*, innata *Oehlerus* 15 praetexto *PMF*, praetextu *R uulgo* 17 frustra erat *Iun*, frustrarat *PMF*, frustrata erat *Oehlerus* 18 adfuit *M*, afuit *F* 20 per eum *M* (*corr. in* pereundo *m. 2*) fato *R*, facto *PMF* 21 *parenthesin indicauit Eng* 22 ⟨et⟩ illius *scripsi:* illius *PMF*, illius et *Oehlerus* 24 ⟨de⟩ declinata *scripsi:* declinata *PMFR*[1], de inclinata *R*[3] (*Iren:* πεισθέντα, ὅτι ἀκατάληπτός ἐστιν ὁ πατήρ)

animationem (enthymesin) cum passione, quae insuper acciderat, exposuit.

10. Sed quidam exitum Sophiae et restitutionem aliter somniauerunt: post inritos conatus et spei deiectionem deformatam eam. pallore, credo, et macie et incuria. proprie utique patrem non minus denegatum dolebat quam amissum. dehinc in illo maerore ex semetipsa sola, nulla opera coniugii, concipit et procreat feminam. miraris hoc? et gallina sortita est de suo parere; sed et uultures feminas tantum aiunt et tamen sine masculo matres. et *** metuere postremo, ne finis quoque insisteret; haerere de ratione casus, curare de occultatione. remedia nusquam. ubi enim iam tragoediae atque comoediae, a quibus forma mutuaretur exponendi quod citra pudorem erat natum? dum in malis res est, suspicit, conuertit ad patrem. sed incassum enisa, ut uires deserebant, in preces succidit. tota etiam propinquitas pro ea supplicat, uel maxime Nus. quidni? causa mali tanti! nullus tamen Sophiae exitus uacuit. omnes aerumnae eius operantur in materiae originem, siquidem ex illa tunc conflictatione [peruenit] ignorantia pauore

3—8. 10—12. 14—189, 1] cf. Iren. I 2, 3.

1 animationem (enthymesin) *scripsi* (*cf. 183, 2*): animationem senthimesi *PMFR*[1], animationem, id est enthymesin *R*[3], animationem, Enthymesin *Oehlerus* 5 *sic distinxi:* incuria proprie *MF*, incuria prope *PR*[1], incuria formae *R*[3] *uulgo,* incuria propria *Eng* utique *PMFR*[1], ut quae *R*[3] *uulgo* 6 denegatum *sensu, ut uidetur, obscoeno* 8 concipit *scripsi:* concepit *PMF* hoc *MF*, haec *P uulgo* 9 aiunt *MF*, parere aiunt *P uulgo* 10 matres *Iun:* mater *PMF* *lacunam statuit Pam, qui ex Irenaei interprete suppleuit:* ⟨primo quidem contristari propter inconsummationem generationis,⟩ ne finis quoque insisteret: *Irenaeus* (*ex Epiphanio corrigendus*): μὴ καὶ αὐτὸ τὸ εἶναι τέλος ἔχῃ. *inde fort. supplendum:* ne finis ⟨consistendi⟩ quoque. 11 insisteret; haerere *scripsi:* insisteret haerere *PMF*, insisteret et haerere *Oehlerus* 12 atque *MF*, et *P uulgo* 13 mutuaretur *P*, mutaretur *MF* citra *Pam:* circa *PMF* 14 suspicit *P*, suscipit *MF* 15 ut *Iun:* et *PMF* 16 succidit *R*[3], succedit *PMFR*[1] 17 quidni *R*[3], quid in *PMFR*[1] 18 operantur in materiae originem *scripsi* (*cf. 102, 16 et de Carne Chr. cap. 7*): operantur *PMF* 19 ex illa conflictatione *scripsi:* et illa conflictatio in materiae originem *PMF* peruenit (prouenit *M*) *seclusi* pauore *scripsi:* pauorem *PMFR*[1], pauor *R*[3] *uulgo*

maerore substantiae fiunt. ibi demum pater, motus aliquando, quem supra diximus Horon per Monogenem Nun in haec promit in imagine sua, feminam marem, quia et de patris sexu ita uariant. adiciunt autem Horon etiam Metagogea (circumductorem) uocari et Horotheten. huius praedicant opera et repressam ab inlicitis et purgatam a malis et deinceps confirmatam Sophiam et coniugio restitutam; et ipsam quidem in Pleromatis censu remansisse, enthymesin uero eius et illam adpendicem passionem ab Horo relegatam et crucifixam et extra eum factam. malum, quod aiunt, foras! spiritalem tamen substantiam illam, ut naturalem quendam impetum Aeonis, sed informem et inspeciatam, quatenus nihil adprehendisset, ideoque fructum infirmum et feminam pronuntiatam.

11. Igitur post Enthymesin extorrem et matrem eius Sophiam coniugi reducem iterum ille Monogenes, ille Nus, otiosus plane de patris cura atque prospectu solidandis rebus et Pleromati muniendo iamque figendo, ne qua eiusmodi rursus concussio incurreret, nouam excludit copulationem: Christum et Spiritum Sanctum, turpissimam putem duorum masculorum. aut femina erit Spiritus Sanctus, et uulneratur a femina masculus? munus enim his datur unum: procurare concinnationem Aeonum, et ab eius officii societate

1—13] cf. Iren. I 2, 4. 14—19. 21—22] cf. Iren. I, 2, 5.

1 maerore *scripsi:* maeror *PMF* *Comparanda sunt ad haec uerba Irenaei:* λέγουσι πρώτην ἀρχὴν ἐσχηκέναι τὴν οὐσίαν ἐκ τῆς ἀγνοίας καὶ τῆς λύπης καὶ τοῦ φόβου καὶ τῆς ἐκπλήξεως. ibi demum R^3, ibidem $PMFR^1$ motus aliquando *MF*, aliquando motus *P uulgo* 3 et de *scripsi:* aede PMR^1, de FR^3 5 <id est> circumductorem R^3 *uulgo* 8 censu remansisse *Gel:* censura mansisse *PMF* 9 adpendicen *M* ab Horo relegatam R^3, abhorrere ligatam $PMFR^1$ 10 eum *Rig* (*scil.* censum Pleromatis): aeuum *PMF* spiritalem *scil. esse* 12 inspeciatam *Gel:* inspectatam *PMF* 13 praenuntiatum *F* 15 iterum ille *scripsi:* ille iterum *PMF* 16 prospectu R^3, prospectus $PMFR^1$ 17 eiusmodi *PM*, huiusmodi *F* 18 incurreret *Rmg Gel:* incuteret *PMF* 19 turpissimam *Eng:* turpissimum *PMF* 21 munus enim *Eng:* nomen in $PMFR^1$, numen R^3 *uulgo* 22 ab eius R^3, dabis $PMFR^1$ societate R^3, societatem $PMFR^1$

duae scholae protinus, duae cathedrae, inauguratio quaedam diuidendae doctrinae Valentini. Christi erat inducere Aeonas naturam coniugiorum — uides quam rem plane — et innati coniectationem et idoneos efficere ⟨re⟩generandi in se agnitionem patris, quod capere eum non sit neque comprehendere, non uisu denique, non auditu compotiri eius, nisi per Monogenem. et tamen tolerabo, quod ita discunt patrem nosse, † ne nos et illud. magis denotabo doctrinae peruersitatem, quod docebantur incomprehensibile quidem patris causam esse perpetuitatis ipsorum, comprehensibile uero eius generationis illorum et formationis esse rationem. hac enim dispositione illud, opinor, insinuatur, expedire deum non adprehendi, siquidem inadprehensibile eius perpetuitatis est causa, adprehensibile autem non perpetuitatis, sed natiuitatis et formationis, egentium perpetuitatis. filium autem constituunt adprehensibile patris; quomodo tamen adprehendatur, tum prolatus Christus edocuit. Spiritus uero Sancti prouincia, ut de doctrinae studio omnes peraequati gratiarum actionem prosequi nossent et ueram inducerentur quietem.

12. Itaque omnes et forma et scientia peraequantur, facti omnes quod unusquisque; nemo aliud, quia alteri omnes.

2—6. 9—11. 15—17] cf. Iren. I 2, 5.   17—191, 6] cf. Iren. I 2, 6.

3 quam rem plane *PMFR*^{1}, quam rem piam *R*^{3} *uulgo*   ex—coniectatione *fort.* (*cf. Iren:* ἀγεννήτου κατάληψιν γιγνώσκοντας)   4 regenerandi *scripsi* (*secundum Irenaeum sic restituendum:* ἱκανούς τε εἶναι ἀναγονεῦσαι [ἀναγορεῦσαι *codd.*] ἐν αὐτοῖς τὴν τοῦ Πατρὸς ἐπίγνωσιν): generandi *PMF*   7 discunt *R*^{3}, discedunt *PMFR*^{1}, disserunt *Oehlerus*   nosse, ne nos et illud. magis *PMFR*^{1}, *ego uerba* ne nos et *dittographia orta ratus sic uelim restitui:* nosse. [ne nos et] illud magis denotabo doctrinae, [peruersitatem] quod; nosse. ne nos et illud (*scil. faciamus*), magis *Eng*, nosse, ne nossent. illam magis *R*^{3} *uulgo*   8 doctrinae denotabo *PR*^{1} 9 incomprehensibile *R*, incomprehensibilem *PMF*   10 comprehensibile *R*, conprehensibilem *PMF*   12 in sinu autem *F*   expedire *R*^{3}, experiri *PMFR*^{1} 13 est *s. u. M*   15 adprehensibile *Eng:* adprehensibilem *PMF*   16 quomodo *P*, quoquo modo *M*, et quoquo modo *F*   17 prouincia (= munus, officium) *scripsi:* propria *PMF*   ut de *R*^{3}, unde *PMFR*^{1} 20 et forma *MF*, forma *P uulgo*   scientia *PMF*, sententia *Pam* (*Iren:* γνώμῃ, *sed legit fort. Tert:* γνώσει), sapientia *Rig*

refunduntur in Nus omnes, in Homines, in Theletos, aeque feminae in Sigas, in Zoas, in Ecclesias, in Fortunatas, ut Ouidius Metamorphosîs suas deleuisset, si hodie maiores cognouisset. exinde refecti sunt et constabiliti sunt, et in requiem ex ueritate compositi magno cum gaudii fructu hymnis patrem concinunt. diffundebatur et ipse laetitia, utique bene cantantibus filiis ⟨et⟩ nepotibus. quidni diffunderetur, omni iocunditati Pleromate liberato? quis nauclerus non etiam cum dedecore laetatur? uidemus cotidie nauticorum lasciuias gaudiorum. itaque, ut nautae ad symbolam semper exultant, tale aliquid et Aeones: unum iam omnes etiam forma, nedum sententia, conuenientibus ipsis quoque nouis fratribus et magistris Christo et Spiritu Sancto, quod optimum atque pulcherrimum unusquisque florebat conferunt in medium. uane, opinor. si enim unum erant omnes ex supra dicta peraequatione, uacabat symbolae ratio, quae ferme ex uarietatis gratia constat. ** unum omnes bonum conferebant, quod omnes erant, de modo forsitan fuerit ratio aut de forma ipsius iam peraequationis. igitur ex aere collaticio, quod aiunt, in honorem et gloriam patris pulcherrimum Pleromatis sidus fructumque perfectum compingunt, Iesum. eum cognominant Soterem et Christum et Sermonem de patritis, et Omnia iam, ut ex omnium defloratione constructum: Gragulum Aesopi, Pandoram Hesiodi, Acci Patinam, Nestoris Cocetum, Miscellaneam Ptolomaei. quam

10—14. 19—23] cf. Iren. I 2, 6.

1 in Nus *Pam:* in nun *PMF* omnes ⟨masculi⟩ *fort.* aeque *PMF*, et quae *Rig* 3 maiores *scripsi:* maiorem *PMF* 5 compositi *P*, compositi sunt *M*, compositis *F* 6 utique R^3, et utique $PMFR^1$ 7 filiis et R^3, filiis $PMFR^1$ diffunderentur omni *uulgo* 8 iocunditati *scripsi:* iocunditate *PMF* 10 simbulam *PMF* 11 et Aeones *scil. faciunt* Aeones. unum *uulgo* 12 nouis *M* (v *ex* b *m. 2*), nobis *F*, *om.* PR^1 16 simbulae *PMF* *lacunam signaui:* aut si *desidero* 17 erant. de *uulgo* 19 collaticio *Rmg:* collocatio *PM*, collacio *F* et gloriam *P*, gloriam *MF* 21 Iesum R^3, ieiunium PMR^1, uti unium *F* 22 patritis *Scal:* patruitis *PMF* 23 gragulum *PMF*, Graculum *R uulgo* aesiodi *PM*, esiodi *F* 24 tholomaei *PMF*

propius fuit de aliquibus Osciae scurris † Pancapipannirapiam uocari a tam otiosis auctoribus nominum. ut autem tantum sigillarium extrinsecus quoque inornassent, satellites ei angelos proferunt, par genus; si inter se, potest fieri, si uero Soteri consubstantiuos, — ambigue enim positum inueni — quae erit eminentia eius inter satellites coaequales?

13. Continet hic igitur ordo primus professionem pariter et nascentium et nubentium et generantium Aeonum, Sophiae ex desiderio patris periculosissimum casum, Hori oportunissimum auxilium, Enthymeseos et coniunctae Passionis expiatum, Christi et Spiritus Sancti paedagogatum, Aeonum tutelarem reformatum, Soteris pauoninum ornatum, Angelorum comparaticium antistatum. quod superest, inquis, uos ualete et plaudite! immo quod superest, inquam, uos audite et explodite! ceterum haec intra coetum Pleromatis decucurrisse dicuntur, prima tragoediae scaena, alia autem trans siparium coturnatio est, extra Pleroma dico. et tamen ⟨hic⟩ exitus sub sinu patris intra ambitum Hori custodis: qualis extra iam in libero, ubi deus non erat?

14. Namque Enthymesis, siue iam Achamoth, quod abhinc scribam hoc solo ininterpretabili nomine, ut cum uitio indiuiduae Passionis explosa est in loca luminis aliena, quod Pleromatis res est, in uacuum atque inane illud Epicuri, miserabilis

3] cf. Iren. I 2, 6. 7—13] cf. Iren. I 3, 1. 20—193, 3] cf. Iren. I 4, 1.

1 Osciae scurris *scripsi:* hostias (a *ex* ae *M*) curis (cur-ris *M a m. 2*) *PMF*, Atticis curis *Rig,* Atticis historicis *R*³ pancapipannirapiam *PMFR*¹, Pancarpipanniraphiam *susp. Carolus Hoppe amicus, quo uocabulo mixto centonem illum scurris scaenicis sollemnem putat significari* (*cf. Dietrich, Pulcinella p. 145*), Pancarpiam *R*³, Pancarpon *Rig* 3 inornassent (se *in ras.*) *M* 5 consubstantiuos *R*³, constantiuos *PMFR*¹ 7 primus *scripsi:* primam *PMF* professionem *PMFR*¹ (= πραγματείαν), processionem *R*³ *uulgo* 9 Hori *R*, mori *PMF* 11 Christi *R*³, Christo *PMFR*¹ 14 et explodite *scripsi:* *et proicite *M*, et proiicite *P,* et proicite *F,* et proh dicite *Scal,* et proficite *Oehlerus* 17 ⟨hic⟩ exitus *scripsi:* exitus *PMFR*¹, si talis *R*³ *uulgo* 18 custodis *R*³, custodes *PMFR*¹ 21 scribam *scripsi:* scriptam *PMFR*¹, scriptum *R*³ *uulgo*

etiam de loco est. certe nec forma nec facies ulla, de uexatiua scilicet et abortiua genitura. dum ita rerum habet, flectitur a superioribus Christus, — deducitur per Horon — aborsum ut illud informet de suis uiribus, solius substantiae, non etiam scientiae forma. et tamen cum aliquo peculio relinquitur, id erat 'odor incorruptibilitatis', quo compos casus sui potiorum desiderio suppararetur. hac misericordia functus, non sine Spiritus Sancti societate, recurrit Christus in Pleroma. usus est rerum ex liberalitatibus quoque nomina accedere: Enthymesis de actu fuit, Achamoth unde, adhuc quaeritur, Sophia de matre manat, Spiritus Sanctus ex angelo. accipit Christi, a quo derelictam se statim senserat, desiderium. itaque prosiluit et ipsa lumen eius inquirere. quem si omnino non nouerat, ut inuisibiliter operatum, quomodo lumen eius ignotum cum ipso requirebat? tamen temptauit et fortasse adprehendisset, si non idem Horos, qui matri eius tam prospere uenerat, nunc tam importune filiae occurrisset, ut etiam inclamauerit in eam 'Iao'! quasi 'Porro Quirites'! aut 'Fidem Caesaris'! inde inuenitur Iao in scripturis. ita depulsa, quominus pergeret, nec habens superuolare Crucem, id est Horon, quia nullum Catulli Laureolum fuerit

1 facie *fort.* de uexatiua *scripsi* (*cf. 200, 22*): deuestiua *PMFR*^{1}, de bestiua *Eng* (*cf. 188, 8—10*), defectiua *R*^{3}, intempestiua *Oehlerus* 2 dum ita rerum habet = οὕτω τῶν πραγμάτων ἔχουσα (*Iun*) 3 *parenthesin indicaui* aborsum = *abortiuum* 4 informet *R*^{3}, informat *PMFR*^{1} de suis uiribus *id est de ipsius aborsi illius uiribus* 5 et tamen *etc.*: *intellego: und dennoch* (*nämlich obgleich es eigentlich suis uiribus gebildet werden sollte*) *wird es zurückgelassen mit einer Art Erbschaft. Eng. aliter uult distingui:* forma, et tamen cum aliquo peculio. relinquitur. 6 id erat *scripsi:* iteratur *PMF*, iteratus *Eng* (= *duplex, cf. Iren. l. c.:* ἔχουσά τινα ὀδμὴν ἀφθαρσίας ἐγκαταλειφθεῖσαν ἐν αὐτῇ τοῦ Χριστοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος) compos ** casus *M*, compos se casus *F* 11 matre *PMF*, patre *Rig* (*Iren. secutus*) ex angelo <Christi adiutore> *fort.* 12 Christi *Oehlerus:* Christum *PMF* derelictam *Oehlerus:* derelicta *PMF*

exercitata, ut destituta, ut passioni illi suae intricata multiplici atque perplexae, omni genere eius coepit adfligi: maerore, quod non perpetrasset inceptum, metu, ne sicut luce ita et uita orbaretur, ad haec consternatione, tum ignorantia, nec ut mater eius, — illa enim Aeon — ⟨sed⟩ pro condicione deterius, insurgente adhuc et alio fluctu, conuersionis scilicet in Christum, a quo uiuificata fuerat et in hanc ipsam conuersionem temperata.

15. Age nunc discant Pythagorici, agnoscant Stoici, Plato ipse, unde materia, quam innatam uolunt, et originem et substantiam traxerit in omnem hanc struem mundi; quod nec Mercurius ille Trismegistus, magister omnium physicorum, recogitauit. audisti conuersionem, genus aliud passionis: ex hac omnis anima huius mundi dicitur constitisse, etiam ipsius Demiurgi, id est dei nostri; audisti maerorem et timorem: ex his initiata sunt cetera. nam ex lacrimis eius uniuersa aquarum natura manauit. hinc aestimandum, quem exitum duxerit, quantis lacrimarum generibus inundauerit. habuit et salsas, habuit et amaras et dulces, et calidas et frigidas guttas, et bituminosas et ferruginantes, et sulphurantes utique et uenenatas, ut et Nonacris inde sudauerit, quae Alexandrum occidit, et Lyncestarum inde defluxerit, quae ebrios efficit, et Salmacis inde se soluerit, quae masculos molles. etiam caelestes imbres pipiauit Achamoth, et

13—17] cf. Iren. I 4, 2.

1 ut passioni *PMFR*^{1}, Passioni *R*^{3} *uulgo* intricata *Kellnerus* (διὰ τὸ συμπεπλέχθαι τῷ πάθει): intrichea *PMF*, in trica *R*^{3} *uulgo* multiplici *R*^{3}, multiplicia *PMFR*^{1} 2 perplexae *scripsi* (*cf. Iren. l. c.:* τοῦ πάθους . . πολυμεροῦς καὶ πολυποικίλου ὑπάρχοντος): perplexa *PMF* 3 perpetrasset *M* (*in ras.*) metu *R*^{3}, metum *PMFR*^{1} sicut *R*^{3}, si ut *PMFR*^{1} 4 ad haec consternatione *scripsi, uerbis* ad haec *huc insertis, quae in mss. post* Aeon (*5*) *leguntur; cf. Irenaeum:* ἀπορίαν δὲ ἐπὶ τούτοις 5 sed *addidi* at haec pro conditione *Eng* 10 materia *R*^{3}, materiam *PMFR*^{1} 12 Trismegistus *R*, trimegistus *PMF* 14 mundi *Gel:* modi *PMF* 15 dem iurgii *M* 16 f̄ = sunt *in ras. M* 17 hinc *F*, hic *PM uulgo* 20 ferruginantes *M in ras.* 21 utique *FR*, undique *PM* 22 Lyncestarum *R*^{3}, lycesiarum *PMF* 24 molles *MF*, mollescit *P* etiam caelestes *scripsi:* caelestes *PMF*

nos in cisternis alienos luctus et lacrimas seruare curamus. proinde ex consternatione et pauore corporalia elementa ducta sunt. et tamen in tanta circumstantia solitudinis, in tanto circumspectu destitutionis ridebat interdum, qua conspecti Christi recordans; eo de gaudii risu lumen effulsit. cuius hoc? prouidentiae? beneficium quale! illam ridere cogebat idcirco, ne semper nos in tenebris moraremur! nec obstupescas: quin laetitia eius tam splendidum elementum radiauerit mundo, cum maestitia quoque eius tam necessarium instrumentum defuderit saeculo? o risum inluminatorem! o fletum rigatorem! et tamen poterat remedio iam agere cum illius loci horrore. omnem enim obscuritatem eius discussisset, quotiens ridere uoluisset. ** uel ne cogeretur desertores suos supplicare.

16. Conuertitur enim ad preces et ipsa more materno. sed Christus, quem iam pigebat extra Pleroma proficisci, uicarium praefecti Paracletum Soterem — hic erit Iesus, largito ei patre uniuersorum Aeonum summam potestatem subiciendis eis omnibus, uti in ipso secundum apostolum omnia conderentur — ad eam emittit cum officio atque comitatu coaetaneorum angelorum, credas et cum duodecim fascibus. ibi demum, aduentu pompatico eius concussa, Achamoth protinus uelamentum sibi obduxit ex officio primo uenerationis et uere-

2—5] cf. Iren. I 4, 2. 15—196, 11] cf. Iren. I, 4, 5. 19] cf. Col. 1, 17.

1 alienos *scripsi:* etiam alienos *PMF* 2 corporalia *R*[3], corporali *PMFR*[1] 4 circumspectu *P*, circumspecto *MF* 5 eo de gaudii *Iun:* eodem gaudio *PMF* *aliter distinxi:* cuius hoc prouidentiae beneficium quale (quae *P*) illam *uulgo* 8 quin *Scal:* quis *M* (is *in ras.*) *PF* 10 defuderit *Rig:* defuerit *PMNF*, defluxerit *GR*[3] 12 discussisset *Rig:* discussit sed *PMF* 13 *lacunam signaui:* et utique debebat uoluisse *intercidisse puto* 17 praefecti *scripsi:* praeficit *PMF* Paracletum. Soterem *uulgo* 18 patre *om. P* (*add. R ex Hirsaugiensi*) uniuersorum *R*[3], uniuerso *PMFR*[1] 19 conderentur *Pam:* confoederentur *PMF* 20 ad *FR*, at *PM* 21 fascibus *R*[3], facibus *PMFR*[1] ibi demum *M*, ibidem *PF* 22 sibi uelamentum *F* 23 ex *FR*, et *PM* primo *fort. delendum*

cundiae; dehinc contemplatur eum fructiferumque suggestum. quibus inde conceperat uiribus occurrit illi, κύριε χαῖρε dicens, opinor. susceptam ille confirmat atque conformat agnitione iam et ab omnibus iniuriis Passionis expumicat, non eadem neglegentia in exterminium discretis, quam acciderat in casibus matris. sed enim exercitata uitia et usu uiriosa confudit atque ita massaliter solidata defixit seorsum, in materiae corporalem paraturam commutans ex incorporali passione, indita habilitate atque natura, qua peruenire mox possent in aemulas aequiperantias corpulentiarum, ut duplex substantiarum condicio ordinaretur, de uitiis pessima, de conuersione passionalis. haec erit materia, quae nos commisit cum Hermogene ceterisque, qui deum ex materia, non ex nihilo, operatum cuncta praesumunt.

17. Abhinc Achamoth, expedita tandem de malis omnibus, ecce iam proficit et in opera maiora frugescit. prae gaudio enim tanti ex infelicitate successus concalefacta simulque contemplatione ipsa angelicorum luminum, ut ita dixerim, subfermentata — pudet, sed aliter exprimere non est — quodammodo subsuriit intra et ipsa in illos et conceptu statim intumuit spiritali ad imaginem ipsam, quam ui laetantis ⟨et⟩ ex laetitia prurientis intentionis imbiberat et sibi intimarat. peperit denique, et facta est exinde trinitas generum ex trinitate causarum, unum mate-

14—21] cf. Iren. I 4, 5 (in fine). 22—198, 6] cf. Iren. I 5, 1.

1 fructiferum *F* 2 κύριε χαῖρε *Pam:* quirie chaere *PMF* dicens, opinor. susceptam *scripsi:* hic, opinor, susceptam *PMF* 3 conformat *Lat:* confirmat *MF*, atque confirmat *om. P* agnitionis iam ⟨forma⟩ *fort.* (*cf. 193, 4. 5; 204, 4. 5*). 5 quam *F* (*cf. 41, 10*), qui *PM*, quàe *R uulgo* 6 usu uiriosa *PM*, uisu ossa uiri *F* 7 *aliter distinxi:* seorsum in materiae corporalem paraturam commutans *uulgo* 8 passione indita *uulgo* habilitate atque natura *scripsi:* habilitatem atque naturam *PMF* 9 possent *scripsi:* posset *PMF* 11 de uitiis *R*, diuitiis *PMF* 14 achamota *PMF* 17 ipsa *om. F* 18 pudet (u *ex* e) *M* subsuriit *Rig:* substruit *PMFR*[1], subauit *R*[3] intra ⟨se⟩ *Lat* 20 ui *scripsi:* uis *PMF* laetantis *R*, laetantes *PMF* ⟨et⟩ ex *scripsi:* ex *PMF*, et *R uulgo*

riale, quod ex passione, aliud animale, quod ex conuersione, tertium spiritale, quod ex imaginatione.

18. Hac auctoritate trium scilicet liberorum agendis rebus exercitior facta formare singula genera constituit. sed spiritale quidem non ita potuit attingere, ut et ipsa spiritalis. fere enim paria et consubstantiua in alterutrum ualere societas naturae negauit. eo animo se unum ad animale conuertit, prolatis Soteris disciplinis. et primum, quod cum magno horrore blasphemiae et pronuntiandum et legendum est et audiendum, deum fingit hunc nostrum et omnium praeter haereticorum, Patrem et Demiurgum et Regem uniuersorum, quae post illum. ab illo enim; si tamen ab illo, et non ab ipsa potius Achamoth, a qua occulto, nihil sentiens eius, et uelut sigillario extrinsecus ductu in omnem operationem mouebatur. denique ex hac personarum in operibus ambiguitate nomen illi Metropatoris miscuerunt, distinctis appellationibus ceteris secundum status et situs operum, ut animalium quidem substantiarum, quas ad dextram commendant, Patrem nuncupent, materialium uero, quas ad laeuam delegant, Demiurgum nominent, Regem autem communiter in uniuersitatem.

19. Sed nec nominum proprietas competit † proprietati operum, de quibus nomina, cum deberet illa haec omnia uocitari, a qua res agebantur; nisi quod iam nec ab illa. cum

3 haec *M* 4 exercitior (ti *s. u. m. 1*) *M* 5 effingere *Iun* (*secutus Irenaei* μορφῶσαι; *sed cf. p. 199, 17—19*) 7 se R^3, si $PMFR^1$ 10 fingit hunc R^3, fingi adhuc $PMFR^1$ 11 deum demiurgum *P* deum iurgum *F* 12 post R^3, postea $PMFR^1$ 13 ipsa R^3, ipso $PMFR^1$ Achamoth, a *R*, achamota *PMF* qua R^3, quo $PMFR^1$ 14 sigillario R^3, singillario $PMFR^1$ 16 Metropatoris *R*, metropateris *PMF* 19 materialium *scripsi:* maternarium *PF*, maternarum *M*, materiarum *R uulgo* 20 nominent (e *ex* a) *M* 21 competit <cui nec> proprietas operum *fort.; intellego autem: aber auch die Namen gehören dem nicht als Eigentum, dem nicht die Werke als Eigentum gehören, von denen die Namen stammen. uocabulum proprietatis sic interpretandum esse docent quae sequuntur* 22 nomina *PMF*, nomina omnia *R uulgo* haec omnia *intellege: Pater, Demiurgus, Rex.* 23 agebantur (n *s. u. m. 1*) *M*

enim dicant Achamoth in honorem Aeonum *** imagines commentatam, rursus hoc in Soterem auctorem detorquent, qui per illam sit operatus, ut ipsam quidem imaginem Patris inuisibilis et incogniti daret, incognitam licet et inuisibilem Demiurgo, eundem autem Demiurgum Nun filium effingeret, Archangeli uero, Demiurgi opus, reliquos Aeonas exprimerent. cum imagines audio tantas trium illorum, feminam Achamoth imaginem patris, et ignarum matris Demiurgum, multo magis patris, imaginem ⟨Nu⟩ non ignorantis patrem, et Angelos famulos simulacra dominorum, quaero: non uis nunc, ut imagines rideam peruersissimi pictoris? hoc est mulum de asino pingere et Ptolomaeum describere de Valentino.

20. Igitur Demiurgus, extra Pleromatis limites constitutus, in ignominiosa aeterni exilii uastitate nouam prouinciam condidit, hunc mundum, repurgata confusione et distincta diuersitate duplicis substantiae illius detrusae animalium et materialium. ex incorporalibus corpora aedificat: grauia leuia, sublimantia atque uergentia, caelestia atque terrena. tum ipsam caelorum septemplicem scaenam solio desuper suo finit. unde et Sabbatum dictus est ab hebdomade sedis suae, ut Ogdoada mater Achamoth ab argumento ogdoadis primigenitalis. caelos

13—199, 4] cf. Iren. I 5, 2.

1 *lacunam signaui:* ⟨uniuersa facere uolentem, eorum⟩ *supplenda sunt ex Irenaeo:* τὴν γὰρ Ἐνθύμησιν ταύτην βουληθεῖσαν εἰς τιμὴν τῶν Αἰώνων τὰ πάντα ποιῆσαι εἰκόνας λέγουσι πεποιηκέναι αὐτῶν 3 ipsam *PM*, ipsa *F* ipsam quidem *intellege Achamoth* 4 daret *PM*, darent *F* licet *PMF*, scilicet *R uulgo* inuisibilem *R*, inuisibilis *PMF* 5 effingeret *PM*, effingere *F* 7 femina *F* 9 imagine *F* ⟨Nu⟩ non *scripsi:* non *PMF*, Nu *R* 10 *uerba:* quaero—pictoris, *quae in libris mss. supra l. 7 post* trium *leguntur, huc transposui* ut imagines rideam *intellege:* non uis nunc, rideam (*eas*) ut imagines p. p. 12 tholomaeum *PMF* 16 detrusae *scripsi:* (*cf. 196, 7*): destrusae *PMF*, distrusae *Iun*, disclusae *Oehlerus* materialium *scripsi* materiarum *PMF* 18 tum *R*[3], cum *PMFR*[1] 20 dictus est *F*, dictum est *PMR*[1], dictum *R*[3], dictus *Iun* ut *scripsi:* et *PMF* ogdoada = *ogdoas*

autem νοερούς deputant et interdum angelos eos faciunt, sicut et ipsum Demiurgum, sicut et Paradisum Archangelum quartum, quoniam et hunc supra caelum tertium pangunt, ex cuius uirtute sumpserit ⟨aliquid⟩ Adam, deuersatus illic inter nubeculas et arbusculas. satis meminerat Ptolomaeus puerilium dicibulorum, in mari poma nasci et in arbore pisces; sic et in caelestibus nuceta praesumpsit. operatur Demiurgus ignorans et ideo fortasse non scit arbores in sola terra institui oportere. plane mater sciebat. quidni suggerebat, quae et effectum suum ministrabat? sed tantum fastigium filio extruens per ea opera, quae illum et patrem et deum et regem ante Valentinianorum quoque ingenia testantur, cur se ipsam noluit ei notam, postea quaeram. 21 interim tenendum Sophiam cognominari et Terram et Matrem et, quod magis rideas, etiam Spiritum Sanctum, quasi marem [terram]. ita omnem illi ⟨masculi⟩ honorem contulerunt feminae, puto et barbam, ne dixerim cetera. alioquin Demiurgus adeo rerum non erat compos, de animalis scilicet census inualitudine spiritalia accedere, ut se solum ratus contionaretur: e g o d e u s, et a b s q u e m e n o n e s t. certe tamen non fuisse se retro sciebat. ergo et factum intellegebat et factitatorem facti esse quemcumque. quomodo ergo solus sibi uidebatur, etsi non certus, saltim suspectus de aliquo factitatore?

13—15] cf. Iren. I 5, 3. (in fine) 17—20] cf. Iren. I 5, 4. 19] Es. 45, 5.

1 νοερούς *Eng:* noeros *PMF* 4 aliquid *add. Eng* (*Irenaeum secutus*) 5 et *fort. delendum* meminerit *F* 6 discipulorum *F* 12 Valentinianorum quoque *scripsi:* ualentinianorum *PMF* se ipsam *scripsi:* se quoque istam *MF*, sibi quoque ista *P* 13 noluit ei notam *scripsi:* noluit et notam *MF*, noluit esse nota *P* postea quaeram *cf. infra cap. 25* *male hoc loco distinguuntur capita* tenendum *R*³, teneam dum *M* (deum *corr. m. 2*) *P* (deum *corr. R*), teneam deum *F* 15 quasi marem *P* (*cf. Irenaei* ἀρσενικῶς), quasi matrem *MF* terram *seclusi; ceterum Irenaeum secutus huc transposui haec uerba, quae in libr. mss. post* et Matrem (*14*) *leguntur* 16 masculi *addidi* 18 de animalis scilicet census inualitudine *scripsi:* de animalibus scilicet censu inualitudinis *PMF* 20 non est *scil. deus; ceterum ubi hic locus adfertur legitur:* et alius absque (praeter) me non est 21 factitorem *P* (*add.* ta *s. u. R*) *MF*

22. Tolerabilior infamia est apud illos in diabolum, uel quia origo sordidior capit. ex nequitia enim maeroris illius deputatur, ex qua angelorum et daemonum et omnium spiritalium malitiarum genituras notant. et tamen diabolum quoque opus Demiurgi adfirmant et Munditenentem appellant et superiorum magis gnarum defendunt, ut spiritalem natura, quam Demiurgum, ut animalem. meretur ab illis praelationem cui omnes haereses procurantur.

23. Singularium autem potestatum arces his finibus collocant: in summis summitatibus praesidet tricenarius Pleroma, Horo signante lineam extremam. inferius illum metatur medietatem Achamoth, filium calcans. subest enim Demiurgus in Hebdomade sua. magis diabolus in isto nobiscum conuenit mundo, coëlementato et concorporificato, ut supra editum est, ex Sophiae utilissimis casibus, qua nec aërem haberet, reciprocandi spiritus spatium, teneram omnium corporum uestem, colorum omnium indicem, organum temporum, si non et istum Sophiae maestitia colasset, sicut animalia metus, sicut conuersio eius ipsum Demiurgum. his omnibus elementis atque corporibus ignis inflabellatus est. cuius originalem Sophiae passionem quia nondum ediderunt, ego interim argumentabor motiunculis eius excussum. credas enim illam in tantis uexationibus etiam febricitasse.

24. Cum talia de deo uel de diis, qualia de homine figmenta? molitus enim mundum Demiurgus ad hominem manus confert et substantiam ei capit non ex ista, inquiunt, arida, quam nos unicam nouimus, terra, — quasi non, etsi arida

1—8] cf. Iren. I 5, 4. 9—13] cf. Iren. I 5, 3 (in fine). 24—201, 15] cf. Iren. I 5, 5.

4 malitiarum *R*³, militarium *PMFR*¹ 10 praesidet *R*³, praesident *PMFR*¹ 11 meditatem *M* 13 sua, magis *uulgo* conuenit *PMFR*¹, communi *R*³ *uulgo* 14 editum *PM*, dictum *F* 15 qua = quia; *refer ad* utilissimis 17 indicem *R*³, iudicem *PMFR*¹ 24 diis *PF*, deis *M* 26 ei *R*³, si *PMFR*¹ 27 nos *om. F* terra *Oehlerus:* terram *PMF*

postmodum, adhuc tamen tunc, aquis * ante segregatis, superstite limo succida fuerit — sed ex inuisibili corpore materiae, illius scilicet philosophicae, de fluxili et fusili eius, quod unde fuerit audeo aestimare, quia nusquam * est. si enim fusile et fluxile liquoris est qualitas, liquor autem omnis de Sophiae fletibus fluxit, sequitur, ut limum ex pituitis et gramis Sophiae constitisse credamus, quae lacrimarum proinde sunt faeces, sicut aquarum quod desidet limus est. figulat ita⟨que⟩ hominem Demiurgus et de afflatu suo animat. sic erit et choicus et animalis, ad imaginem et similitudinem factus, quadruplex res, ut imago quidem choicus deputetur, — materialis scilicet, etsi non ex materia, Demiurgus — similitudo autem animalis; hoc enim et Demiurgus. habes duos interim. carnalem superficiem postea aiunt choico supertextam, et hanc esse pelliceam tunicam obnoxiam sensui.

25. Inerat autem in Achamoth ex substantia Sophiae matris peculium quoddam seminis spiritalis, sicut et ipsa Achamoth in filio Demiurgo sequestrauerat, ne hoc quidem gnaro. accipe industriam clandestinae prouidentiae huius. ad hoc enim et deposuerat et occultauerat, ut, cum Demiurgus animam mox de suo adflatu in Adam communicaret, pariter et semen illud spiritale quasi per canalem animam deriuaretur in choicum, atque ita, feturatum in corpore materiali uelut in utero et adultum illic, idoneum inueniretur suscipiendo quandoque ser-

15] cf. Gen. 3, 21. 16—202, 8] cf. Iren. I 5, 6.

1 adhuc tunc *cf. 25, 17:* adhuc proxime *lacunam signaui:* paulo *siue* modico *intercidit* 2 superstite *P*, supersteti *M*, superstiti *F* succida fuerit *scripsi:* siccauerit *PMF* 4 audeo PMR^1, audio *F*, haud queo R^3 *uulgo* aestimare *intellege: coniectura inuenire* *lacunam signaui:* editum *desidero* (*cf. 200, 20—22*) 7 constitisse R^3, constituisse $PMFR^1$ 8 desidet *R*, desides *P* (*corr. R*) *MF* itaque *scripsi* (*cf. 184, 11*)*:* ita *PMF* 11 materialis R^3, materiali $PMFR^1$ 13 duos. interim *uulgo* 17 achamotha *PMF* 18 quidem *om. F* 22 canalem R^3, carnalem $PMFR^1$ ⟨per⟩ animam *fort.*, animae *Eng* (canalis animae = *Luftröhre*) anima deriuaret *Oehlerus* 24 sermoni R^3, sermone $PMFR^1$

moni perfecto. itaque dum Demiurgus traducem animae suae committit in Adam, latuit homo spiritalis flatui eius insertus et pariter corpori inductus, quia non magis semen nouerat matris Demiurgus quam ipsam. hoc semen Ecclesiam dicunt, Ecclesiae supernae speculum et hominis ⟨spiritalis⟩ censum, proinde eum ab Achamoth deputantes, quemadmodum animalem a Demiurgo, choicum substantia ἀρχῆς, carne materialem. habes nouum, id est quadruplum Geryonem.

26. Sic et exitum singulis diuidunt: materiali quidem, id est carnali, quem et sinistrum uocant, indubitatum interitum; animali uero, quem et dextrum appellant, dubitatum euentum, utpote inter materialem spiritalemque nutanti et illac debito, qua plurimum adnuerit. ceterum spiritalem emitti in animalis comparationem, ut erudiri cum eo et exerceri in conuersationibus possit. indiguisse enim animalem etiam sensibilium disciplinarum. in hoc et paraturam mundi prospectam, in hoc et Soterem in mundo repraesentatum, [in salutem scilicet animalis] alia adhuc compositione monstruosum. uolunt illum prosicias earum substantiarum induisse, quarum summam saluti esset redacturus, ut spiritalem quidem susceperit ab Achamoth, animalem uero a Demiurgo, quem mox induerit Christum; ceterum corporalem, ex animali substantia sed miro et inenar-

9—203, 4] cf. Iren. I 6, 1.

1 anima *F* dum *Eng:* cum *PMF* 2 commisit *Iun* flatui eius *scripsi* (συγκατασπαρεὶς τῷ ἐμφυσήματι αὐτοῦ)*:* flatu iesus *PMFR*^{1}, flatu *R*^{3}, flatu ipsius *Iun* 3 corpori *sc. Adam* 5 hominis ⟨spiritalis⟩ censum *scripsi:* hominis ** censum *M*, hominis incensum *PF*, hominis censum *R uulgo* 7 arches *PM*, archas *F* carne *PMFR*^{1}, carnem *R*^{3} *uulgo*, carnalem *Eng* 8 materia⟨lem⟩ *scripsi:* materia *PMF* quadruplum *R*^{3}, ** quadruplum *M*, in quadruplum *PFR*^{1} 12 nutanti *R*^{3}, nuncianti *PMFR*^{1} 13 qua *R*^{3}, quam *PMFR*^{1} 15 possit *Pam:* potuit *PMF* 17 praesentatum *F* in salutem scilicet animalis *seclusi: explicant* in hoc. 18 animalis. alia adhuc compositione monstruosum uolunt *uulgo* alia *om. F* 19 prosicias *FM* (*s. u. a m. 2*), prospicias *PMR*^{1}, prospicientias *GR*^{3} induisse *R*^{3}, inuidisse *PMFR*^{1} saluti *R*^{3}, saluti * *M*. salutis *PFR*^{1} 20 susceperit *R*^{3}, susceperis *PMFR*^{1} 21 a Demiurgo quem mox *scripsi:* quem mox a demiurgo *PMF* 22 substantia *PMF*, substantiam *R uulgo*

rabili rationis ingenio constructam, administrationis causa interim tulisse, quo congressui et conspectui et contactui et defunctui ingratis subiaceret; materiale autem nihil in illo fuisse, utpote salutis alienum. quasi alii fuerit necessarius quam egenti salutem. et totum hoc, ut carnis nostrae habitum alienando a Christo a spe etiam salutis expellant.

27. Nunc reddo de Christo, in quem tanta licentia Iesum inserunt quidam, quanta spiritale semen animali cum inflatu infulciunt, fartilia nescio quae commenti et hominum et deorum suorum: esse etiam Demiurgo suum Christum, filium naturalem eundemque animalem, prolatum ab ipso, promulgatum prophetis, in praepositionum quaestionibus positum, id est per uirginem, non ex uirgine editum, quia delatus in uirginem transmeatorio potius quam generatorio more processerit, per ipsam, non ex ipsa, non matrem eam sed uiam passus. super hunc itaque Christum deuolasse tunc in baptismatis sacramento Iesum per effigiem columbae. fuisse autem et in Christo etiam ex Achamoth spiritalis seminis condimentum, ne marcesceret scilicet reliqua farsura. nam in figuram principalis tetradis quatuor eum substantiis stipant, spiritali Achamothiana, animali Demiurgina, corporali inenarratiua et illa Sotericiana, id est columbina. et Soter quidem permansit in Christo impassibilis inlaesibilis inadprehensibilis. denique cum ad prehensiones uenitur, discessit ab illo, in cognitione

7—204, 6] cf. Iren. I 7, 2.

1 causa interim *Eng:* causam ui *PM*, causam in *F*, causa ideo *Oehlerus* 2 contractui *M* (*del.* r *m. 2*) 3 subiaceret *R*³, subiacent *PMFR*¹ 4 alii *MF*, aliis *P uulgo* egenti *scripsi:* egentibus *PMF* 5 salutem *MF*, salute *P uulgo* 6 expectant *M* (*corr. m. 2*) *GR*³, expertant *F*, excipiant *P* 7 tanta licentia *R*³, tanti licentiam *PMFR*¹ 8 quantum *F* 11 eundemque *scripsi* (ἴδιον υἱόν, ἀλλὰ καὶ ψυχικόν): denique *PMF* 12 prophetis *R*³, profertis *PMF* 20 spiritali *R*³, spiritalis *FR*¹, spirita *PM* 21 animali *MR*, animalis *PF* Demiurgiana *fort.* sine enarratiua *M* (*corr. m. 2*) *P* (*corr. m. 1*) *F* 24 ad prehensiones *scripsi:* adprehensiones *PM*, prehensiones *F*, ⟨ad⟩ adprehensiones *R uulgo*

Pilati. proinde nec matris semen admisit iniurias, aeque insubditiuum et ne ipsi quidem Demiurgo compertum. patitur uero animalis et carneus Christus in deliniationem superioris Christi, qui Achamoth formando substantiuali non agnitionali forma, Cruci, id est Horo, fuerat innixus. ita omnia in imagines urgent, plane et ipsi imaginarii Christiani.

28. Interea Demiurgus omnium adhuc nescius, aut si aliquid et ipse per prophetas contionabatur, ne huius quidem operis sui intellegens — diuidunt enim et prophetiale patrocinium in Achamoth, ⟨in⟩ semen, in Demiurgum — ubi aduentum Soteris accepit, propere et ouanter accurrit cum omnibus suis uiribus — centurio de euangelio — et de omnibus inluminatus ab illo etiam spem suam discit, quod successurus sit in locum matris. ita exinde securus dispensationem mundi huius, uel maxime ecclesiae protegendae nomine, quanto te⟨mpore⟩ oportuerit * insequitur.

29. Colligam nunc ex disperso ad concludendum, quae de totius generis humani dispositione disserant. triformem naturam primordio professi et tamen inunitam in Adam, inde iam diuidunt per singulares generum proprietates, nacti occasionem distinctionis huiusmodi ex posteritate ipsius Adae, moralibus quoque differentiis tripertita, Cain et Abel ⟨et⟩

7—16] cf. Iren. I 7, 4. 9—10] cf. Iren. I 7, 3 (in fine). 18—205, 14] cf. Iren. I 7, 5.

3 delineationem *R uulgo* 4 qui *PMFR*[1], qui ad *R*[3] formando *scripsi:* formandum *PMFR*[1], formandam *R*[3] 5 imagines urgent *R*[3], imagine surgent *PMFR*[1] 7 aut si *scripsi:* ut si *PMF*, etsi *Gel* 8 contionabatur *scripsi:* contionabitur *PMF* 9 prophetiale *R*[3], prophetiare *PMFR*[1], prophetiarum *fort.* 10 ⟨in⟩ semen *R*[3], semen *PMFR*[1] 11 suis uiribus *PM*, uiribus *F*, uiribus suis *R uulgo* 13 dicit *F* 15 tempore *R*[3], te *PMFR*[1] 16 *lacunam signaui:* consummare *intercidisse puto:* τελέσειν τὴν κατὰ τὸν κόσμον οἰκονομίαν 18 disserant *R*[3], iusserat *PMFR*[1] 19 professi *R*[3], profecti *PMFR*[1] inunitam *PM*, unitatem *F* 22 moralibus *R*, morabilius *MF*, morabilis *P* (*corr. R*) tripertita *scripsi:* tripertitae *PMF* ⟨et⟩ Seth *R*[3], sed *PMFR*[1]

Seth. ⟨hos⟩ fontes quodammodo generis humani in totidem deriuant argumenta naturae atque sententiae: choicum, saluti degeneratum, ad Cain redigunt, animale, mediae spei deliberatum, ad Abel componunt, spiritale, certae saluti praeiudicatum, in Seth recondunt. sic et animas ipsas duplici proprietate discernunt, bonas et malas, secundum choicum statum ex Cain et animalem ex Abel. spiritalem ex Seth de obuenientia superducunt iam non naturam sed indulgentiam, ut quam Achamoth de superioribus in animas bonas depluat, id est animali censui inscriptas. choicum enim genus, id est malas animas, numquam capere salutaria; inmutabilem enim et inreformabilem naturae naturam pronuntiauerunt. id ergo granum seminis spiritalis modicum et paruulum iacitur, sed eruditus huius, ⟨quem⟩ supra diximus, fide augetur atque prouehitur, animaeque hoc ipso ita ceteris praeuerterant, ut Demiurgus tunc ignorans magni eas fecerit. ex earum enim laterculo et in reges et in sacerdotes allegare consueuerat. quae nunc quoque, si plenam atque perfectam notitiam adprehenderint istarum neniarum, naturificatae iam spiritalis condicionis germanitate certam obtinebunt salutem, immo omnimodo debitam.

30. Ideoque nec operationes necessarias sibi existimant nec ulla disciplinae munia obseruant, martyrii quoque eludentes necessitatem qua uolunt interpretatione. hanc enim regulam

15—16] cf. Iren. I 7, 3. 21—206, 2] cf. Iren. I 6, 2.

1 hos *addidi* fontes *F*, fo*tes *M*, romtes *P* (*corr. R*) 2 sententiae *PMFR*[1] (*iudicialis dei intellege*), substantiae *Eng* 8 quam *Eng:* quos *PMF* de *Iun:* in *PMF* 9 censui *R*, sensui *PMF* 11 natura (a *ex* ae *m. 1*) *P* 13 iacitur *scripsi:* iactu *PMF* eruditus *PMFR*[1]. eruditu *R*[3] *uulgo* ⟨quem⟩ supra diximus, fide *scripsi* (supra diximus, *quod in mss. post* prouehitur *inuenitur, huc transposui*): fides *PMF* (*ad rem cf. 202, 13—15;* eruditus *intellege igitur sensu actiuo*) 14 prouehitur, ⟨ut⟩ supra diximus *R*[3] *uulgo* animaeque *PF*, animae quae *M* 15 praeuerterant *Eng:* praeuertant *PMFR*[1], praeuertunt *R*[3] 16 eorum *PR*[1] enim *MF*, ergo *P uulgo* 17 consueuerat, quae *uulgo* 18 naturificatae *PMF* (*cf. supra l. 8:* iam non naturam sed indulgentiam): maturificatae *Iun* 20 *omnimodo *M*

animali semini praestitutam, ut salutem, quam non de priuilegio status possidemus, de suffragio actus elaboremus. nobis enim inscriptura huius seminis, qui imperfectae essentiae sumus, quia norimus Theletum, et utique abortui deputamur, quod mater illorum. sed nobis quidem uae, si excesserimus in aliquo disciplinae iugum, si obtorpuerimus in operibus sanctitatis atque iustitiae, si confitendum alibi nescio ubi et non sub potestatibus istius saeculi apud tribunalia praesidum optauerimus. illi uero de passiuitate uitae et diligentia delictorum generositatem suam uindicent, blandiente suis Achamoth, quoniam et ipsa delinquendo profecit. nam et honorandorum coniugiorum supernorum gratia edicitur apud illos meditandum atque celebrandum semper sacramentum 'comiti', id est feminae, adhaerendi; alioquin degenerem nec legitimum ueritatis, qui deuersatus in mundo non amauerit feminam nec se ei iunxerit. et quid facient spadones, quos uidemus apud illos?

31. Superest de consummatione et dispensatione mercedis. ubi Achamoth totam massam seminis sui presserit, dein colligere in horreum coeperit, [uel] tum ad molas delatum

9—16] cf. Iren. I 6, 4. 17—207, 10] cf. Iren. I 7, 1.

4 norimus *PMFR*[1], amoribus *R*[3] *uulgo* Theletum *scripsi:* philetum *PMFR*[1], Theleti *R*[3] *uulgo* quia norimus Theletum *intellege: quia secundum leges naturae orti sumus; per ironiam alluditur ad Sophiam sine masculo matrem cf. 188, 8—11. (Eng)* deputamur *R*[3], deputatur *PMFR*[1], deputatum *M* (*m. 2*) 5 mater illorum *id est Achamoth, magis uidelicet digna, quae abortui deputetur* uae si *R*[3], quasi *PMFR*[1] 6 aliquo *R*[3], aliquot *PMR*[1], aliquod *F* obtorpuerimus *R*, obtortuerimus *MF*, obtortueribus *P* (*corr. R*) 9 de *F*, et de *PM uulgo* 10 blandiente *R*[3], blandiuntur *PMFR*[1] 11 profecit *R*[3], proficit *PMFR*[1] 12 gratia edicitur *Oehlerus:* gratiae dicitur *PMF* 14 feminae *R*[3], semini *PMFR*[1] adhaerendi *scripsi:* adhaerendum *PMFR*[1], adhaerendo *R*[3] *uulgo* 19 ubi *R*[3], subito *PMFR*[1] massam *PMFR*[1], messem *R*[3] *uulgo* presserit *PMF* (*premere = ausdreschen, cf. uina, mella premere*), messerit *Eng*, perfecerit *Oehlerus* 20 uel *seclusi* tum *scripsi:* cum *PMF*

et defarinatum in consparsionis alutacia absconderit, donec totum confrequentetur, tunc consummatio urgebit. igitur imprimis ipsa Achamoth de regione medietatis, de tabulato secundo in summum transferetur. restitutam Pleromati statim excipit compacticius ille Soter, sponsus scilicet, ⟨et⟩ ambo coniugium nouum fient, — hoc erit in scripturis sponsus ⟨et sponsa⟩ — et sponsalis Pleroma. credas enim, ubi de loco in locum transmigratur, leges quoque Iulias interuenire. sicut ex scaena et Demiurgus tunc de Hebdomade caelesti in superiora mutabit, in uacuum iam caenaculum matris, sciens iam, nec uidens illam. nam si ita erat, semper ignorare maluisset.

32. Humana uero gens in hoc exitus ibit: choicae et materialis notae totum ⟨in⟩ interitum, quia omnis caro foenum. et anima mortalis apud illos, nisi quae salutem fide inuenerit. iustorum animae, id est nostrae, ad Demiurgum in medietatis receptacula transmittentur, — agimus gratias, contenti erimus cum deo nostro deputari — qua census animalis nihil in Pleromatis palatium admittitur, nisi spiritale examen Valentini. illic itaque primo despoliabuntur homines ipsi, id est interiores, —

12—18] cf. Iren. I, 7, 1. 13] Es. 40, 6. 19] cf. Col. 3, 9.

1 alutacia *scripsi* (*saccos alutacios intellego, cf. Iuuen. 14, 282*): salutatia *PMR*^{1}, salutas *F*, aluearia *R*^{3} *uulgo* 2 confrequentetur (*id est colligatur*) *PMFR*^{1}, confermentetur *R*^{3} *uulgo* tunc igitur consummatio urgebit. imprimis *fort.* 3 medietatis *R*, meditatis *PMF* 4 transferetur *PMFR*^{1}, transfertur *R*^{3} *uulgo* *post* transferetur *grauius distinxi* restitutam *scripsi:* restituta *PMF* Pleromati *scripsi:* pleromatie *PMFR*^{1}, pleromati et *R*^{3} *uulgo* excipiet *fort.* 5 compacticius *R*^{3} (*cf. Irenaei* τὸν ἐκ πάντων γεγονότα): comparcinus *PMFR*^{1} et *add. Eng* 6 fient *R*, fiet *PMF* hoc *Eng:* hic *PMF* et sponsa *add. Eng* (*cf. Irenaeum l. c.:* τοῦτο εἶναι νυμφίον καὶ νύμφην) 8 ex scaena *scripsi:* et cainan *PMF*, et scenam *Oehlerus* et demiurgus *PM*, demiurgus *F* 9 mutabit (*sensu intransitiuo*) *R*^{3}, mutauit *PMFR*^{1} 10 sciens iam *R*^{3}, scientiam *PMFR*^{1} 11 maluisset *FR*, maluissent *PM* 13 ⟨in⟩ interitum *scripsi:* interitum *PMF*, ⟨interit⟩ interitum *Oehlerus* 16 *parenthesin indicauit Eng* 17 census animalis nihil *scripsi:* census nihil animale *PMF*, census nihil animalis *Eng* 19 despoliabuntur *scripsi:* despoliantur *PMF*

despoliari autem est deponere animas, quibus induti uidebantur — easque demiurgo suo reddent, [quas ab eo auerterant] ipsi autem spiritus in totum fient intellectuales, neque detentui neque conspectui obnoxii, atque ita inuisibiliter in Pleroma recipientur. furtim, si ita est. quid deinde? angelis distribuentur, satellitibus Soteris. in filios putas? non unus. sed in adparitores? ne istud quidem. sed in imagines? utinam uel hoc! in quid ergo, si non pudet dicere? in sponsas. tunc illi Sabinas raptas inter se de matrimoniis ludent. haec erit spiritalium merces, hoc praemium credendi. fabulae tales utiles, ut Marcus aut Gaius, in hac carne barbatus et in hac anima seuerus maritus pater auus proauus, certe quod sufficit masculus, in nymphone Pleromatis ab angelo — tacendo iam dixi, et forsitan pariat aliquem Onesimum Aeonem. his nuptiis recte deducendis pro face et flammeo tunc, credo, ille ignis arcanus erumpet et, uniuersam substantiam depopulatus, ipse quoque decineratis omnibus in nihilum finietur, et nulla iam fabula. sed ne ego temerarius, qui tantum sacramentum etiam inludendo prodiderim. uerendum mihi est, ne Achamoth, quae se nec filio agnitam uoluit, insaniat, ne Theletus irascatur, ne Fortunáta acerbetur. et tamen homo sum Demiurgi; illuc habeo deuertere post excessum, ubi omnino non nubitur,

14] cf. Phil. 10.

1 autem est *R*, est autem *PMF* 2 demiurgo = *factori;* suo *scil. animarum* quas ab eo auerterant *seclusi* 3 detentui *M* (*m. 2*) *R*, detenui *PMF* 5 recipientur *R*[3], recipiuntur *PMFR*[1] quid *om. F* 6 filios *R*[3], filio *PMFR*[1] non unus *scripsi:* non unius *F,* non *PM uulgo* adparitores *R*[3], adparatoris *PMFR*[1] 7 imagines *R*[3], imaginis *PMFR*[1] hoc. in quid *R*[3], hoc, inquit *PMFR*[1] 8 ergo *R*[3], erro *PMFR*[1] pudet *R*[3], putet *PMFR*[1] sponsas *R*[3], sponsa est *PMFR*[1] 9 inter se de matrimoniis (*id est de coniugibus*) *PMFR*[1], iure matrimonii *R*[3] *uulgo* ludent *scripsi:* laudent *PMFR*[1], plaudent *R*[3], claudent *Oehlerus* 11 et Gaius *F* in hac carne *Iun:* in hanc carnem *PMF* in hac anima *Iun:* haec anima *PMFR*[1], haec omnia *R*[3] *reliqui* 13 nymphone *R*[3], symphone *PMFR*[1] 14 pariat *scripsi:* parias *PMF* Onesimum *PMF*, nouissimum *Lat.* unum et tricesimum *Oehlerus* (*in notis*) 16 erumpet *P*, erumpit *MF* 21 Fortunata *Pam:* fortuna *PMF* 22 post excessum ubi *scripsi:* ubi post excessum *PMF* nubitur *Rig:* obnubitur *PMF*

ubi superindui potius quam despoliari ⟨habeo,⟩ ubi, etsi despolior, sexui meo deputor, angelis non angelus, non angela. nemo mihi quicquam faciet, quem et tunc masculum inuenient.

33. Producam denique uelut epicitharisma post fabulam tantam etiam illa quae, ne ordini obstreperent et lectoris intentionem interiectione dispargerent, hunc malui in locum distulisse, aliter atque aliter commendata ab emendatoribus Ptolomaei. extiterunt enim de schola ipsius discipuli super magistrum, qui duplex coniugium Bytho suo adfingerent: Cogitationem et Voluntatem. una enim satis non erat Cogitatio, qua nihil producere potuisset. ex duabus facillime prolatum secundum coniugium Monogenem ⟨et⟩ Veritatem, ad imaginem quidem Cogitationis feminam Veritatem, ad imaginem Voluntatis marem Monogenem. uoluntatis enim uis, ut quae effectum praestat cogitationi, uirilitatis obtinet censum.

34. Pudiciores alii, honorem diuinitatis recordati, ut etiam unius coniugis dedecus ab eo auellerent, maluerunt nullum Bytho sexum deputare, et fortasse 'hoc deum', non 'hic deus' neutro genere pronuntiant. alii contra magis et masculum et feminam dicunt, ne apud solos Lunenses Hermaphroditum existimet annalium commentator Fenestella.

1] cf. II Cor. 5, 4. 2. 9—14] cf. Iren. I 12, 1. 8] cf. Matth. 10, 24.

1 potius *R*[3], potuit *PMFR*[1] habeo *addidi* 2 angelis non angelus, non angela, *id est inter angelos nec angelus nec angela putabor* 3 mihi *om. F* et tunc *PMF*, nec tunc *Oehlerus* 8 tholomaei *PMF* 9 bythio *PMF* 11 facillime prolatum *PMFR*[1], facillimo prolatu *R*[3] *uulgo* 12 secundum coniugium *Eng* (*Irenaeus:* κατὰ συζυγίαν): primum coniugium *PMF* Monogenem et *R*[3], monogenes *PMFR*[1] imaginem *R*[3], imagines *PMFR*[1] 14 marem monogenem. uoluntatis *om. F* uoluntatis *R*[3], uoluntas *PMR*[1] uis, ut quae *R*[3], uisa utique *PMFR*[1] 15 uirilitatis *scripsi:* ueritatis *PMFR*[1], maris *R*[3] *uulgo* 17 coniugis *PM*, coniugiis *F*, coniugii *Pam* 18 ut *Iun* deum *R*[3], dominum *PMFR*[1] 19 pronuntiant *FR*[3], pronuntient *PMR*[1] 20 Hermaphroditum *R*, herma par oditum *PMF* 21 existimet *R*, existiment *PMF*

35. Sunt, qui nec principatum Bytho defendant, sed postumatum, ogdoadem ante omnia praemittentes, ex tetrade quidem et ipsam sed aliis nominibus deriuatam. primo enim constituunt Proarchen, secundo Anennoëton, tertio Arrheton, quarto Aoraton. ex Proarche itaque processisse primo et quinto loco Archen, ex Anennoëto secundo et sexto loco Acatalepton, ex Arrheto tertio et septimo loco Anonomaston, ex Inuisibili quarto et octauo loco Agenneton. hoc quae ratio disponat, ut singula binis locis et quidem tam intercisis nascantur, malo ignorare quam discere. quid enim recti habent quae tam peruerse proferuntur?

36. Quanto meliores qui totum hoc taedium de medio amoliti nullum Aeonem uoluerunt alium ex alio per gradus reuera Gemonios structum, sed mappa, quod aiunt, missa semel octoiugem istam ex Propatore et Ennoea eius excusam. ex ipso denique rerum motu nomina gerunt. 'cum,' inquiunt, 'cogitauit proferre, hoc Pater dictus est. cum protulit, quia uero protulit, hoc Veritas appellata est. cum semetipsum uoluit probari, hoc Homo pronuntiatus est. quos autem praecogitauit cum protulit, tunc Ecclesia nuncupata est.' sonuit Homo Sermonem, — et hic est primogenitus filius — et Sermoni accessit Vita, et ogdoas prima conclusa est. sed hoc taedium pusillum.

37. Accipe alia ingenia, cicuri iam anima, insignioris apud eos magistri, qui ex pontificali sua auctoritate in hunc modum

1—8] cf. Iren. I 11, 5. 16—22] cf. Iren. I 12, 3.

1 sunt, qui R^3, sunt, inquit, qui *PMFR*[1] 3 sed *Pam:* sed et *PMF* 4 secundo *FR*, secundum *PM* 6 Archen—loco *om. F* 14 Gemonios R^3, gemonio *PMFR*[1] 15 ex Propatore et *scripsi* (*secutus Irenaeum*): et ex parte *PMFR*[1], ex patre et R^3 *uulgo* excusam *Eng:* ex causa *PMR*[1], ex causam *F*, exclusam R^3 16 rerum *PMFR*[1], eius R^3 *uulgo* 18 uero *PMFR*[1], uera R^3 *uulgo* hoc *Eng:* hinc *PMF* 19 hoc *Eng:* hic *PMF* 20 tunc cum protulit *fort.* 21 *parenthesin indicauit Eng* 23 pusillum R^3, non pusillum *PMFR*[1], omnino pusillum *Oehlerus* 24 cicuri iam anima *scripsi:* cicurianiana *PMF*, cicuria [inania] *Eng*, circulatoria *Oehlerus* 25 ex R^3, et *PMFR*[1]

censuit: 'est,' inquit, 'ante omnia Proarche, inexcogitabile et inenarrabile ⟨et⟩ innominabile, quod ego nomino Monoteta. cum hac erat alia uirtus, quam et ipsam appello Henoteta. Monotes et Henotes, id est Solitas et Unitas, cum unum essent, protulerunt, non proferentes, initium omnium intellectuale innascibile inuisibile, quod sermo ⟨Monada⟩ uocauit. huic adest consubstantiua uirtus, quam appellat Unionem. hae igitur uirtutes: Solitas Unitas ⟨Singularitas⟩ Unio ceteras prolationes Aeonum propagarunt.' o differentia! mutetur Unio et Unitas et Singularitas [et suum] et Solitas, quaqua designaueris: unum est.

38. Humanior iam Secundus, ut breuior, ogdoadem in duas tetradas diuidens, in dexteram et sinistram, in lumen et tenebras, tantum quod desultricem et defectricem illam uirtutem non uult ab aliquo deducere Aeonum, sed a fructibus † de substantia ueniant.

39. De ipso iam domino Iesu quanta diuersitas scinditur! hi ex omnium Aeonum flosculis eum construunt; illi ex solis decem constitisse contendunt, quos Sermo et Vita protulerunt, unde et in ipsum Sermonis et Vitae concurrerint tituli; isti ex duodecim potius, ex Hominis et Ecclesiae fetu, ideoque Filium Hominis auite pronuntiatum; alii ⟨a⟩ Christo et Spiritu Sancto, constabiliendae uniuersitati prouisis, confictum et inde paternae appellationis heredem. sunt, qui Filium Hominis ⟨non⟩

1—9] cf. Iren. I 11, 3. 11—15] cf. Iren. I 11, 2. 17—212, 2] cf. Iren. I 12, 4.

2 et *add.* *R*[3] 5 proferentes *R*[3], praeferentes *PMFR*[1] 6 Monada *add.* *R*[3] (*ex Irenaeo*) consubstantiua *R*[3], cum substantia *PMFR*[1] 7 Unionem *scripsi:* unio *PMF* 8 Singularitas *add.* *R*[3] (*ex Irenaeo*) Aeonum *R*[3], eorum *PMFR*[1] 9 et Singularitas *PMFR*[1], Singularitas *R*[3] *uulgo* 10 et suum *seclusi* (*dittographia ortum uidetur ex eo quod sequitur* unum est): est summa *Oehlerus* quaqua *scripsi:* quamquam *PMF* 12 tenebras; tantum *Oehlerus* 15 ueniant *PMF*, uenientibus *Pam; non sequor, quia nec ex Irenaeo hic deficiente nec ex interprete nec ex Epiphanio emendandi rationem accipio* 19 unde *scripsi:* inde *PMF* tituli *Oehlerus:* occuli *PMFR*[1], flosculi *R*[3] 21 auite *PMF* (= *nach dem Großvater*), aiunt *Rig* alii a *R*[3], alii *PMFR*[1] 22 inde *scripsi:* in se *PMFR*[1], iure *R*[3] *uulgo* 23 non *addidi*

aliunde conceperint dicendum, quam quia ipsum Patrem pro magno nominis sacramento Hominem appellasse ⟨se⟩ praesumpserint. et quid amplius speres de eius dei fide, cui nomine adaequaris? talia ingenia superfruticant apud illos ex materni seminis redundantia. atque ita inolescentes doctrinae Valentinianorum in siluas iam exoleuerunt Gnosticorum.

1 quam quia *scripsi:* quamquam *PMF*, quoniam *Iun* 2 se *add. Eng* 3 et *scripsi:* ut *PMF* nomine *scripsi:* nunc *PMF* adaequaris. talia *uulgo* 4 superfruticant *R*, superfructificant *PMF* 5 inolescentes *Lat:* insolescentes *PMF* ADVERSUS VALENTINIANOS EXPLICIT *PM*, Explicit liber aduersus Valentinianos *F*

V.

ADVERSUS OMNES HAERESES.

1 Quorum haereticorum, ut plura praeteream, pauca perstringam. taceo enim Iudaismi haereticos, Dositheum inquam Samaritanum, qui primus ausus est prophetas quasi non in spiritu sancto locutos repudiare, taceo Saducaeos, qui ex huius erroris radice surgentes ausi sunt ad hanc haeresim etiam resurrectionem carnis negare, praetermitto Pharisaeos, qui additamenta quaedam legi adstruendo a Iudaeis diuisi sunt, unde etiam hoc accipere ipsum quod habent nomen digni fuerunt, cum his etiam Herodianos, qui Christum Herodem esse dixerunt: ad eos me conuerto, qui ex euangelio haeretici esse uoluerunt. ex quibus est primus omnium Simon Magus, qui in Actis Apostolorum condignam meruit ab apostolo Petro iustamque sententiam. hic ausus est summam se dicere uirtutem, id est summum deum, mundum autem ab angelis suis institutum. ad daemonem se oberrantem, qui esset sapientia, descendisse quaerendum. apud Iudaeos se

13—214, 1] cf. Iren. I 23, 1—3. 14] cf. Act. 8, 20—23.

2 aduersus omnes haereses incipit feliciter *F*, incipit aduersus omnes haereticos *N*, *deest titulus in P* (*add. m. recentissima:* aduersus omnes haereses seu potius de haeresibus liber); *annexuit hunc libellum libro* de praescriptione haereticorum *editio Gangneiana, separauit denuo Rigaltiana suppressa inscriptione* 3 Quorum *NF*, Duorum *P* (*sed litteram* D *addidit rubrator; minuscula praescripta erat litt.* q) perstringam *P*, praestringam *NF* 7 surgentes *NP* (e *alt. ex* i *a m. 1*), surgentis *F* 9 additamenta *PN*, adimendo *F* legi *Pam:* legis *PNF* adstruendo a *NR*, astruenda *P* (*corr. R*), astruenda a *F* 12 ex *om. F* 15 summam *om. F* 16 uirtutem *PF*, sententiam *N* 17 ad daemonem *Oehlerus:* a daemone *PF*, ac daemone *N* oberrantem *Eng:* oberrante *PN*, errante *F*, errantem *Oehlerus* 18 etiam sapientiam *F* discendi se *PR*[1]

in phantasmate dei non passum, sed esse quasi passum. post hunc Menander ⟨extitit.⟩ discipulus ipsius, similiter magus, eadem dicens quae Simon ipse, [quicquid se Simon dixerat, hoc se Menander esse dicebat,] negans habere posse quemquam salutem, nisi in nomine suo baptizatus fuisset. secutus est post haec et Saturninus, et hic similiter dicens innoscibilem Virtutem, id est deum, in summis et infinitis illis partibus et in superioribus manere, longe autem distanter [et] ab hoc angelos inferiores mundum fecisse. et quia splendor quidam luminis desursum in inferioribus refulsisset, ad similitudinem illius luminis angelos hominem instituere curasse. hunc super terram iacuisse reptantem; cuius lumen illud, id est uirtutem illam superiorem, propter misericordiam scintillam *** saluam esse, cetera hominis perire; Christum in substantia corporis non fuisse et phantasmate tantum quasi passum fuisse; resurrectionem carnis nullo modo futuram esse. postea Basilides haereticus erupit. hic esse dicit summum deum, nomine Abraxan, ex quo mentem creatam, quam Graece νοῦν appellat; inde uerbum, ex illo prouidentiam, ⟨ex prouidentia⟩ uirtutem et sapientiam, ex ipsis inde principatus et potestates et angelos factos, deinde infinitas angelorum editiones et probolas; ab istis angelis trecentos sexaginta quinque caelos

1—5] cf. Iren. I 23, 5. 5—16] cf. Iren. I 24, 1—2. 16—215, 16] cf. Iren. I 24, 3—7.

1 fantasmate *F*, fantasmaten *P* (*del. litt.* n *R*) *N* non *om. F* sed—passum *om. F* 2 extitit *addidi* 3 simon ipse *N*, simoni ipse *P* (i *del. R*), simonis aeque *F* quicquid—dicebat *seclusi* 6 innoscibilem *Iun:* innascibilem *PNF* 7 et infinitis illis *N*, et illis infinitis *PF* 8 distanter *N*, distantur *PF*, distantes *R uulgo* et *del. R* 9 inferiores *PNF*, inferiorem *Urs* 10 defusum *F* 11 angelos curasse *PNF*, *del.* angelos *Urs* 12 cui *Eng* id est uirtutem *scripsi:* et uirtutem *PNF* 13 *lacunam signaui: ex Irenaeo haec suppleo:* <uitae emisisse, quae erexerit hominem. propterea post mortem hanc scintillam>, uitae inmisisse. hanc scintillam *mauult suppleri Eng* 14 cetera R^3, ceteram $PNFR^1$ substantiam *F* 15 fantasmata *F* 17 dicat *F* 18 Abraxan ex *Pam:* abraxaen *P*, abraxen *NF* νοῦν *R*, nus *P* (*corr. R*) *N*, nunc *F* 19 ex prouidentia *ex Irenaeo add. Pam* 21 infirmitas *F*

institutos et mundum in honorem Abraxae, cuius nomen hunc in se habeat numerum computatum. in ultimis quidem angelis, qui et hunc fecerunt mundum, nouissimum ponit Iudaeorum deum, id est deum legis et prophetarum, quem deum negat, sed angelum dicit; huic sortito obtigisse semen Abrahae, atque ideo hunc de terra Aegypti filios Israhel in terram Chanaan transtulisse; hunc turbulentiorem prae ceteris angelis atque ideo et seditiones frequenter et bella concutere, sed et humanum sanguinem fundere; Christum autem, non ab hoc, qui fecerit mundum, sed ab illo Abraxa missum, uenisse in phantasmate, sine substantia carnis fuisse; hunc passum apud Iudaeos non esse, sed uice ipsius Simonem crucifixum esse; unde nec in eum credendum esse, qui sit crucifixus, ne quis confiteatur in Simonem credidisse. martyria negat esse facienda. carnis resurrectionem grauiter impugnat, negans salutem corporibus repromissam. alter haereticus Nicolaus emersit. hic de septem diaconibus, qui in Actis Apostolorum adlecti sunt, fuit. hic dicit tenebras in concupiscentia luminis et quidem foeda et obscoena fuisse; ex hac permixtione pudor est dicere quae foetida et inmunda. sunt et cetera obscoena. aeones enim refert quosdam turpitudinis natos et complexus et permixtiones execrabiles obscoenasque coniuncturas, et quaedam ex ipsis adhuc turpiora. natos praeterea daemones et deos et spiritus septem, et alia satis sacrilega pariter et foeda, quae referre erubescimus et iam praeterimus. satis est nobis, quod totam istam haeresim Nicolaitarum Apocalypsis domini grauissima senten-

16—216, 2] cf. Iren. I 26, 3. 17] cf. Act. 6, 5.

1 mundus *F* honorem *Iun:* honore *PNF* Abraxae *R*³, abranxat *PR*¹, abraxat *NF* 3 qui et *scripsi:* et qui *PNF* 6 de terra Aegypti *NGel*, de terra ex Aegypto *PFR*¹, de terra Aegypto *R*³ in terram *R*³, in terra *PNFR*¹ 8 et (*tertium*) *om. N* 11 phantasmata *F* hunc passum *om. F* apud iudaeos *PN*, a iudaeis *F* 16 repromissum *P* (*corr. R*) 17 diaconibus *NP* (*corr. R* -is *ex* -ibus), diaconis *RF uulgo* 18 concupiscentia *R*³, concupiscentiam *PNFR*¹ et quidem *R*³, sed quidem *PNFR*¹ 20 aeones *Rig* (*ex Epiphan. adu. haer. XXV, 6*): omnes *PNF* 21 complexus *PN*, conplexos *F* 22 obscoenasque coniuncturas *scripsi:* obscoenasque coniunctas *PNF*, obscoenosque coniunctus *Oehlerus* 24 sacrilegia *N*

tiae auctoritate damnauit dicendo: hoc tenes, quia odisti doctrinam Nicolaitarum, quam et ego odi.

2. Accesserunt his haeretici etiam illi, qui Ophitae nuncupantur. nam serpentem magnificant in tantum, ut illum etiam ipsi Christo praeferant. 'ipse enim,' inquiunt, 'scientiae nobis boni et mali originem dedit. huius animaduertens potentiam et maiestatem Moyses, inquiunt, aereum posuit serpentem, et quicumque ipsum aspexerunt, sanitatem consecuti sunt. ipse, aiunt, praeterea Christus in euangelio suo imitatur serpentis ipsius sacram potestatem dicendo: et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis.' ipsum introducunt ad benedicenda eucharistia sua. sed tota istius erroris et scaena et doctrina inde fluxit: dicunt enim de illo summo primario Aeone complures alios Aeones extitisse inferiores, omnibus tamen istis Aeonem antestare, cuius sit nomen Ialdabaoth. hunc autem conceptum esse ex altero Aeone Aeonibus inferioribus permixto, seque postea cum in superiora uoluisset eniti, grauitate materiae permixta sibi non potuisse ad superna peruenire; in medietate relictum extendisse totum et fecisse sic caelum. Ialdabaoth tamen inferius descendisse et fecisse sibi filios septem; quem occlusisse superiora dilatatione, ut, quia angeli, quae superiora essent, scire non possent, ipsum solum deum putarent. uirtutes igitur illas et angelos inferiores hominem fecisse, et quia ab infirmioribus et mediocribus uirtutibus institutus esset, quasi

1] Apoc. 2, 6. 13—217, 4] cf. Iren. I 30, 5—6. 10] Ioh. 3, 14.

1 hoc tenes quia *scripsi:* quia hoc tenes *PNF* 2 odi *N*, odii *PF* 3 ofitę *F*, ossite *N* 5 ipsi enim *F* sciente uobis *F* 6 huius *PF*, huius autem *N* 8 aspexerint *F* ipse R^3, ipsi $PNFR^1$ 10 dicendo NFR^3, docendo PR^1 exaltauit moyses *N* 12 eucharistia = εὐχαριστεῖα 13 et *bis om. F* 15 inferiore omnibus tum istis *F* 16 antestare *om. F* 17 aeonibus R^3, a quibus $PNFR^1$ inferioribus permixto *R*, insertoribus permixtos *F*, insertoribus permixtus *PN* seque *P*, se quae *N*, quae *F* 18 eniti *PN*, empta *F* grauitate *P*, grauitatem *NF* 19 superna *PN*, superiora *F* 20 extendisse <se> R^3 *uulgo* et fecisse *Lat:* effecisse *PNF* ialdabatoh *P* 21 sibi *s. u. P* 22 dilatione *NF* 25 infirmibus *F*

uermem iacuisse reptantem; illum uero Aeonem, ex quo Ialdabaoth processisset, inuidia commotum scintillam quandam iacenti homini inmisisse, qua excitatus per prudentiam saperet et intellegere posset superiora. sic rursum Ialdabaoth istum in indignationem conuersum ex semetipso edidisse uirtutem et similitudinem serpentis, et hanc fuisse uirtutem in paradiso, id est istum fuisse serpentem, cui Eua quasi filio deo crediderat. 'decerpsit,' inquiunt, 'de fructu arboris, atque ideo generi humano scientiam bonorum et malorum contribuit.' Christum autem non in substantia carnis fuisse; salutem carnis sperandam omnino non esse. nec non etiam erupit alia quoque haeresis, quae dicitur Cainaeorum. et ipsi enim magnificant Cain, quasi ex quadam potenti uirtute conceptum, quae operata sit in ipso. nam Abel ex inferiore uirtute conceptum, procreatum et ideo inferiorem repertum. hi qui hoc adserunt, etiam Iudam proditorem defendunt, admirabilem illum et magnum esse memorantes propter utilitates, quas humano generi contulisse iactatur. quidam enim ipsorum gratiarum actionem Iudae propter hanc causam reddendam putant. 'animaduertens enim', inquiunt, 'Iudas, quod Christus uellet ueritatem subuertere, tradidit illum, ne subuerti ueritas posset.' et alii sic contra disputant et dicunt: 'quia potestates huius mundi nolebant pati Christum, ne humano generi per mortem ipsius salus pararetur, saluti consulens generis humani tradidit Christum, ut salus, quae impediebatur per uirtutes, quae obsistebant, ne pateretur Christus, impediri omnino non posset et

4—9] cf. Iren. I 30, 7. 11—18] cf. Iren. I 31, 1.

2 processisset inuidia *PN*, sedere in iudicio *F* 4 istum in *PN*, istam *F* 5 conuersus *F* 7 crediderit *fort.* 10 substantia *R*, substantiam *PNF* 12 Caineorum *R*[3], chaldaeorum *PNFR*[1] 13 quodam *F* potentis *F* 15 inferiorem *R*[3], inferiore *PFR*[1], in inferiore *N* hoc *om.* *F* 16 defendunt proditorem *F* 19 animaduertentes *F* 21 posset *R*, possit *PNF* 22 dicant *F* huius *Pam:* haec *PNF*, hae *R* 23 uolebant *NF* ipsius *PN*, ipse *F* 24 pararetur *PN*, parereturF generis humani *PN*, generi humano *F* 25 qui (*alt. loco*) *F*

ideo per passionem Christi non posset salus humani generis retardari. sed et illa haeresis processit, quae dicitur Sethoitarum. huius peruersitatis doctrina haec est: duos homines ab angelis constitutos, Cain et Abel. propter hos magnas inter angelos contentiones et discordias extitisse. ob hanc causam illam uirtutem, quae super omnes uirtutes esset, quam matrem pronuntiant, dum Abel interfectum dicerent, uoluisse concipi et nasci hunc Seth loco Abelis, ut euacuarentur angeli illi, qui duos priores illos homines condidissent, dum hoc semen mundum oritur et nascitur. permixtiones enim dicunt angelorum et hominum iniquas fuisse, ob quam causam illam uirtutem, quam, sicut diximus, pronuntiant matrem, ad uindictam etiam cataclysmum inducere, ut et illud permixtionis semen tolleretur et hoc solum semen, quod esset purum, integrum custodiretur. sed enim illos, qui seminis illos prioris instituissent, occulte et latenter et ignorante illa matre uirtute cum illis octo animabus in arcam misisse etiam semen Cham, quo semen malitiae non periret, sed cum ceteris conseruatum et post cataclysmum terris redditum exemplo ceterorum excresceret et effunderetur et totum orbem et impleret et occuparet. de Christo autem sic sentiunt, ut dicant illum tantummodo Seth et pro ipso Seth Christum fuisse.

3. Carpocrates praeterea hanc tulit sectam: unam esse

2—22] cf. Epiph. adu. haer. 39, 2. 3. 23—219, 20] cf. Iren. I 25, 1. 2. et Epiph. 27, 1. 2. 4.

2 Sethoitarum *R*, sedtoitarum *NF*, set tortarum *P* 4 magnos *F* 7 interfectum *PF*, interfecto *N* dicerent *R*, dicer *F*, *om. P* (*add.* dicerent *s. u. R ex Hirsaugiensi*) *N*, audiret *siue* uideret (*Eng*) *fort.* (*cf. Epiph. l. c.:* γνοῦσα ὅτι ἀπέκτανται Ἄβελ) uoluisse *F*, uoluisset *P*, uoluisset seth *N* 8 sed (*corr. R*) loco *P* 10 oritur *R*, moritur *PN*, mortem *F* 12 pronuntiant *NR*, pronuntiat *P* (*corr. R*) *F* 15 qui seminis *NR*[3], quo seminis *PR*[1], quos mines *F* prioris *P*, priores *NF* 16 ignoranter illam matrem uirtutem *F* 17 cum illis *om. F* cham *NFR*, cha *P* (*corr. R*) 18 quo *PN*, id est *F* conseruata *P* (*corr. R*) *N* 19 redditum *NR*, reddito *F*, reduto *P* (*corr. R in* reddito) 21 illum dicant *F* 22 Seth *NGR*[3], sed *P* (*corr. R*) *F* et pro ipso (*id est: pro Christo*) *PN*, pro ipsum *F* Seth Christum fuisse *scripsi:* seth ipsum fuisse *PN*, sedit fuisset *F*

dicit uirtutem in superioribus principalem. ex hac prolatos angelos atque uirtutes, quos distantes longe a superioribus [uirtutum] mundum istum in inferioribus partibus condidisse; Christum non ex uirgine Maria natum, sed ex semine Ioseph hominem tantummodo genitum, sane prae ceteris iustitiae cultu, uitae integritate meliorem. hunc apud Iudaeos passum, solam animam ipsius in caelo receptam, eo quod et infirmior et robustior ceteris fuerit; ex quo colligi retenta animarum sola salute nullas corporis resurrectiones. post hunc Cerinthus haereticus erupit, similia docens. nam et ipse mundum institutum esse ab angelis dicit; Christum ex semine Ioseph natum proponit, hominem illum tantummodo sine diuinitate contendens, ipsam quoque legem ab angelis datam perhibens, Iudaeorum deum non dominum, sed angelum promens. huius successor Ebion fuit, Cerintho non in omni parte consentiens, quod a deo dicat mundum, non ab angelis factum. et quia scriptum sit: nemo discipulus super magistrum, nec seruus super dominum, *** legem esse proponit, scilicet ad excludendum euangelium et uindicandum Iudaismum.

4. Valentinus autem haereticus multas introduxit fabulas. has ego circumcidens breuiter expediam. introducit enim Pleroma et

9—14] cf. Iren. I 26, 1. 14—19] cf. Iren. I 26, 2. 17] Matth. 10, 24. 20—220, 8] cf. Iren. I 1, 1. et I 11, 1.

1 esse dicit *NR*, esse discit *P*, dicit esse *F* 3 uirtutum *seclusi,* uirtutibus *G*R^3 condidisse *PN*, contumeliis *F* 5 homine *F* 6 cultu, uitae *G*R^3, cultu iustiae *N*, cultu *P* (*in mg.* uitae *add. R*), uitae *F* integritatem *F* 7 receptam *PN*, rectam *F* infirmior *PNF,* firmior *R uulgo* 8 ceteris *Gel:* ex ceteris *PNF* ex quo R^3, et quo *PNF*R^1 colligi *Eng:* colligeret *PN*, colligere *F*, colligere est *Iun* retenta *scripsi:* tentata *P*, temptata *N*, temptatam *F*, retentata *Oehlerus* 9 solam salutem *F* nullas R^3, multas *PNF*R^1 resurrectionem *F* 10 Cerinthus R^3, corinthus *PNF*R^1 prorupit *N* 11 angelis *Eng:* illis *PNF* 15 Cerintho R^3, corintho *PNF*R^1 non *om. F* 16 a deo *PN*, ab eo *F* 18 *lacunam signaui:* magistrum hunc ac dominum *desidero* esse *PNF*R^1, etiam R^3 *uulgo* 21 circumcidens R^1*mg:* circumdicens *PNF*, circumducens R^3 Pleroma et R^3, pleromate *PN*R^1, pleromata *F*

Aeones triginta; exponit autem hos per synzygias, id est coniugationes quasdam. nam dicit in primis esse Bython et Silentium, ex his processisse Mentem et Veritatem, ex quibus erupisse Verbum et Vitam, de quibus rursum creatum Hominem et Ecclesiam. sed enim ex eis quoque processisse duodecim Aeonas; de Sermone autem et Vita Aeonas alios decem. hanc esse Aeonum triacontada, quae sit in Pleromate. ex ogdoade et decade ac duodecade. tricesimum autem Aeonem Bython illum uidere uoluisse et ad uidendum illum ausum esse in superiora conscendere, et quoniam ad magnitudinem ipsius uidendam capax non fuerit, in defectione fuisse et paene dissolutum esse, nisi, qui missus esset ad constabiliendum illum — ille, quem appellat Horon —, confirmasset illum dicto 'Iao' pronuntiato. istum autem Aeonem in defectione factum, Achamoth, dicit in passionibus desiderii quibusdam fuisse et ex passionibus materias edidisse. 'expauit enim', inquit, 'et extimuit et contristatus est et ex his passionibus concepit et edidit.' [hinc fecit caelum et terram et mare et omnia, quaecumque sunt in eis.] ob quam causam omnia infirma esse et fragilia et caduca et mortalia, [quaecumque sunt ab ipso facta] quoniam quidem ipse fuerit de defectione conceptus atque prolatus. Horon tamen instituisse istum mundum ex his materiis, quas Achamoth uel pauendo uel timendo uel

8—16] cf. Iren. I 2, 2. 19—22] cf. Iren. I 2, 4. 22—221, 4] cf. Iren. I 4, 2.

1 synzygias *P*, sizingias *N*, stingias *F* 2 nam *PN*, nunc *F* 3 processisse semen mentem *PNF*, *del.* semen *Ciacconius* 5 eis *PN*, his *F* 6 hanc *Pam:* haec *PN*, **et *F* 7 sit *F et Hirsaugiensis teste Rhenano.* sint *PN* 8 duo et decade *N* aeonem ad biton *F* 10 uidendum *F* 11 fuerit *scripsi:* fuit *PNF* 12 qui *P*, quia *NF* missus esset *Eng:* misisset *PN*, missis *F* ille—Horon *spurium iudicat Eng* 13 horon *PN*, honor *F* Iao *Pam:* hoc *PNF* pronuntiatio *NF* 14 istum autem *NR*[3], appellat istum autem *P*, appellat autem istum *F* defectione *Eng:* defectionem *PNF* 18 hinc—in eis *seclusi* hinc *PN*, hunc *F* 20 quaecumque—facta *seclusi* 21 de defectione *Oehlerus:* deceptatione *PNFR*[1], de aporiatione *R*[3], de temptatione *Scal* 22 Horon *scripsi (cf. Iren. I 2, 4)*: hunc *PNF* 23 timendo ⟨uel aporiando⟩ *susp. Eng*

contristando uel † suadendo praestiterat. 'nam ex pauore', inquit, 'tenebrae factae sunt, ex timore et ignorantia spiritus nequitiae et malignitatis, ex tristitia et lacrimis humida fontium, fluminum materia marisque.' Christum autem missum ab illo propatore, qui est Bythos. hunc autem in substantia corporis nostri non fuisse, sed spiritale nescio quod corpus de caelo deferentem, quasi aquam per fistulam, sic per Mariam uirginem transmeasse, nihil inde uel accipientem uel mutuantem. resurrectionem huius carnis negat, sed alterius. legis et prophetarum quaedam probat, quaedam improbat, id est omnia improbat, dum quaedam reprobat. euangelium habet etiam suum praeter haec nostra. post hunc extiterunt Ptolomaeus et Secundus haeretici, qui cum Valentino per omnia consentiunt, in illo solo differunt: nam cum Valentinus Aeonas tantum triginta finxisset, isti addiderunt alios complures; quatuor enim primum, deinde alios quatuor adgregauerunt. et quod dicit Valentinus Aeonem tricesimum excessisse de Pleromate, ut in defectionem, negant isti: non enim ex illa triacontada fuisse hunc, qui fuerit in defectione propter desiderium uidendi propatoris. extitit praeterea Heracleon alter haereticus, qui cum Valentino paria sentit, sed nouitate quadam pronuntiationis uult uideri alias sentire. introducit enim in primis

4—20] cf. Iren. I 7, 2 et Epiph. 31, 7. 20—222, 3] cf. Epiph. 36, 2. Philast. cap. 41.

1 contristandum *F* suadendo *PNFR*[1], sudando *R*[3] *uulgo; mihi omnino abundare uidetur hoc membrum* (*cf. 220, 16—18*); *interpolatum uidetur ex Irenaeo I 4, 4.* ex pauore *PN*, exponere *F* 2 et ignorantia *PN*, ignorantiam *F* 3 humidam *F* 5 qui est *PN*, quem *F* bythos *NR*[3], biton *F*, bythion *P* substantiam *F* 9 huius carnis negat = *non huius carnis dicit* (*olim uolui rescribi:* sed alterius <dicit.> *cf. 215, 5*) alteerius legis *uulgo* (*sed cf. Epiphan. l. c.:* μὴ τὸ σῶμα τοῦτο ἀνίστασθαι, ἀλλ ἕτερον ἐξ αὐτοῦ, ὃ δὴ πνευματικὸν καλοῦσι) 10 quaedam inprobat *P* (*corr. m. 1*) 12 praeter haec nostra *PN*, propter nostra *F* ptolomeus *F*, tholomaeus *PN* 15 finxisset *R*, fixisset *P* (*corr. R*) *N*, ficus et *F* 16 quatuor *Pam:* octo *PNF* 18 triacontada *PN*, triacontade *F* 19 defectione *Eng:* defectionem *PNF* 22 alias *PNF*, alia *R uulgo* illud inprimis *F*

illud fuisse quod * pronuntiat, et deinde ex illa monade duo, ac deinde reliquos Aeonas. deinde introducit totum Valentinum.

5. Non defuerunt post hoc Marcus quidam et Colarbasus, nouam haeresim ex Graecorum alphabeto componentes. negant enim ueritatem sine istis posse litteris inueniri, immo totam plenitudinem et perfectionem ueritatis in istis litteris esse dispositam. propter hanc enim causam Christum dixisse: ego sum A et Ω. denique ⟨in⟩ Iesum Christum descendisse, id est columbam in Iesum uenisse, quae Graeco nomine cum περιστερὰ pronuntietur habere secum hunc numerum DCCCI. percurrunt isti Ω, Ψ, X, Φ, Y, T, totum usque ad B, A et computant ogdoadas et decadas ita, afferre illorum omnes uanitates ut ineptum sit et otiosum. quod tamen non tantum iam uanum, sed etiam periculosum sit: alterum deum fingunt praeter creatorem. Christum in substantia negant carnis fuisse, negant carnis resurrectionem futuram.

6. Accedit his Cerdon quidam. hic introducit initia duo, id est duos deos, unum bonum et alterum saeuum, bonum superiorem, saeuum hunc mundi creatorem. hic prophetias et legem repudiat, deo creatori renuntiat, superioris dei filium Christum uenisse tractat, hunc in substantia carnis negat, in phantasmate solo fuisse pronuntiat, nec omnino passum, sed quasi passum, nec ex uirgine natum, sed omnino nec natum. resurrectionem animae tantummodo probat, corporis negat. solum euangelium Lucae nec tamen totum recipit.

8] Apoc. 1, 8. 18—223, 2] cf. Iren. I 27, 1.

1 ⟨dominum⟩ pronuntiat *I. M. Routh* (*ex Philastro*), *sed cf. Epiphan. 36, 2:* ἄνθρωπον δὲ φάσκει εἶναι τὸν ἄνω τῶν ὅλων πατέρα, ὃν καὶ Βυθὸν προσηγόρευσε illa *R*, illo *PNF* 2 deinde (*alt. loco*) *PN*, de ui *F* 4 post hoc *PN*, post h° *F*, post hos *R uulgo* 9 denique = *nam* in *addidi: intellege:* in Iesum descendisse Christum; *olim uerba* Iesum *et* descendisse *spuria iudicabam* 10 quae Graeco nomine *sqq. intellege:* Christus = α + ω = 801; περιστερά = 801 = α + ω; *ergo Christus* = περιστερά. 11 secum hunc *Scal:* secundum *PNF* 12 B, A *scripsi:* alphabeta *PNF*, A, B *R uulgo* 13 decadas ita *Eng:* decadas. ita *uulgo* afferre *R*, auferre *PNF* 14 ut *PNF*, et *Iun* 16 negant *om. F*

apostoli Pauli neque omnes neque totas epistolas sumit. Acta Apostolorum et Apocalypsim quasi falsa reicit. post hunc discipulus ipsius emersit, Marcion quidam nomine, Ponticus genere, episcopi filius, propter stuprum cuiusdam uirginis ab ecclesiae communicatione abiectus. hic ex occasione qua dictum sit: *omnis arbor bona bonos fructus facit, mala autem malos*, haeresim Cerdonis approbare conatus est ⟨et⟩ eadem dicere, quae ille superior haereticus ante dixerat. extitit post hunc Lucanus quidam nomine, Marcionis sectator atque discipulus. et hic per eadem uadens blasphemiae genera eadem docet, quae Marcion et Cerdon docuerant. post hos subsequitur Appelles, discipulus Marcionis, qui posteaquam in carnem suam lapsus est, a Marcione segregatus est. hic introducit unum deum ⟨in⟩ infinitis superioribus partibus. hunc potestates multas angelosque fecisse; propterea et aliam uirtutem, quam dicit, dominum dicit sed angelum ponit. ⟨ab⟩ hoc uult uideri mundum institutum ad imitationem mundi superioris, cui mundo permiscuisse paenitentiam, quia non illum tam perfecte fecisset quam ille superior mundus institutus fuisset. legem et prophetas repudiat. Christum neque in phantasmate dicit fuisse, sicut Marcion, neque in substantia ueri corporis, ut euangelium docet, sed in eo, quo de superioribus partibus descenderit, ipso descensu sideream sibi carnem et aëream contexuisse. hunc in resurrectione singulis quibusque elementis quae in descensu suo mutuatus fuisset in ascensu reddidisse, et sic dispersis quibusque corporis sui

2—8] cf. Iren. I 27, 2. 4] cf. Epiph. 42, 1. 6] Matth. 7, 17. 20—224, 1] cf. Epiph. 44, 2.

1 epistolas pauli apostoli *F* 3 illius *F* 6 fructus bonos *N* 7 et *add. Eng* 8 dicere *PN*, diceret *F*, dicens *Iun*, ⟨ut⟩ diceret *Oehlerus* 10 uadens—eadem *om. P* (*add. R ex Hirsaugiensi*) 11 post hos *PN*, post hoc *F* 12 in carne sua *susp. Eng* 14 in *addidit I. M. Routh* 15 propterea *PNF*, praeterea *Iun* 16 dicit (*alt. loco*) *PN*, dicunt *F* ponit *PN*, ponunt *F* ab *addidit Iun* 18 mundo R^3, mundi $PNFR^1$ 22 in eo, quo (quod *F*) de *PNF*, ideo quod de *Oehlerus*, in *deleuit Iun* (*sed cf. Epiph. 44, 2:* ἐν τῷ κατέρχεσθαι ἀπὸ τῶν ἐπουρανίων) 23 descenderit *scripsi:* descenderet *PNF* 25 mutuatus fuisset *scripsi:* mutatus fuisset *F*, mutata fuissent *PN*

partibus in caelum spiritum tantum reddidisse. hic carnis resurrectionem negat; animarum solarum dicit salutem. solo utitur apostolo, sed Marcionis, id est non toto. habet praeterea priuatas, sed extraordinarias lectiones suas, quas appellant phanerosîs, Philumenes cuiusdam puellae, quam quasi prophetissam sequitur. habet praeterea suos libros, quos inscripsit Syllogismorum, in quibus probare uult quod omnia, quaecumque Moyses de deo scripserit, uera non sint, sed falsa sint.

7. His haereticis omnibus accedit Tatianus quidam alter haereticus. hic Iustini Martyris discipulus fuit; post hunc diuersa sentire coepit. totus enim secundum Valentinum sapit, adiciens illud, quod Adam negat salutem consequi posse, quasi non, si rami salui fiunt, et radix salua sit. accesserunt alii haeretici, qui dicuntur secundum Phrygas, sed horum non una doctrina est. sunt enim, qui kata Proclum dicantur, sunt alii, qui secundum Aeschinen pronuntiantur. hi habent aliam communem blasphemiam, aliam blasphemiam non communem, sed peculiarem et suam: et communem quidem illam, qua in apostolis quidem dicant spiritum sanctum fuisse, paracletum non fuisse, et qua dicant paracletum plura in Montano dixisse quam Christum in euangelio protulisse, nec tantum plura, sed etiam meliora atque maiora. priuatam autem blasphemiam illi, qui sunt kata Aeschinen, hanc habent, qua adiciunt etiam hoc, uti dicant Christum ipsum esse filium et patrem.

9—13] cf. Iren. I 28, 1.

1 caelum *F*, caelo *PN uulgo* 2 *uerba* animarum solarum dicit salutem, *quae in libris mss. paulo infra post* toto *leguntur, huc transtuli* 3 apostolo *F*, et apostolo *PN uulgo*, Paulo apostolo *Eng* 4 priuatus *F* appellant *PNF*, appellat *Rig* 5 quam quasi *R*[3], quamquam si *PNF* prophetismam sic habet *F* 7 quaecunque *PN*, quae *F* 9 tacianus *PN*, taccianus *F* 11 diuersa *Lat:* diuisa *PNF* sapit *R*[3], capit *PNFR*[1] 12 quod Adam *scripsi:* quod iam *PNR*[1], quodam *F*, Adam *R*[3] negat *scripsi:* nec *PNF* 15 sunt *om. F* dicantur *PN*, dicuntur *F* sunt alii—pronuntiantur *om. PR*[1] alii *N Oehlerus:* aliqui *FR* 20 qua *N*, quia *PF* plura *om. F* 21 euangelio *Eng:* euangelium *PNF* 22 autem *om. P* 23 aeschinen *PN*, estineum *F*

8. Est praeterea his omnibus etiam Blastos accedens, qui latenter Iudaismum uult introducere. pascha enim dicit non aliter custodiendum esse, nisi secundum legem Moysi XIIII mensis *. quis autem nesciat, quoniam euangelica gratia euacuatur, si ad legem Christum redigis? accedit his Theodotus, haereticus Byzantius, qui posteaquam Christum, pro nomine adprehensus, negauit, in Christum blasphemare non destitit. doctrinam enim introduxit, qua Christum hominem tantummodo diceret, deum autem illum negaret, ex spiritu quidem sancto ⟨conceptum et⟩ natum ex uirgine, sed hominem solitarium atque nudum, nullo alio prae ceteris nisi sola iustitiae auctoritate. alter post hunc Theodotus haereticus erupit, qui et ipse introduxit alteram sectam: et ipse hominem Christum tantummodo dicit ex spiritu sancto ⟨et⟩ ex uirgine Maria conceptum pariter et natum, sed hunc inferiorem esse quam Melchisedech, eo quod dictum sit de Christo: tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech. nam illum Melchisedech praecipua ex gratia caelestem esse uirtutem, et quod agat Christus pro hominibus, deprecator et aduocatus ipsorum factus, Melchisedech facere pro caelestibus angelis atque uirtutibus. nam esse illum usque adeo Christo meliorem, ut apator sit, ametor sit, agenealogetus sit, cuius neque initium neque finis comprehensus sit aut comprehendi possit.

16] Ps. 109, 4. Hebr. 5, 6.

1 blastos *PNF*, Blastus *R uulgo* 4 *lacunam signaui:* Nisan *uel* Aprilis *desideratur* quoniam *PN*, quomodo *F* 5 redigis *scripsi:* redigit *PN*, redditur *F* theodocus *F* 6 postquam *N* Christum pro *FR*, christi pro *P* (*corr. R sec. Hirsaugiensem*), pro Christi *N* Christi pronomine (= *cognomine, cf. apud Iren. interpretem latinum II 35, 3*) *Eng* 7 adprehensus negauit *F*, adprehensus est *P* (*corr. R sec. Hirsaugiensem*) *G* (*probat Eng*), captus est *N* 10 conceptum et *addidi* (*cf. l. 14*) 11 nullo alio *PNF*, nulla alia *Pam* prae⟨uertentem⟩ ceteris *fort.* (*cf. 205, 15*) 13 sectam: et ipse *scripsi:* sectam et ipsum *PNF* 14 et *addidi* 17 nam illum Melchisedech *om. F* 18 praecipua ex gratia *scripsi:* precipua et gratia *F*, praecipua et graecia *P*, praecipua gracia *N* et quod *scripsi:* eo quod *PNF* 20 factus; Melchisedech *uulgo* 22 agenealogitus *PNF*

sed post hos omnes etiam Praxeas quidam haeresim introduxit, quam Victorinus corroborare curauit. hic deum patrem omnipotentem Iesum Christum esse dicit; hunc, crucifixum passumque, contendit mortuum; praeterea se ipsum sibi sedere ad dexteram suam cum profana et sacrilega temeritate proponit.

1 etiam *om. N* 2 Victor *Oehlerus* (*in notis*) 3 hunc, crucifixum passumque, contendit *Eng:* hunc crucifixum passumque contendit *uulgo* 4 mortuum *PNF,* ⟨et⟩ mortuum *Rig* 6 Explicit liber Tertulliani aduersus omnes haereses *F, in PN subscriptio deest*

VI.

ADVERSVS PRAXEAN.

1. Varie diabolus aemulatus est ueritatem. adfectauit illam aliquando defendendo concutere. unicum deum uindicat, omnipotentem mundi conditorem, ut et de unico haeresim faciat. ipsum dicit patrem descendisse in uirginem, ipsum ex ea natum, ipsum passum; denique ipsum esse Iesum Christum. excidit sibi coluber, quia Iesum Christum post baptisma Iohannis temptans ut filium dei adgressus est, certus filium deum habere uel ex ipsis scripturis, de quibus tunc temptationem struebat: si tu es filius dei, dic, ut lapides isti panes fiant; item: si tu es filius dei, deice te hinc; scriptum est enim, quod mandauit angelis suis super te, — utique pater — ut te manibus suis tollant necubi ad lapidem pedem tuum offendas. aut numquid mendacium euangeliis exprobrabit dicens: 'uiderit Matheus et Lucas, ceterum ego ad ipsum deum accessi, ipsum omnipotentem cominus temptaui; ideo et accessi, ideo et temptaui. ceterum si filius dei esset, numquam illum temptasse dignarer'. sedenim ipse potius a primordio mendax est, et si quem hominem de suo subornauerit, ut Praxean. nam iste primus ex

11] Matth. 4, 3. 12—15] Matth. 4, 6. Luc. 4, 10. 13] cf. Ps. 90, 11. 12. 20] cf. I Ioh. 3, 8.

2 INCIP EIUSDE ADVERSVS PRAXEAN *P*, INCIPIT ADVERSUS PRAXEAM *M*, Incipit liber aduersus Praxean *F* 4 deum *scripsi:* dominum *PMF* 6 uirginem *MFR*^{3}, uirgine *PR*^{1} 8 <sed> excidit *fort.* 11 struebas (s *ex* t) *M* 14 suis (*alt.*) *om.* *F* 16 exprobrabit *R*^{3}, exprobrauit *PMF* 18 comminus *M* 19 temptasse *Urs:* fortasse *PMF* 21 subornauerit *P* (*del.* er *R*) *M*, subornauit *RF*

Asia hoc genus peruersitatis intulit Romanae humo, ⟨homo⟩ et alias inquietus, insuper de iactatione martyrii inflatus ob solum et simplex et breue carceris taedium; quando, et si corpus suum tradidisset exurendum, nihil profecisset, dilectionem dei non habens, cuius charismata quoque expugnauit. nam idem tunc episcopum Romanum, agnoscentem iam prophetias Montani Priscae Maximillae et ex ea agnitione pacem ecclesiis Asiae et Phrygiae inferentem, falsa de ipsis prophetis et ecclesiis eorum adseuerando et praecessorum eius auctoritates defendendo coegit et litteras pacis reuocare iam emissas et a proposito recipiendorum charismatum concessare. ita duo negotia diaboli Praxeas Romae procurauit: prophetiam expulit et haeresim intulit, paracletum fugauit et patrem crucifixit. fruticauerant auenae Praxeanae hic quoque, superseminatae dormientibus multis in simplicitate doctrinae; traductae dehinc per quem deus uoluit etiam euulsae uidebantur. denique cauerat pristinum doctor de emendatione sua, et manet chirographum apud psychicos, apud quos tunc gesta res est. exinde silentium. et nos quidem postea agnitio paracleti atque defensio disiunxit a psychicis. auenae uero illae ubique tunc semen excusserant. id aliquamdiu per hypocrisin subdola uiuacitate latitauit et nunc denuo erupit. sed et denuo eradicabitur, si uoluerit dominus, in isto commeatu; si quo minus, die suo colligentur omnes adulterae fruges et cum ceteris scandalis igni inextinguibili cremabuntur.

2. Itaque post tempus pater natus et pater passus, ipse deus dominus omnipotens, Iesus Christus praedicatur. nos

4] cf. I Cor. 13, 3. 14] cf. Matth. 13, 25. 24] cf. Matth. 13, 30.

1 Romanae humo, ⟨homo⟩ *Eng:* romanae humo *PM*, romano homo *F*. Romae, homo *Urs*, Romam homo *Oehlerus* 3 quando = *quamquam* 8 frigye *PMF* 11 cessare *F* 14 fruticauerant *MPam:* fructificauerant *P*. fructiferant *F* 16 denique cauerat *etc. intellege: denn der Vertreter der Lehre hatte infolge seines Widerrufs den status quo ante gewährleistet* 20 psychicis *Pam:* phisicis *PMF* *auenae *M*, hauenae *F* 21 id *scripsi:* ita *PMF* 24 adultae *F* 25 igne *F* 26 post tempus = *nach einer gewissen Zeit, ut uidetur*

uero et semper et nunc magis, ut instructiores per paracletum, deductorem scilicet omnis ueritatis, unicum quidem deum credimus, sub hac tamen dispensatione, quam oikonomiam dicimus, ut unici dei sit et filius, sermo ipsius, qui ex ipso processerit, per quem omnia facta sunt et sine quo factum est nihil. hunc missum a patre in uirginem et ex ea natum, hominem et deum, filium hominis et filium dei, et cognominatum Iesum Christum; hunc passum, hunc mortuum et sepultum secundum scripturas et resuscitatum a patre et in caelo resumptum sedere ad dexteram patris, uenturum iudicare uiuos et mortuos; qui exinde miserit secundum promissionem suam a patre spiritum sanctum, paracletum, sanctificatorem fidei eorum, qui credunt in patrem et filium et spiritum sanctum. hanc regulam ab initio euangelii decucurrisse, etiam ante priores quosque haereticos, nedum ante Praxean hesternum, probabit tam ipsa posteritas omnium haereticorum quam ipsa nouellitas Praxeae hesterni. quo peraeque aduersus uniuersas haereses iam hinc praeiudicatum sit id esse uerum, quodcumque primum, id esse adulterum, quodcumque posterius. sed salua ista praescriptione ubique tamen propter instructionem et munitionem quorundam dandus est etiam retractatibus locus, uel ne uideatur unaquaeque peruersitas non examinata, sed praeiudicata damnari, maxime haec, quae se existimat meram ueritatem possidere, dum unicum deum non alias putat credendum, quam si ipsum eundemque et patrem et filium et spiritum dicat; quasi non sic quoque unus sit omnia, dum ex uno omnia, per substantiae scilicet unitatem, et nihilominus custodiatur oikonomiae sacramentum, quae unitatem in trinitatem disponit, tres dirigens

4] cf. Ioh. 1, 3.

3 oikonomiam *PMF*, oeconomiam *Rig,* οἰκονομίαν *R* 6 est *om. P* 10 in coelos *Pam* 16 Praxean *R*, praxeam *PMF* 24 meram *in ras. M* 26 spiritum *MP* (*add. R s. u.* sanctum *ex Hirsaugiensi*), spiritum sanctum *FR uulgo* 27 unus sit omnia *scil. pater et filius et spiritus sanctus* 28 oikonomiae *PMF*, οἰκονομίας *R uulgo* 29 dirigens = *contendens esse*

patrem et filium et spiritum, — tres autem non statu, sed gradu, nec substantia, sed forma, nec potestate, sed specie, — unius autem substantiae et unius status et unius potestatis, quia unus deus, ex quo et gradus isti et formae et species in nomine patris et filii et spiritus sancti deputantur. ⟨qui⟩ quomodo numerum sine diuisione patiuntur, procedentes tractatus demonstrabunt.

3. Simplices enim quique, ne dixerim imprudentes et idiotae, quae maior semper credentium pars est, quoniam et ipsa regula fidei a pluribus diis saeculi ad unicum et uerum deum transfert, non intellegentes unicum quidem sed cum sua oikonomia esse credendum, expauescunt, quod oikonomiam numerum et dispositionem trinitatis diuisionem praesumunt unitatis, quando unitas, ex semetipsa deriuans trinitatem, non destruatur ab illa, sed administretur. itaque duos et tres iam iactitant a nobis praedicari, se uero unius dei cultores praesumunt, quasi non et unitas inrationaliter collecta haeresim faciat et trinitas rationaliter expensa ueritatem constituat. 'monarchiam', inquiunt, 'tenemus,' et ita sonum ipsum uocaliter exprimunt etiam Latini et tam opifice, ut putes illos tam bene intellegere monarchiam quam enuntiant. [sed monarchiam sonare student Latini, oikonomiam intellegere nolunt etiam Graeci.] at ego, si quid utriusque linguae praecerpsi, monarchiam nihil aliud significare scio quam singulare et unicum imperium; non tamen praescribere monarchiam ideo,

1 spiritum *PM*, spiritum sanctum *FR uulgo* *parenthesin indicaui, sed nescio, an duplex uerborum recensio hic sit agnoscenda* 5 qui *addidi:* quomodo ⟨autem⟩ *Urs* 6 retractatus *Pam* 12 oikonomia *PMF*, οἰκονομίᾳ *R uulgo* expauescunt, quod *Eng:* expauescunt ad *PMF* ikonomiam *PMF*, οἰκονομίαν *R uulgo* οἰκονομίαν, numerum *uulgo*, oikonomiam, numerum *Eng* 13 numerus = *plures* (*cf. supra l. 6 et adu. Marc. cap. 5:* post unum enim numerus) 14 quando = *während doch* 19 inquiunt *FR*, inquit *PM* sonum R^3, solium PMR^1, solum *F* istum *fort.* 20 et tam opifice (= *so meisterlich*) $PMFR^1$, etiam Opici R^3, etiam modifice *Oehlerus* 21 sed monarchiam—etiam Graeci *seclusi* 22 oikonomiam *PMF*, οἰκονομίαν *R uulgo* 23 at ego *PM*, at uero *F*

quia unius sit, eum, cuius sit, aut filium non habere aut ipsum se sibi filium fecisse aut monarchiam suam non per quos uelit administrare. atquin nullam dico dominationem ita unius sui esse, ita singularem, ita monarchiam, ut non etiam per alias proximas personas administretur, quas ipsa prospexerit officiales sibi. si uero et filius fuerit ei, cuius monarchia sit, non statim diuidi eam et monarchiam esse desinere, si particeps eius adsumatur et filius, sed proinde illius esse principaliter, a quo communicatur in filium, et dum illius est, proinde monarchiam esse, quae a duobus tam unitis continetur. igitur si et monarchia diuina per tot legiones et exercitus angelorum administratur, sicut scriptum est: milies centies centena milia adsistebant ei, et milies centena milia apparebant ei, nec ideo unius esse desiit, ut desinat monarchia esse, quia per tanta milia uirtutum procuratur: quale est, ut deus diuisionem et dispersionem pati uideatur in filio et in spiritu sancto, secundum et tertium sortitis locum, tam consortibus substantiae patris, quas non patitur in tot angelorum numero, et quidem tam ⟨alienorum⟩ a substantia patris? membra et pignora et instrumenta et ipsam uim ac totum censum monarchiae euersionem deputas eius? non recte. malo te ad sensum rei quam ad sonum uocabuli exerceas. euersio enim monarchiae illa est tibi intellegenda, cum alia dominatio suae condicionis et proprii status ac per hoc aemula superducitur, cum alius deus infertur aduersus creatorem, † tunc male, cum plures, secundum Valentinos et Prodicos; tunc in monarchiae euersionem, cum in creatoris destructionem.

12] Dan. 7, 10.

1 eum *Rig:* eius *PMF* non *om. P (add. in mg. m. 1)* 3 uelit *RF*, uenit *PM* 10 unitis *Eng:* unicis *PMF* 15 quia *om. F* 19 et quidem tam ⟨alienorum⟩ *Gel:* et quidem tam *PMF*, et quid? demta *Eng*, ecquid nata *Oehlerus* 20 patris membra *Oehlerus Eng* 24 alio *P* 26 tunc male *PMF*, cum Marcione *Oehlerus*, tunc mage (= *magis*) *Eng: mihi totus hic locus inde a uerbis* cum alius deus *usque in finem capitis interpolatoris esse uidetur; quo remoto quae in initio insequentis capitis leguntur arctissime se applicant ad uerba* euersio—superducitur 26 Prodicos *R*[3]*mg.* (*cf. I pag. 178, 29*): prodigos *PMFR*[1], Proclos *R*[3]

4. Ceterum qui filium non aliunde deduco, sed de substantia patris, nihil facientem sine patris uoluntate, omnem a patre consecutum potestatem, quomodo possum de fide destruere monarchiam, quam a patre filio traditam in filio seruo? hoc mihi et in tertium gradum dictum sit, quia spiritum non aliunde ⟨de⟩puto quam a patre per filium. uide ergo, ne tu potius monarchiam destruas, qui dispositionem et dispensationem eius euertis in tot nominibus constitutam, in quot deus uoluit. adeo autem manet in suo statu, licet trinitas inferatur, ut etiam restitui habeat patri a filio, siquidem apostolus scribit de ultimo fine: cum tradiderit regnum deo et patri. oportet enim eum regnare usque dum ponat inimicos eius deus sub pedes ipsius, — scilicet secundum psalmum: sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum — cum autem subiecta erunt illi omnia absque eo. qui ei subiecit omnia, tunc et ipse subicietur illi, qui ei subiecit omnia, ut sit deus omnia in omnibus. uidemus igitur non obesse monarchiae, [filium] etsi hodie apud filium est, quia et in suo statu est apud filium et cum suo statu restituetur patri a filio. ita eam nemo hoc nomine destruet, ⟨si⟩ filium admittat, cui et traditam eam a patre et a quo quandoque restituendam patri constat. hoc uno capitulo epistolae apostolicae potuimus iam et patrem et filium ostendisse duos esse, praeterquam ex nominibus patris et filii etiam ex eo, quod qui tradidit regnum et cui tradidit, item qui subiecit ⟨et cui subiecit⟩ duo sint necesse est.

5. Sed quia duos unum uolunt esse, ut idem pater et filius habeatur, oportet et totum de filio examinari, an sit et

11] I Cor. 15, 24. 12] I Cor. 15, 25. 14] Ps. 109, 1. 16] I Cor. 15, 28.

6 deputo *scripsi:* puto *PMF* 9 in suo statu manet *F* 11 fine: ⟨tunc finis,⟩ *fort.* 16 illi *om. F* 19 filium *seclusi* 22 si *addidit R*[3], *om. PMFR*[1] 26 qui tradidit et cui tradidit regnum *P* (*inuertit ordinem R sec. Hirsaugiensem*) 27 subicit *P* (e *s. u. add. R*) et cui subiecit *add. R*, *om. PMF* 28 esse uolunt *F* 29 oportet in totum *fort.*

qui sit et quomodo sit, et ita res ipsa formam suam scripturis, et interpretationibus earum patrocinantem, uindicabit. aiunt quidam et Genesim in Hebraico ita incipere: in principio deus fecit sibi filium. hoc ut firmum non sit, alia me argumenta deducunt de ipsa dei dispositione, qua fuit ante mundi constitutionem ad usque filii generationem. ante omnia enim deus erat solus, ipse sibi et mundus et locus et omnia, solus autem, quia nihil aliud extrinsecus praeter illum. ceterum ne tunc quidem solus; habebat enim secum quam habebat in semetipso, rationem suam scilicet. rationalis enim deus, et † ratio in ipsum prius et ita ab ipso omnia. quae ratio sensus ipsius est, hanc Graeci λόγον dicunt, quo uocabulo etiam sermonem appellamus, ideoque iam in usu est nostrorum per simplicitatem interpretationis sermonem dicere in primordio apud deum fuisse, cum magis rationem competat, [antiquiorem haberi] quia non sermonalis a principio sit rationalis deus [etiam ante principium] et quia ipse quoque sermo ratione consistens priorem eam ut substantiam suam ostendat. tamen et sic nihil interest. nam etsi deus nondum sermonem suum miserat, proinde eum cum ipsa et in ipsa ratione intra semetipsum habebat, tacite cogitando et disponendo secum quae per sermonem mox erat dicturus. cum ratione enim sua cogitans atque disponens ⟨sermone,⟩ sermonem eam efficiebat, quam sermone tractabat. id quo facilius intellegas, ex te ipso, amo, recognosce ut ex imagine et similitu-

11] cf. Ioh. 1, 3. 25] cf. Gen. 1, 26.

1 ipsa res *P* (*inuertit ordinem R*) 2 patrocinantem *scripsi:* patrocinantibus *PMF* 3 quidam *Ciacconius:* quidem *PMF* 5 argumenta me *F* deducunt = *docent, ut deductor (229, 1) = doctor* de *scripsi:* ab *PMF* 8 aliud *om. P* 10 rationem, suam scilicet *Oehlerus* 11 ipsum *MP* (*corr.* ū *in* o *R*), ipso *FR uulgo* et ratio in ipsum ⟨ipso⟩ prius et ita ab ipso alia *fort.* 12 est. hanc *uulgo* ΛΟΓΟΝ *M*, logon *PF* 16 competat *scil.* dicere in primordio apud deum fuisse antiquiorem haberi *seclusi* 17 sit *scripsi:* sed *PMF* etiam ante principium *seclusi* 23 sermone *addidi* 24 id quo *scripsi:* id quod *MF*, idque quo *P* 25 amo, recognosce *scripsi:* amore cognosce *MF*, a me recognosce *P*, ante recognosce *Urs*

dine dei, quod habeas et tu in temetipso rationem, qui es animal rationale, a rationali scilicet artifice non tantum factus, sed etiam ex substantia ipsius animatus. uide, cum tacitus tecum ipse congrederis ratione, hoc ipsum agi intra te occurrente ea tibi cum sermone ad omnem cogitatus tui motum, ad omnem sensus tui pulsum. quodcumque cogitaueris, sermo est; quodcumque senseris, ⟨o⟩ratio est. loquaris illud necesse est in animo, et dum loqueris, conlocutorem pateris sermonem, in quo inest haec ipsa ratio, qua cum eo cogitans loquaris, per quem loquens cogitas. ita secundus quodammodo in te est sermo. [per quem loqueris cogitando et per quem cogitas loquendo; ipse sermo alius est.] quanto ergo plenius hoc [agitur] in deo, cuius tu quoque imago et similitudo censeris? [quod habeat in se etiam tacendo rationem et in ratione sermonem] possum itaque non temere praestruxisse et tunc deum ante uniuersitatis constitutionem solum non fuisse, habentem in semetipso proinde rationem et in ratione sermonem, quem secundum a se fecerat agitando intra se.

6. Haec uis et haec diuini sensus dispositio apud scripturas etiam in sophiae nomine ostenditur. quid enim sapientius ratione dei siue sermone? itaque sophiam quoque exaudi ut secundam personam conditam: primo dominus creauit me initium uiarum in opera sua, priusquam terram faceret, priusquam montes collocarentur; ante omnes autem colles generauit me, in sensu suo scilicet condens et generans. dehinc adsistentem eam ⟨in⟩ ipsa operatione cognosce:

22] Prou. 8, 22. 23. 25.

1 quod *MF*, quo *P*, quam *Urs* 4 agi *R*[3], age *PMR*[1] 7 oratio *scripsi:* ratio *PMF* necesse est in animo *MP* (*inuertit ordinem R secund. Hirsaugiensem*), in animo necesse est *FR uulgo* 9 in quo est lex ipsa ratio *F* 10 secundus = *secunda, id est alia persona* (*cf. supra* conlocutorem pateris sermonem *et quae infra sequuntur l. 15 sqq.*) 11 per quem—alius est *seclusi* 12 quanto *R*[3], quando *PMFR*[1] 13 agitur *seclusi* 14 quod habeat—sermonem *seclusi* 18 fecerat *scripsi:* faceret *PMF* cogitando *susp. Eng* 22 secundam *MFR*, secundum *P* (*corr. R*) 26 ⟨in⟩ ipsa operatione *scripsi* (*cf.* 237, 3 *operari = creare; operatio igitur = creatio cf. 262, 12*): ipsa separatione *PMF*

cum pararet, inquit, caelum, aderam illi simul; et quomodo fortia faciebat super uentos quae sursum nubila, et quomodo tutos ponebat fontes eius, quae sub caelo, ego eram cum illo compingens, ego eram, ad quem gaudebat; cotidie autem oblectabar in persona ipsius. iam, ut primum deus uoluit ea, quae cum sophiae ratione et sermone disposuerat intra se, in substantias et species suas edere, ipsum primum protulit sermonem, habentem in se indiuiduas suas ⟨socias,⟩ rationem et sophiam, ut per ipsum fierent uniuersa, per quem erant cogitata atque disposita, immo et facta iam, quantum in dei sensu. hoc enim eis deerat, ut coram quoque in suis speciebus atque substantiis cognoscerentur et tenerentur.

7. Tunc igitur etiam ipse sermo speciem et ornatum suum sumit, sonum et uocem, cum dicit deus: fiat lux. haec est natiuitas perfecta sermonis, dum ex deo procedit. conditus ab eo primum ad cogitatum in nomine sophiae: dominus condidit me initium uiarum, dehinc generatus ad effectum: cum pararet caelum, aderam illi, exinde, eum patrem sibi faciens, de quo procedendo *, filius factus est, primogenitus, ut ante omnia genitus, et unigenitus, ut solus ex deo genitus, proprie de uulua cordis ipsius, secundum quod et pater ipse testatur: eructauit cor meum sermonem optimum. ad quem deinceps gaudens proinde gaudentem in persona illius: filius meus es tu, ⟨inquit,⟩ ego hodie genui te, et: ante luciferum genui te. sic et filius ex

1] Prou. 8, 27. 28. 30. 15] Gen. 1, 3. 17] Prou. 8, 22. 19] Prou. 8, 27. 23] Ps. 44, 2. 25] Ps. 2, 7. 26] Ps. 109, 3.

1 quomodo (= ὡς) *PM*, quom *R*, cum *reliqui* 3 quomodo *PMF*, quom *R*, cum *reliqui* 4 quem *PMFR*[1], quam *R*[3] *uulgo* 6 iam *scripsi:* nam *PMF* 8 edere *R*, sedere *PMF* 9 socias *addidi* rationem et sophiam *Urs:* rationes sophiam *PMF* 19 illi ⟨simul.⟩ exinde *Pam* 20 patrem *MF*, parem *P uulgo* *lacunam signaui:* generatur *intercidisse puto* (*cf. 236, 15*) 24 gaudentem in *Pam:* gaudenti in *PMFR*[1], gaudentem *R*[3] 25 inquit *addidi* 26 et ante luciferum genui te *om. F*

sua persona profitetur patrem in nomine sophiae: dominus condidit me initium uiarum in opera sua; ante omnes autem colles generauit me. nam si hic quidem sophia uidetur dicere conditam se a domino in opera et uias eius, alibi autem per sermonem ostenditur omnia facta esse et sine illo nihil factum, sicut et rursum: sermone eius caeli confirmati sunt et spiritu eius omnes uires eorum, utique eo spiritu, qui sermoni inerat, apparet unam eandemque uim esse nunc in nomine sophiae nunc in appellatione sermonis, quae initium accepit uiarum in dei opera et quae caelum confirmauit, per quam omnia facta sunt et sine qua nihil factum est. nec diutius de isto, quasi non ipse sit sermo et in sophiae et in rationis et in omnis diuini animi et spiritus nomine, qui filius factus est dei, de quo prodeundo generatus est. ergo, inquis, das aliquam substantiam esse sermonem, spiritu et sophiae traditione constructam? plane. non uis enim eum substantiuum habere in re per substantiae proprietatem, ⟨ne⟩ ut res et persona quaedam uideri possit et ita capiat secundus a deo constitutus duos efficere patrem et filium, deum et sermonem. quid est enim, dicis, sermo, nisi uox et sonus oris et, sicut grammatici tradunt, aer offensus, intellegibilis auditu, ceterum uacuum nescio quid et inane et incorporale? at ego nihil dico de deo inane et uacuum prodire potuisse, ut non de inani et uacuo prolatum, nec carere substantia quod de tanta substantia processit et tantas substantias fecit; fecit enim et ipse quae facta sunt

1] Prou. 8, 22. 25. 5] cf. Ioh. 1, 3. 6] Ps. 32, 6. 10] cf. Prou. 8, 22. cf. Ps. 32, 6. 11] cf. Ioh. 1, 3.

2 in opera sua *RF*, in sua opera *M* (*corr. m. 1*) *P* 8 sermonẹ (i *supra*) *M* 14 est *om. P* (*add. R in mg. ex Hirsaugiensi*) 15 dare = *annehmen, ut uidetur* 17 plane. non uis enim *MFGR*, plane nouimus *P* 18 ne *addidi* (ut res et persona *intellege: sicut res ita et persona*) 19 capiat R^3, capias $PMFR^1$ 20 dicis *scripsi:* dices *PMF* 21 sermo *R*, sermoni *P* (*corr. R*) *MF* 24 prodire *R*, prodere *P* (*corr. R*) *MF* 25 quod de tanta substantia *om. P* (*add. R ex Hirsaugiensi*) 26 tantas substantias *RF*, tanta substantias *M* (tantas *m. 3*), tanta substantia *P* (*corr. R*)

per illum. ⟨aut⟩ quale est, ut nihil sit ipse, sine quo nihil factum est, ut inanis solida et uacuus plena et incorporalis corporalia sit operatus? nam etsi potest aliquando quid fieri diuersum eius, per quod fit, nihil tamen potest fieri per id, quod uacuum et inane est. ⟨si⟩ uacua et inanis res est sermo dei, qui filius dictus est? qui ipse deus cognominatus est? et sermo erat apud deum, et deus erat sermo. scriptum est: non sumes nomen dei in uanum: hic certe est, qui in effigie dei constitutus non rapinam existimauit esse se aequalem deo. in qua effigie dei? utique in aliqua, non tamen in nulla. quis enim negabit deum corpus esse, etsi deus spiritus est? spiritus enim corpus sui generis in sua effigie. sed si et inuisibilia illa, quaecumque sunt, habent apud deum et suum corpus et suam formam, per quae soli deo uisibilia sunt, quanto magis quod ex ipsius substantia emissum est sine substantia non erit? quaecumque ergo substantia sermonis fuit, illam dico personam et illi nomen filii uindico et, dum filium agnosco, secundum a patre defendo.

8. Hic si qui putauerit me probolen aliquam introducere, id est prolationem rei alterius ex altera, quod facit Valentinus, alium atque alium Aeonem de Aeone producens, primo quidem dicam tibi: non ideo non utitur et ueritas uocabulo isto et re ac censu eius, quia et haeresis utatur; immo haeresis potius ex ueritate accepit quod ad mendacium suum strueret. prolatus est sermo dei an non? hic mecum gradum fige. si prolatus est, cognosce probolen ueritatis, et uiderit haeresis,

6] Ioh. 1, 1. 7] Ex. 20, 7. 8] Phil. 2, 6. 13] cf. Rom. 1, 20.

1 aut *addidi* 5 si *addidi* 6 dictus est, qui *uulgo* cognominatus est. et *uulgo* 8 uanum. hic *uulgo* 10 aliqua *scripsi:* alia *PMF* 11 negabit *R*³, negauit *PMFR*¹ deus *om. P* (*add. R ex Hirsaugiensi*) 13 si et *scripsi:* et si *PMF* 15 substantia emissum *R*³, substantiae missum *PMFR*¹ 19 hic *Lat:* hoc *PMF reliqui* probolē *PMF*, προβολήν *uulgo* si putauerint probolen *F* 22 utitur *FR*¹, utatur *PMGR*³ *uulgo* 23 ac censu *R*³, accessu *PMFR*¹ utatur *scripsi:* utitur *PMF* 26 probolen *PMF*, προβολήν *R uulgo*

si quid de ueritate imitata est. iam nunc quaeritur, quis quomodo utatur aliqua re et uocabulo eius. Valentinus probolas suas discernit et separat ab auctore et ita longe ab eo ponit, ut Aeon patrem nesciat; denique desiderat nosse nec potest, immo et paene deuoratur et dissoluitur in reliquam substantiam. apud nos autem solus filius patrem nouit et sinum patris ipse exposuit et omnia apud patrem audiuit et uidit et quae mandatus est a patre, ea et loquitur; nec suam, sed patris perfecit uoluntatem, quam de proximo, immo de intimo nouerat. quis enim scit quae sint in deo, nisi spiritus, qui in ipso est? sermo autem spiritu structus est, et ut ita dixerim, sermonis corpus est spiritus. sermo ergo et in patre semper, sicut dicit: ego in patre, et apud deum semper, sicut scriptum est: et sermo erat apud deum et numquam separatus a patre, aut alius a patre, quia: ego et pater unum sumus. haec erit probola ueritatis, custos unitatis, qua prolatum dicimus filium a patre, sed non separatum. protulit enim deus sermonem, quemadmodum etiam paracletus docet, sicut radix fruticem et fons fluuium et sol radium. nam et istae species probolae sunt earum substantiarum, ex quibus prodeunt. nec dubitauerim filium dicere et radicis fruticem et fontis fluuium et solis radium, quia omnis origo parens est et omne, quod ex origine profertur, progenies est, multo magis sermo dei, qui etiam proprie nomen filii accepit. nec frutex tamen a radice nec fluuius a fonte nec radius a sole discernitur, sicut nec a deo sermo. igitur secundum horum exemplorum formam profiteor me duos dicere deum

6] cf. Matth. 11, 27. 7] cf. Ioh. 1, 18. 8] cf. Ioh. 8, 26. 9] cf. Ioh. 6, 38. 10] cf. I Cor. 2, 11. 13] Ioh. 14, 11. 14] Ioh. 1, 1. 15] Ioh. 10, 30.

1 imitata (a *alt. ex* e) *M* 2 probolas *PMF*, προβολάς *uulgo* 9 de intimo *scripsi:* de initio *PMF* 16 probola *PMF*, προβολή *uulgo* 17 [se]paratum *M*, separatum FGR^3, paratum PR^1 20 probolae *PMF*, προβολαί *uulgo* 21 radices *P* (*corr. R*) 23 et origine *P* (*corr. R*) 26 discernunt *P* (*corr. R*)

et sermonem eius, patrem et filium ipsius. nam et radix et frutex duae res sunt, sed coniunctae; et fons et flumen duae species sunt, sed indiuisae; et sol et radius duae formae sunt, sed cohaerentes. omne, quod prodit ex aliquo, secundum sit eius necesse est, de quo prodit, non ideo tamen est separatum. secundus autem ubi est, duo sunt, et tertius ubi est, tres sunt. tertius enim est spiritus a deo et filio, sicut tertius a radice fructus ex frutice et tertius a fonte riuus ex flumine et tertius a sole apex ex radio. nihil tamen a matrice alienatur, a qua proprietates suas ducit. ita trinitas per consertos et conexos gradus a patre decurrens et monarchiae nihil obstrepit et oikonomiae statum protegit.

9. Hanc me regulam professum, qua inseparatos ab alterutro patrem et filium et spiritum testor, tene ubique, et ita quid quomodo dicatur agnosces. ecce enim dico alium esse patrem et alium filium et alium spiritum, — male accipit idiotes quisque aut peruersus hoc dictum, quasi diuersitatem sonet et ex diuersitate separationem protendat patris et filii et spiritus sancti; necessitate autem hoc dico, cum eundem patrem et filium et spiritum contendunt, aduersus oikonomian monarchiae adulantes — non tamen diuersitate alium filium a patre, sed distributione, nec diuisione alium, sed distinctione, quia non sint idem pater et filius, uel modulo alius ab alio ⟨alii.⟩ pater enim tota substantia est, filius uero deriuatio totius et portio, sicut ipse profitetur: quia pater maior me est. a quo et minoratus canitur in psalmo modi-

25] Ioh. 14, 28. 26] cf. Ps. 8, 6.

12 oikonomiae *PMF*, οἰκονομίας *uulgo* 15 quid modo quo modo *P* (*corr. R*) 16 *parenthesin indicaui:* spiritum. male *uulgo; non tamen refragarer secludenti ea quae infra leguntur:* non tamen diuersitate— distinctione, *quae haud scio an prior auctoris manus sint* accipit *M*, accepit *PF uulgo* 18 portendat *Iun* 19 spiritus sancti *PM*, spiritus *FR uulgo* 20 oikonomian *PMF*, οἰκονομίαν *uulgo* 23 sint *scripsi:* sit *PMF* 24 alii *addidi* (*intellege: quippe qui etiam modulo alius ab alio diuersi sint*) 26 minoratus R^3, minor natu $PMFR^1$ modicum R^3 modico R^1, dico *PMF*

cum quid citra angelos. sic et pater alius a filio, dum filio maior, dum alius qui generat, alius qui generatur, dum alius qui mittit, alius qui mittitur, dum alius qui facit, alius per quem fit. bene, quod et dominus usus hoc uerbo in persona paracleti non diuisionem significauit, sed dispositionem: rogabo enim, inquit, patrem, et alium aduocatum mittet uobis, spiritum ueritatis, sic alium a se * paracletum, quomodo et nos a patre alium filium, ut tertium gradum ostenderet in paracleto, sicut nos secundum in filio propter oikonomiae obseruationem. ipsum, quod pater et filius dicuntur, nonne alius ab alio ⟨alius⟩ est? utique enim omnia quod uocantur, hoc erunt, et quod erunt, hoc uocabuntur, et permiscere se diuersitas uocabulorum non potest omnino, quia nec rerum, quarum erunt uocabula. est, est, non, non; nam quod amplius est, hoc a malo est.

10. Ita ut pater, et filius est, et ⟨ut⟩ neque dies eadem et nox, neque pater idem et filius, ut sint ambo unus et utrumque alter, quod uanissimi isti Monarchiani uolunt. 'ipse se', inquiunt, 'filium sibi fecit'. atquin pater filium facit et patrem filius, et qui ex alterutro fiunt, a semetipsis sibi fieri nullo modo possunt, ut pater se sibi filium faciat et filius se sibi patrem praestet. quae instituit deus, etiam ipse custodit. habeat necesse est pater filium, ut pater sit, et filius patrem, ut filius sit. aliud est autem habere, aliud esse. uerbi gratia, ut maritus sim, habeam oportet uxorem, non ipse mihi ero uxor. sic etiam, ut pater sim, filium habebo, non ipse mihi ero filius, et ut filius sim, patrem habebo, non ipse mihi ero

5] Ioh. 14, 16. 14] Matth. 5, 37.

7 *lacunam signaui:* demonstrans *uel tale aliquod participium intercidit* 9 oikonomiae *PMF*, οἰκονομίας *uulgo* 10 ipsum *FR*, ipsud *PM* 11 alius *scripsi:* aliud *PMF* alius *addidi* 12 permiscere se *PM*, permisceri *F* 16 ut pater, et *scripsi:* aut pater aut *PMF* ut *add. Eng* 21 filium —sibi *om. P* (*add. R in mg. ex Hirsaugiensi*) 26 habebo *scripsi* (*sic et infra l.* 27)*:* habeo *PMF*

pater. quae enim me faciunt si habuero, tunc ero: pater, si filium habeam, filius, [ero] si patrem. porro si ipse ero quid eorum, iam non habeo quod ipse ero: nec patrem, quia ipse ero pater, nec filium, quia ipse ero filius. in quantum autem alterum ex his habere me oportet, alterum esse, in tantum, si utrumque fuero, alterum non ero, dum alterum non habeo. si enim ipse ero filius, qui et pater, iam non habeo filium, sed ipse sum filius. non habendo autem filium, dum ipse sum filius, quomodo pater ero? habere enim filium debeo, ut pater sim. non sum ergo filius, quia patrem non habeo, qui facit filium. aeque si ipse sum pater, qui et filius, iam non habeo patrem, sed ipse sum pater. non habendo autem patrem, dum ipse sum pater, quomodo filius ero? habere enim patrem debeo, ut filius sim. non ergo ero pater, quia filium non habeo, qui facit patrem. hoc erit totum ingenium diaboli, alterum ex altero excludere, dum utrumque in unum sub monarchiae fauore concludens neutrum haberi facit, ut et pater non sit, qui scilicet filium non habet, et filius non sit, qui aeque patrem non habet; dum enim pater est, filius non erit, ***. sic monarchiam tenent qui nec patrem nec filium continent. sed nihil deo difficile: quis hoc nesciat? et: impossibilia apud saeculum possibilia apud deum: quis ignoret? et: stulta mundi elegit deus. ut confundat sapientia: legimus omnia. 'ergo', inquiunt, 'difficile non fuit deo ipsum se et patrem et filium facere aduersus traditam formam rebus humanis. nam et sterilem parere contra naturam difficile deo non fuit, sicut nec uirginem'. plane nihil deo difficile. sed si tam abrupte in praesumptionibus nostris hac sententia utamur, quiduis de deo confingere poterimus.

21] Hiob 42, 2. cf. Gen. 18, 14. 22] Luc. 18, 27. 23] I Cor. 1, 27.

1 tunc *PM*, emic *F* tunc ero pater *uulgo* 2 ero *seclusi* 11 aeque *PF*, ae *M* (que *add. in mg. m. 1*) 20 *lacunam signaui:* et dum filius est, pater non erit *supplenda censeo* 24 legimus omnes *fort.* 28 sed si R^3, sensi $PMFR^1$

quasi fecerit, quia facere potuerit. non autem, quia omnia potest facere, ideo ⟨quo⟩que credendum est illum fecisse etiam quod non fecerit, sed an fecerit requirendum. potuit, si uoluisset, deus pennis hominem ad uolandum instruxisse, quod et miluis praestitit; non tamen, quia potuit, statim et fecit. potuit et Praxean et omnes pariter haereticos statim extinxisse; non tamen, quia potuit, extinxit. [oportebat enim et miluos esse et haereticos, oportebat et patrem crucifigi.] hac ratione erit aliquid et difficile deo, id scilicet, quodcumque non fecerit, non quia non potuerit, sed quia noluerit. dei enim posse uelle est, et non posse nolle. quod autem uoluit, et potuit et ostendit. ergo quia, si uoluit semetipsum sibi filium facere, potuit et quia, si potuit, fecit, tunc probabis illum et potuisse et uoluisse, si probaueris illum fecisse.

11. Probare autem tam aperte debebis ex scripturis, quam nos probamus, illum sibi filium fecisse sermonem suum. si enim filium nominat, filius autem non erit alius quam qui ex ipso prodiit, sermo autem prodiit ex ipso, hic erit filius, non ipse, de quo prodiit. non enim ipse prodiit ex semetipso. porro qui eundem patrem dicis et filium, eundem et protulisse ex semetipso facis et prodisse. quod deus etsi potuit fecisse, non tamen fecit. aut exhibe probationem, quam expostulo meae similem, id est sic scripturas eundem filium et patrem ostendere, quemadmodum apud nos distincte pater et filius demonstrantur; distincte, inquam, non diuise. sicut ego pro-

8] cf. I Cor. 11, 19.

2 ideo quoque *Oehlerus:* ideoque *PMF*, *defendit* ideoque (= *ideo quoque ut hodieque = hodie quoque*) *Eng* 3 si uoluisset *MFR*[1] *mg* (*ita et margini cod. Paterniacensis adscripsit Rhenanus:* alias *[id est in Hirsaugiensi]* si uoluisset), ita saluus sim *P*, ita salus sim *M* (*in mg. a m. 1*) 4 hominem *M* (ē *ex* is *in ras.*) 7 oportebat—crucifigi *seclusi* 17 erit alius *M*, alius erit *RF*, erit *P* (*sed add. R in mg.* alius) qui *om. F* 21 prodisse quod *uulgo* etsi *scripsi:* est. si *PFM* (si *s. u add. m. 2*) *uulgo* 22 non *M*, quod non *P* (*add.* quod *s. u. R*) *FR*[1] 23 sic *om. F* scriptura** *M* (*add.* s *m. 3*) 24 aut *M* (*corr. in* et *m. 1*)

fero dictum a deo: eructuauit cor meum sermonem optimum, aeque tu contra opponas alicubi dixisse deum: 'eructuauit me cor meum sermonem optimum', ut ipse sit, qui et eructuauit et quod eructuauit, et ipse, qui protulerit et qui prolatus sit, si ipse est et sermo et deus. ecce ego propono patrem filio dixisse: filius meus es tu, ego hodie generaui te. si uelis, ut credam ipsum esse patrem et filium, ostende sic pronuntiatum alibi: 'dominus dixit ad se: filius meus sum ego, ego hodie generaui me'; proinde et: 'ante luciferum generaui me'; et: 'dominus condidi me initium uiarum in opera mea, ante omnes autem colles generaui me', et si qua alia in hunc modum sunt. quem autem uerebatur deus dominus uniuersitatis ita pronuntiare, si ita res erat? an uerebatur, ne non crederetur, si simpliciter se et patrem et filium pronuntiasset? unum tamen ueritus est: mentiri, — ueritus autem semetipsum et suam ueritatem — et ideo ueracem deum credens scio illum non aliter quam disposuit pronuntiasse nec aliter disposuisse quam pronuntiauit. tu porro eum mendacem efficias et fallacem et deceptorem fidei huius, si, cum ipse esset sibi filius, alii dabat filii personam, quando scripturae omnes et demonstrationem et distinctionem trinitatis ostendant, a quibus et praescriptio nostra deducitur non posse unum atque eundem uideri qui loquitur et de quo loquitur et ad quem loquitur, quia neque peruersitas neque fallacia deo congruat, ut, cum ipse esset, ad quem loquebatur, ad alium potius et non ad semetipsum loqueretur. accipe igitur et alias uoces patris de filio per

1] Ps. 44, 2. 6] Ps. 2, 7. 10] cf. Ps. 109, 3. cf. Prou. 8, 22.

1 eructuauit *MF*, eructauit *P uulgo* 2 aeque *Oehlerus:* haec *PMF* 3 eructuauit *PMF*, eructauit *R uulgo* 4 eructuauit *PF*, eructauit *M*, ipse, qui et *fort.* 7 generaui *PM*, genui *F* 13 deus dominus *PM*, dominus deus *F* 15 *quae in parenthesi posui respiciunt ad priorem interrogationem:* quem autem uerebatur *sqq.* 24 et de quo loquitur *om. P (add. R in mg. ex Hirsaugiensi)* 27 loqueretur *Iun:* loquebatur *PMFR*[1], loquatur *R*[3] *reliqui*

Esaiam: ecce filius meus, quem elegi, dilectus meus, in quem bene sensi; ponam spiritum meum super ipsum, et iudicium nationibus adnuntiabit. accipe et ad ipsum: magnum tibi est, ut uoceris filius meus ad statuendas tribus Iacob et ad conuertendam dispersionem Israhelis; posui te in lucem nationum, ut sis salus in extremum terrae. accipe nunc et filii uoces de patre: spiritus domini super me, quapropter unxit me ad euangelizandum hominibus. item ad patrem in psalmo: dee domine, ne dereliqueris me, donec adnuntiem brachium tuum natiuitati uniuersae uenturae; item in alio: domine, quid multiplicati sunt qui comprimunt me? sed et omnes paene psalmi, ⟨qui⟩ Christi personam sustinent, filium ad patrem [id est Christum ad deum] uerba facientem repraesentant. animaduerte etiam spiritum loquentem ex tertia persona de patre et filio: dixit dominus domino meo: sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum, item per Esaiam: haec dicit dominus domino meo Christo, item per eundem ad patrem de filio: domine, quis credidit auditui nostro, et brachium domini cui reuelatum est? adnuntiauimus de illo: sicut puerulus, sicut radix in terra sitienti, et non erat forma eius nec gloria. haec pauca de multis. nec enim adfectamus uniuersas scripturas euoluere, cum et in singulis capitulis ⟨sunt⟩ plenam maiestatem et auctoritatem contestantes. maiorem congressum in

1] Es. 42, 1. 4] Es. 49, 6. 8] Es. 61, 1. 10] Ps. 70, 18. 12] Ps. 3, 2. 16] Ps. 109, 1. 18] Es. 45, 1. 20] Es. 53, 1—2.

9 euangelizandum pauperibus *fort.* (*cf. adu. Marc. V, 14*) ad patrem in psalmo *MF*, in psalmo ad patrem *P uulgo* 10 dee domine *scripsi:* de eodem *PMF*, domine *Eng* dereliqueris *R*, derelinqueris *PMF* 13 qui *add. Oehlerus* 14 id est Christum ad deum *seclusi; desunt haec uerba etiam in P* (*add. R ex Hirsaugiensi*) 17 dextram *P* 20 ad patrem de filio *om. P* (*add. R ex Hirsaugiensi*) *M* 25 sunt *addidi* 26 contestantes maiorem *uulgo*

retractatibus habemus. his itaque paucis, tamen manifeste distinctio trinitatis exponitur: est enim ipse, qui pronuntiat, spiritus, et pater, ad quem pronuntiat, et filius, de quo pronuntiat. sic et cetera, quae nunc ad patrem de filio uel ad filium, nunc ad filium de patre uel ad patrem [nunc] a spiritu pronuntiantur, unamquamque personam in sua proprietate constituunt.

12. Si te adhuc numerus scandalizat trinitatis quasi non conexae in unitate simplici, interrogo: quomodo unicus et singularis pluraliter loquitur: faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram, cum debuerit dixisse: 'faciam hominem ad imaginem et similitudinem meam', utpute unicus et singularis? sed et in sequentibus: ecce Adam factus est tamquam unus ex nobis fallit aut ludit, ut, cum unus et solus et singularis esset, numerose loqueretur. aut numquid angelis loquebatur, ut Iudaei interpretantur, quia nec ipsi filium agnoscunt? an quia ipse erat pater filius spiritus, ideo pluralem se praestans pluraliter sibi loquebatur? immo, quia iam adhaerebat illi [filius] secunda persona, sermo ipsius, et tertia, spiritus in sermone, ideo pluraliter pronuntiauit: 'faciamus' et 'nostram' et 'nobis.' cum quibus enim faciebat hominem et quibus faciebat similem, filio quidem, qui erat induiturus hominem, spiritu uero, qui erat sanctificaturus hominem, quasi cum ministris et arbitris ex unitate trinitatis loquebatur. denique sequens scriptura distinguit inter personas: ⟨et fecit⟩ deus hominem, ad imaginem

10] Gen. 1, 26. 13] Gen. 3, 22. 26] Gen. 1, 27.

1 habemus *MFPmg* (*add. R ex Hirsaugiensi*) R^1, habeamus R^3 *uulgo* paucis tamen manifeste distinctio *uulgo* tamen *MF*, tam *P* 4 *duae hic recensiones commixtae uidentur:* 1) quae uel ad filium uel ad patrem, 2) quae nunc ad patrem de filio, nunc ad filium de patre 5 ad filium (*alt.*) *om. P* (*add. R ex Hirsaugiensi*) *M* nunc *seclusi* a spiritu *scripsi:* ad spiritum *PMF* 9 conexae *P*, connexae *MF* 12 utpute *PMF*, utpote *R uulgo* 19 filius *seclusi* 22 similem? filio *Oehlerus*, similem, ⟨cum⟩ filio *Rig* 23 induiturus *PMF*, induturus *Rig* spiritui *fort.* 24 ⟨cum eis⟩ quasi *fort.* cum ministris *MF*, cum magistris *P* (*corr. R*), comministris *Iun* 26 et fecit *add. Pam*

dei fecit illum. cur non 'suam,' si unus qui faciebat, et non erat, ad cuius faciebat? erat autem, ad cuius imaginem faciebat, ad filii scilicet, qui, homo futurus certior et uerior, imaginem suam fecerat dici hominem, qui tunc de limo formari habebat, imago ueri et similitudo. sed et in antecedentibus operibus mundi quomodo scriptum est? primo quidem, nondum filio apparente: et dixit deus: fiat lux, et facta est, ipse scilicet sermo, uera lux, quae inluminat hominem uenientem in hunc mundum, et per illum mundialis quoque lux. exinde autem, in sermone Christo adsistente et administrante, deus uoluit fieri, et deus fecit: et dixit deus: fiat firmamentum, et fecit deus firmamentum; et dixit deus: fiant luminaria, et fecit deus luminare maius et minus. sed et cetera utique idem fecit, qui et priora, id est sermo dei, per quem omnia facta sunt et sine quo factum est nihil. qui si ⟨et⟩ ipse deus est secundum Iohannem: deus erat sermo, habes duos, alium dicentem, ut fiat, alium facientem. alium autem quomodo accipere debeas, iam professus sum, personae, non substantiae nomine, ad distinctionem, non ad diuisionem. ceterum, ⟨etsi⟩ ubique teneo unam substantiam in tribus cohaerentibus, tamen alium dicam oportet ex necessitate sensus eum, qui iubet, et eum, qui facit. nam nec iuberet, si ipse faceret dum iuberet, fieri per eum, ⟨cui⟩ tum iubebat, aut sibi iussurus, si unus esset, aut sine iussu facturus, quia non expectasset, ut sibi iuberet.

13. Ergo, inquis, si deus dixit et deus fecit, si alius deus dixit et alius fecit, duo dii praedicantur. si tam durus es,

7] Gen. 1, 3. 8] cf. Ioh. 1, 9. 11] Gen. 1, 6. 7. 13] Gen. 1, 14. 16. 15] Ioh. 1, 3. 17] Ioh. 1, 1.

5 ueri *Urs*, uero *PMF* 6 primo *MF*, primum *P uulgo* 8 scilicet *scripsi:* statim *PMF* uera lux *MF*, lux uera *P uulgo* 16 <et> ipse *scripsi:* ipse *PMF* 17 erit *F* 20 etsi *add. Rig* 21 teneo *PM*, teneam *F* 23 *aliter distinxi:* dum iuberet fieri *uulgo*, dum iuberet <enim,> fieret *Lat* 24 <cui> tum *scripsi:* tamen *PMF* aut *MF*, haud *P uulgo* 27 si<c> alius *Oehlerus*

puta interim tu; et ut adhuc amplius hoc putes, accipe et in psalmo duos deos dictos: thronus tuus, deus, in aeuum; ** uirga regni tui; dilexisti iustitiam et odisti iniquitatem: propterea unxit te, deus, deus tuus. si ad deum loquitur, et unctum deum a deo, adfirmat et hic duos deos. [pro uirga regni tui] inde et Esaias ad personam Christi: et Seboin, inquit, uiri elati, ad te transibunt et post te sequentur uincti manibus et ad te adorabunt, quia in te deus est; tu enim es deus noster, et nesciebamus, deus Israhelis. et hic enim dicendo 'deus in te' et 'tu deus' duos proponit: qui erat in Christo et [spiritum] ipsum. plus est, quod ⟨et⟩ in euangelio totidem inuenies: in principio erat sermo, et sermo erat apud deum, et deus erat sermo: unus, qui erat, et alius, penes quem erat. sed et nomen domini in duobus lego: dixit dominus domino meo: sede ad dexteram meam. et Esaias haec dicit: domine, quis credidit auditui nostro, et brachium domini cui reuelatum est? 'brachium' enim 'tuum', non ⟨'domini'⟩ dixisset, si non dominum patrem et dominum filium intellegi uellet. etiam adhuc antiquior Genesis: et pluit dominus super Sodomam et Gomorram sulphur et ignem de caelo a domino. haec aut nega scripta, aut quis es, ut non putes accipienda quem-

2] Ps. 44, 7—8. 7] Es. 45, 14. 15. 13] Ioh. 1, 1. 16] Ps. 109, 1. 17] Es. 53, 1. 21] Gen. 19, 24.

1 interim tu *MF*, interim *P* 2 tuus deus *P*, deus tuus *MF* 3 *lacunam signaui:* uirga directionis (*siue* aequitatis) *intercidit* 4 te deus *uulgo* 5 adfirmat et hic *scripsi:* adfirmat sed hic *PMF*, ⟨adfirmat⟩ adfirmasset hic *Oehlerus* 6 pro uirga regni tui *seclusi:* pro uirgae regnatu *Oehlerus* 8 sequentur *M* (e *ex* u *a m. 1*) R^3, sequuntur PFR^1 uincti manicis *fort.* (= δεδεμέναι χειροπέδαις) ad te *MF*, te *P* 11 proponit: qui erat *scripsi:* proponit, qui erant *PMF* 12 in Christo *F*, in Christum *MP* spiritum *seclusi, ut interpretamentum uerborum* qui erat in Christo; *transponi mauult Eng ita:* in Christo, spiritum, et ipsum. spiritum ipsum *MF*, spiritum *P*, spiritum sanctum *Oehlerus* ⟨et⟩ in *scripsi:* in *PMF* 19 tuum *R*, suum *PMF* non ⟨domini⟩ *Rig:* omnino *Oehlerus* 23 aut nega *FR*, autem nega *PM*

admodum scripta sunt, maxime quae non in allegoriis et parabolis, sed in definitionibus certis et simplicibus habent sensum? quodsi ex illis es, qui tunc dominum non sustinebant dei se filium ostendentem, ne eum deum crederent, recordare tu cum illis scriptum esse: ego dixi: uos dii estis et filii altissimi, et: stetit deus in ecclesia deorum, ut, si homines, per fidem filios dei factos, deos scriptura pronuntiare non timuit, scias illam multo magis uero et unico dei filio id dei nomen iure contulisse. 'ergo', inquis, 'prouocabo te, ut hodie quoque ex auctoritate istarum scripturarum constanter duos deos et duos dominos praedices'. absit. nos enim, qui et tempora et causas scripturarum per dei gratiam inspicimus, maxime paracleti, non hominum discipuli, duos quidem definimus, patrem et filium, et iam tres cum spiritu sancto, — secundum rationem oikonomiae, quae facit numerum, ne, ut uestra peruersitas infert, pater ipse credatur natus et passus, quod non licet credi, quoniam non ita traditum est — duos tamen deos et duos dominos numquam ex ore nostro proferimus, non quasi non et pater deus et filius deus et spiritus deus et dominus unusquisque, sed quoniam ⟨ideo⟩ retro et duo dii et duo domini praedicabantur, ut, ubi uenisset Christus, et deus agnosceretur et dominus uocaretur, quia filius dei et domini. si enim una persona et dei et domini in scripturis inueniretur, merito Christus non esset admissus ad nomen dei et ad domini, — nemo enim alius

3] cf. Ioh. 10, 33. 34. 5] Ps. 81, 6. 6] Ps. 81, 1.

3 dominum *om.* P (*add. R s. u. ex Hirsaugiensi*) substinebant *PM* 4 ne *P*, nec *MF* deum *scripsi:* dominum *PMF* 9 id dei *scripsi:* et domini *MF*, domini *P*, et dei *Eng* 12 qui *s. u. a m. 1 M* 15 spiritu sancto *RF*, spiritum sanctum *P* (*corr. R*) *M* oikonomiae *PMF*, oeconomiae *uulgo* 17 quo *P* (*add.* iam *s. u. R ex Hirsaugiensi*) 19 deus *om. P* (*add. R s. u. ex Hirsaugiensi*) 20 spiritus *PM*, spiritus sanctus *RF* dominus *Eng:* deus *PMF* quoniam *secludi uult Eng* 21 ideo *addidi* 25 et ad domini *PM*, et domini *F* *parenthesin indicaui:* domini. nemo *uulgo*

praeter unus deus et dominus praedicabatur — et futurum erat, ut ipse pater descendisse uideretur, quia unus deus et unus dominus legebatur, et tota oikonomia eius obumbraretur, quae in materiam fidei prospecta atque dispensata est. at ubi uenit Christus et cognitus est a nobis, quod ipse, qui numerum retro fecerat, factus secundus a patre et cum spiritu tertius, etiam pater, per ipsum plenius manifestatus, redactum est iam nomen dei et domini in unionem, ut, quia nationes a multitudine idolorum transirent ad unicum deum, et differentia constitueretur inter cultores unius et plurimae diuinitatis. nam et lucere in mundo Christianos oportebat ut filios lucis, lumen mundi unum et deum et dominum colentes et nominantes. ceterum si ex conscientia, qua scimus dei nomen et domini et patri et filio et spiritui conuenire, deos et dominos nominaremus, extinxissemus faces nostras, etiam ad martyria timidiores, quibus euadendi quaque pateret occasio, iurantibus statim per deos et dominos, ut quidam haeretici, quorum dei plures. itaque deos omnino non dicam nec dominos, sed apostolum sequar, ut, si pariter nominandi fuerint pater et filius, patrem deum appellem et Iesum Christum dominum nominem. solum autem Christum potero deum dicere, sicut idem apostolus: ex quibus Christus, qui est, inquit, deus super omnia, benedictus in aeuum omne. nam et radium solis seorsum solem uocabo; solem autem nominans, cuius est radius, non statim et radium solem appellabo. nam nec soles duos faciam. tamen et solem et radium eius tam

11] cf. Matth. 5, 16. Ioh. 12, 36. Eph. 5, 8. I Thess. 5, 5. 21] cf. Rom. 1, 7. 22] Rom. 9, 5.

1 praeter unus = *nisi unus, ut uidetur* et dominus *MF*, et unus dominus *P uulgo* 5 cognitum *fort.* ipse <sit> *Oehlerus* 7 etiam pater (*scil. sit*) *scripsi:* et iam pater *PMF* 8 ut *Urs:* et *PMF* 9 et *Urs:* ut *PMF* 11 mundo *om. F* 15 faces R^3, facies $PMFR^1$ 16 pateret *Urs:* patet *P*, pat& (τ& *ex* τ̄) *M*, pater *F* 17 quorum ş *M*, quorum *P*, quos *F*, quorum sunt *fort.* 20 patrem deum *scripsi:* deum patrem *PMF* 21 Christum <nominans> *fort.* potero *R*, postero *PMF* 26 nec soles *scripsi:* et soles *MF*, etsi soles *P* (si *s. u. a m. 1*) *uulgo* <non> faciam *Urs* faciam, tamen *uulgo*

duas res et duas species unius et indiuisae substantiae numerabo, quam deum et sermonem eius, quam patrem et filium.

14. Adhuc et illa nobis regula adsistit duos uindicantibus patrem et filium, quae inuisibilem deum determinauit. cum enim Moyses in Aegypto desiderasset domini conspectum dicens: si ergo inueni gratiam coram te, manifesta mihi te, ut cognoscenter uideam te: non potes uidere, inquit, faciem meam; non enim uidebit homo faciem meam et uiuet, id est: morietur qui uiderit. inuenimus autem et a multis deum uisum et neminem tamen eorum, qui eum uiderant, mortuum, uisum quidem [deum] secundum hominum capacitates, non secundum plenitudinem diuinitatis. nam ⟨et⟩ patriarchae deum uidisse referuntur, ut Abraham et Iacob, et prophetae, ut Esaias, ut Ezechiel, et tamen mortui non sunt. igitur aut mori debuerant, si eum uiderant, — deum enim nemo uidebit et uiuet — aut, si deum uiderunt et mortui non sunt, scriptura mentitur deum dixisse: faciem meam homo si uiderit, non uiuet. aut ⟨si⟩ scriptura ⟨non⟩ mentitur, neque cum inuisum neque cum uisum deum profert, iam ergo alius erit qui uidebatur, quia non potest idem inuisibilis definiri, qui uidebatur, et consequens erit, ut inuisibilem patrem intellegamus pro plenitudine maiestatis, uisibilem uero filium agnoscamus pro modulo deriuationis, sicut nec solem nobis contemplari licet, quantum ad ipsam substantiae summam, quae est in caelis, radium autem eius toleramus oculis pro temperatura portionis, quae in terram inde porrigitur. hic ex diuerso uolet

6] Exod. 33, 13. 20.

2 quam (*priore loco*) *R*, qua *PMF* 4 quae *R*[3], quem *PMFR*[1] determinauit *FR*, degerminauit *PM* 8 non enim—faciem meam *om. F* 10 autem *scripsi:* enim *PMF* 11 deum *seclusi* 13 et *addidi* 15 mortui *om. F* 16 nemo *om. F* 19 aut ⟨si⟩ scriptura ⟨non⟩ mentitur *scripsi:* aut scriptura mentitur *PMF* neque cum inuisum neque cum uisum *M*, neque eum inuisum neque eum inuisum *F*, cum inuisum aut cum uisum *P uulgo* 20 profert *P*, praefert *MF* profert. iam *uulgo*

aliquis etiam filium inuisibilem contendere, ut sermonem, ut spiritum, et dum unam condicionem patris et filii uindicat, unum potius atque eundem confirmare patrem et filium. sed diximus scripturam differentiae patrocinari per uisibilis et inuisibilis distinctionem. iam et illud adicient ad argumentationem, quod, si filius tunc ad Moysen loquebatur, ipse faciem suam nemini uisibilem pronuntiarit, quia scilicet ipse inuisibilis pater fuerit in filii nomine. ac per hoc sic eundem uolunt accipi et uisibilem et inuisibilem, quomodo eundem ⟨et⟩ patrem et filium, quoniam et paulo supra, antequam faciem Moysi neget, scriptum sit dominum ad Moysen locutum coram, uelut si quis loquatur ad amicum suum, non minus quam et Iacob: ego uidi, inquit, deum facie ad faciem. ergo uisibilis et inuisibilis idem; et quia idem utrumque, ideo et ipse pater inuisibilis, qua et filius, uisibilis. quasi uero expositio scripturae, quae fit a nobis, filio competat ⟨a⟩ patre seposito in sua uisibilitate. dicimus enim et filium suo nomine eatenus inuisibilem, qua sermo et spiritus dei, ex substantiae condicione, [iam nunc et quia deus et sermo et spiritus dei,] uisibilem autem fuisse ante carnem eo modo, quo dicit ad Aaron et Mariam: et si fuerit prophetes in uobis, in uisione cognoscar illi et in somnio loquar illi, non quomodo Moysi: os ad os loquar illi, in specie, id est in ueritate, et non in aenigmate, id est non in imagine; sicut et apostolus: nunc uidemus tam-

11] cf. Exod. 33, 11. 13] Gen. 32, 30. 21] Num. 12, 6—8. 25] I Cor. 13, 12.

5 iam *scripsi:* nam *PMF* adicient *MF,* adiciunt *P uulgo* 7 pronuntiarit *scripsi:* pronuntiaret *PMF* 10 ⟨et⟩ patrem *scripsi:* patrem *PMF* 11 neget *scripsi:* negasset et (*ex* negasset) *PMF* 13 deum *M.* dominum *PF* 16 quasi uero *scripsi:* quasi non *PMF* 17 a *addidi, defendit quae traduntur Eng sic distinguens:* quasi non . . . filio competat, patre seposito, in sua uisibilitate uisibilitate *PMF,* inuisibilitate *Harrisius, quem sequuntur Pam Rig Oehlerus* 19 iam nunc—spiritus dei *seclusi:* ex substantiae condicione iam nunc, et quia deus [et sermo et spiritus dei] *Eng* qua deus *Oehlerus* 22 somnio *PM,* sompnis *F* 23 illi (*alt. loco*) *Gel:* illis *PMF* 25 non in imagine *M,* non imagine *PF*

quam per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem. igitur cum Moysi seruat conspectum suum et colloquium facie ad faciem in futurum, — nam hoc postea adimpletum est in montis secessu, sicut legimus in euangelio uisum cum illo Moysen colloquentem — apparet retro semper in speculo et aenigmate et uisione et somnio deum, id est filium dei, uisum, tam prophetis et patriarchis quam et ipsi adhuc Moysi. et ipse quidem dominus, si forte coram ad faciem loquebatur, non tamen, ut et homo faciem eius uideret, nisi forte in speculo, in aenigmate. denique si sic Moysi locutus esset dominus, ut et Moyses faciem eius cominus sciret, quomodo statim atque ibidem desiderat faciem eius uidere, quam, quia uiderat, non desideraret? quomodo aeque et dominus negat uideri faciem suam posse, quam ostenderat, si tamen ostenderat? aut quae est facies dei, cuius conspectus negatur? si erat quae uisa est, — uidi, inquit Iacob, deum facie ad faciem, et salua facta est anima mea — alia debet esse facies, quae, si uideatur, occidit. aut numquid filius quidem uidebatur, — etsi facie, sed ipsum hoc in uisione et somnio et speculo et aenigmate, quia sermo et spiritus nisi imaginaria forma uideri non potest — faciem autem suam dicit inuisibilem patrem? quis enim pater? non facies erit filii nomine auctoritatis, quam genitus a patre consequitur? non enim et de aliqua maiore persona congruit dicere: 'facies mea est ille homo', et: 'faciem mihi praestat'? pater, inquit, maior me est. ergo facies erit filii pater.

4] cf. Matth. 17, 3. Marc. 9, 3. Luc. 9, 30. 16] Gen. 32, 30. 26] Ioh. 14, 28.

4 secessu *P*, secessum *MF* 6 somnio *P*, sompno *MF* 9 ut et *scripsi:* ut est *PM*, est *F* (ut *s. u. a m. alia*) 10 in aenigmate *MF*, et in aenigmate *P uulgo* 11 esset *scripsi:* est *PMF* 13 quia uiderat *MF*, si uideret *P* 15 si tamen ostenderat *om. F* at quae *fort.* 16 negatur, si *uulgo* *parenthesin indicaui:* uisa est? uidi *uulgo* 19 *parenthesin indicaui* facie sed *scripsi:* facies et *F*, facies sed *PM* 20 somnio *PM*, somno *F* 21 potest? faciem *uulgo* 22 patrem. quis *uulgo* non *Urs:* num *PMF* 25 praestat. pater *uulgo* 26 me est *PF*, est me *M*

nam et scriptura quid dicit? spiritus eius persona Christus dominus. ergo si Christus persona paterni spiritus est, merito cuius spiritus persona erat, id est patris, eius faciem suam, ex unitate scilicet, pronuntiauit. mira res plane, an facies filii pater accipi possit, qui est caput eius. caput enim Christi deus.

15. Si hunc articulum quaestionibus scripturae ueteris non expediam, de nouo testamento sumam confirmationem nostrae interpretationis, ne quodcumque in filium reputo, in patrem proinde defendas. ecce enim et in euangeliis et in apostolis uisibilem et inuisibilem deum deprehendo sub manifesta et personali distinctione condicionis utriusque. exclamat quodammodo Iohannes: deum nemo uidit umquam, utique nec retro; ademit enim temporis quaestionem dicendo deum numquam uisum. confirmat et apostolus de deo: quem nemo uidit hominum, sed nec uidere potest, scilicet quia morietur qui uidebit. idem ipsi apostoli et uidisse se Christum et contrectasse testantur. porro si ipse est Christus et pater et filius, quomodo et uisus est et inuisus? ad hanc diuersitatem uisi et inuisi in unum conferendam quis ex diuerso non argumentabitur recte utrumque dictum, uisibilem quidem in carne, inuisibilem uero ante carnem, ut idem sit pater inuisibilis ante carnem qui et filius uisibilis in carne?

1] Thren. 4, 20. 5] I Cor. 11, 3. 13] Ioh. 1, 18. 15] I Tim. 6, 16. 17] cf. Ex. 33, 20. cf. I Ioh. 1, 1.

1 spiritus (*genetiuum intellege*) eius persona *scripsi* (*cf. adu. Marc. III, 6*): spiritus personae eius *PMF* 2 persona paterni spiritus *scripsi:* personae paternae spiritus *PMF* 3 cuius spiritus *Urs:* spiritus cuius *PMF* persona *PMF*, personae *Iun, quem sequitur Oehlerus* eius *PMF*, eum *Urs, quem sequuntur Rigaltius et Oehlerus* 4 mira res *Urs:* mirarer *PMF* 5 eius *P*, eius X̄pi *FM* (*eras.* X̄pi *m. 1*) 7 scripturae ueteris <quantum potuimus solutis> *fort.* 14 deum *Pam:* dominum *PMF* 15 uisum *om. P* (*add. R in mg. ex Hirsaugiensi*) 16 uidere *Pam:* uideri *PMF* 18 ipse *om. F* est Christus et *Pam:* est et Christus *PM* (*prob. Eng*), est et Christus et *F* 19 Christus, pater et filius, quomodo *Eng* et uisus *F*, uisus *PM* 23 qui *PF*, quia *M*

atquin si idem ante carnem inuisibilis, quomodo uisus etiam retro inuenitur ante carnem? aeque si idem post carnem uisibilis, quomodo et nunc inuisibilis pronuntiatur ab apostolis, nisi quia alius, quem, et retro uisum in aenigmate, plenius uisibilem caro effecit, sermo scilicet, qui et caro factus est, alius, quem numquam quisquam uidit, [nisi] pater scilicet, cuius est sermo? denique inspiciamus, quem apostoli uiderint. quod uidimus, inquit Iohannes, quod audiuimus, oculis nostris uidimus, et manus nostrae contrectauerunt de sermone uitae. sermo enim uitae caro factus est, auditus et uisus et contrectatus, quia caro, qui ante carnem sermo tantum, in primordio apud deum patrem, non ⟨deus⟩ pater. [apud sermonem] nam etsi deus sermo, sed, quia ex deo deus, apud deum, quia cum patre, apud patrem. et uidimus gloriam eius, tamquam unigeniti a patre, utique filii, scilicet uisibilis, glorificati a patre inuisibili. et ideo, quoniam sermonem dei deum dixerat, ne adiuuaret aduersariorum praesumptionem, quasi patrem ipsum uidisset, ad distinguendum inter inuisibilem patrem et filium uisibilem superdicit ex abundanti: deum nemo uidit umquam. quem deum? sermonem? atquin: uidimus et audiuimus et contrectauimus de sermone uitae praedictum est. sed quem deum? scilicet patrem, apud quem deus erat sermo, unigenitus filius, qui sinum patris ipse disseruit.

8] I Ioh. 1, 1. 12] cf. Ioh. 1, 1. 14] Ioh. 1, 14. 20] I Ioh. 4. 12. 24] Ioh. 1, 18.

4 quem .. uisum *Urs:* qui .. uisus *PMF* uisibilem plenius *F* 6 nisi *seclusi* 10 est *scripsi:* et *PMF; intellege: sermo uitae is sermo est, qui caro est factus* 11 qui ante carnem sermo tantum in primordio *uulgo* 12 sermo tantum: *scilicet nondum* sermo uitae deus *addidi* 13 apud sermonem *seclusi: redarguitur enim aduersarius dicens sermonem ipsum esse deum patrem, ut docent quae sequuntur.* quia ex deo deus, apud deum *scripsi:* apud deum, quia ex deo deus *PMF* 17 ne *R*[3], ut *PMFR*[1] 20 superadicit *susp. Eng* 21 et contrectauimus *om. F* 22 uitae *om. F* 23 deus erat *PMF*, deum erat *Urs* 24 unigenitus ⟨scilicet⟩ *Urs* qui sinum patris *MF* (*cf. 238, 6*): qui est in sinu patris *P*, qui esse in sinu patris *Oehlerus*

ipse et auditus et uisus et, ne phantasma crederetur, etiam contrectatus. hunc et Paulus conspexit, nec tamen patrem uidit. nonne, inquit, uidi Iesum? Christum autem ⟨si⟩ et ipse deum cognominauit: quorum patres, et ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in aeuum, ostendit et ipse uisibilem deum filium, id est sermonem dei, quia qui caro factus est Christus dictus est. de patre autem ad Timotheum: quem nemo uidit hominum, sed nec uidere potest, exaggerans amplius: qui solus habet inmortalitatem et lucem habitat inaccessibilem, de quo et supra dixerat: regi autem saeculorum, inmortali, inuisibili, soli deo, ut et contraria ipsi filio adscriberemus, mortalitatem, accessibilitatem, quem mortuum contestatur secundum scripturas et a se nouissime uisum, per accessibilem utique lucem, quamquam et illam neque ipse sine periculo luminis expertus est, neque Petrus et Iohannes et Iacobus sine rationis, [et amentia, qui] credo, morituri ibidem, si non passuri filii gloriam, sed patrem uidissent. deum enim nemo uidebit et uiuet. si haec ita sunt, constat eum semper uisum ab initio, qui uisus fuerit in fine, et eum nec in fine uisum, qui nec ab initio fuit uisus, et ita duos esse uisum et inui-

3] I Cor. 9, 1. 4] Rom. 9, 5. 8] I Tim. 6, 16. 12] I Tim 1, 17. 14] cf. I Cor. 15, 3. 8. 19] Exod. 33, 20.

1 ipse et *P*, et *MF* 3 si *addidi* 4 ipse *MF*, ipsum *P* deum *Gel:* dominum *PMF* 5 super *F*, per *PM* 6 aeuum. ostendit *uulgo* 7 deum *MF*, domini *P*, dei *Pam* quia qui *PM*, qui quia *F* 15 et a se *MR*[3] ut a se *PFR*[1] 16 neque ipse *R*[3], neque et ipse *PMFR*[1] 17 et iohannes *PM*, neque iohannes *F* rationis *R*[3] (*scil. periculo*): ratione *PMFR*[1] et amentia qui *seclusi* (*postquam* rationis *in* ratione *deprauatum erat, superscripsit huic uocabulo aliquis* amentia, *quod deinde inter uerba irrepsit*). 18 *uerba:* credo morituri ibidem, *quae in libris mss. paulo infra post* patrem uidissent *leguntur huc transtuli. claudicantem periodum ut sanaret, idem ille corrector addidit quod seclusi* qui, *Eng ordinem traditum uerborum defendens sic uult rescribi:* qui si—uidissent ⟨essent,⟩ credo, mortui ibidem

sum. filius ergo uisus est semper, et filius conuersatus est semper, et filius operatus est semper, ex auctoritate patris et uoluntate, quia filius nihil a semetipso potest facere, nisi uiderit patrem facientem, in sensu scilicet facientem. pater enim sensu agit, filius, qui in patris sensu est, uidens perficit. sic omnia per filium facta sunt et sine illo factum est nihil.

16. Nec putes sola opera mundi per filium facta, sed et quae a deo exinde gesta sunt. pater enim, qui diligit filium et omnia tradidit in manu eius, utique a primordio diligit et a primordio tradidit, ex quo [a primordio] sermo erat apud deum et deus erat sermo. cui data est omnis potestas a patre in caelis et in terra; non iudicat pater quemquam, sed omne iudicium tradidit filio, a primordio tamen. omnem enim dicens potestatem et omne iudicium et omnia per eum facta et omnia tradita in manu eius, nullam exceptionem temporis permittit, quia omnia non erunt, si non omnis temporis fuerint. filius itaque est, qui et ab initio iudicauit, turrem superbissimam elidens linguasque disperdens, orbem totum aquarum uiolentia puniens, pluens super Sodomam et Gomorram ignem et sulphurem, deus a deo. ipse enim et ad humana semper colloquia descendit, ab Adam usque ad patriarchas et prophetas, in uisione, in somnio, in speculo, in aenigmate ordinem suum praestruens ab initio, semper quem erat persecuturus in

3] Ioh. 5, 19. 6] cf. Ioh. 1, 3. 9] Ioh. 3, 35. 12] Ioh. 1, 1. 13] Matth. 28, 18. Ioh. 5, 22. 21—22] cf. Gen. 19, 24.

1 est (*loco priore*) *PM*, fuit *F* 4 in sensu scilicet facientem *om. P* (*add. R in mg. ex Hirsaugiensi*) 5 filius *PM*, filius uero *F* patris sensu *PM*, sensu patris *F* 10 in manu *Pam:* in sinu *PMF* 11 tradidit. ex quo *uulgo* a primordio *seclusi:* a primordio *PF*, primordio *M* (a *eras. m. 1*) 12 sermo, cui *uulgo* 19 qui et *PMFR*[1], qui *R*[3] *uulgo* 20 dispertiens *Urs* 22 dominus a domino *Pam* (*cf. 247, 21*) 24 somnio *PM*, sompno *F* 25 semper *fort. delendum* quem *Urs:* quae *PMF* in finem. ita *Urs*, infinita *PMF*

fine. ita semper ediscebat, et deus, in terris cum hominibus conuersari, non alius quam sermo, qui caro erat futurus; ediscebat autem, ut nobis fidem sterneret, ut facilius crederemus filium dei descendisse in saeculum, ⟨cum⟩ et retro tale quid gestum cognosceremus. propter nos enim sicut scripta sunt ita et gesta sunt, in quos aeuorum fines decucurrerunt. sic etiam adfectus humanos sciebat iam tunc, suscepturus etiam ipsas substantias hominis, carnem et animum, interrogans Adam quasi nesciens: ubi es, Adam? paenitens, quod hominem fecisset, quasi non praesciens; temptans Abraham, quasi ignorans, quid sit in homine; offensus, reconciliatus eisdem, et si qua haeretici adprehendunt quasi deo indigna ad destructionem creatoris, ignorantes haec in filium competisse, qui etiam passiones humanas et sitim et esuriem et lacrimas et ipsam natiuitatem ipsamque mortem erat subiturus, propter hoc minoratus a patre modicum citra angelos. sed quae haeretici quidem nec filio dei deputabunt conuenire, tu ipsi patri inducis, quasi ipse se deminorauerit propter nos, cum scriptura alium dicat ab alio minoratum, non ipsum a semetipso. quodsi et alius qui coronabatur gloriam et honorem, alius qui coronabat, ⟨coronabat⟩ utique filium pater. ceterum quale est, ut deus omnipotens ille inuisibilis, quem nemo uidit hominum nec uidere potest, ille qui inaccessibilem lucem habitat, ille qui non habitat in manu factis, a cuius conspectu terra contremescit, montes liquescunt ut cera, qui totum orbem manu adprehendit uelut nidum,

6] I Cor. 10, 11. 9] Gen. 3, 9. cf. Gen. 6, 6. 11] Ioh. 2, 25. 16] cf. Ps. 8, 6. 20] cf. Ps. 8, 6. 23] cf. I Tim. 6, 16. 24] cf. Act. 17, 24. 25] cf. Ps. 96, 4—5. 26] cf. Es. 10, 14.

1 ediscebat, et deus, in *scripsi* (*et deus = et cum deus etiamtum, nondum caro esset filius*): ediscebat et deus in *uulgo* 4 ⟨cum⟩ et *Eng:* ⟨si⟩ et *R*[3] *uulgo* 6 decurrerunt *F* 15 ipsam natiuitatem *om. M* 16 modicum ⟨quid⟩ *Urs* 17 sed quae *scripsi:* sed *PMF* 18 tu *scripsi:* quae tu *PMF* ipsi *PM,* ipse *F* 20 quodsi *Semlerus:* quid si *PMF reliqui* coronabatur *RF*, coronabitur *P* (*corr. R* i *in* a) *M* coronabat *addidi* 22 pater? ceterum *uulgo* 23 uidere *PM*, uideri *F* 25 contremescit *PMF*, contremiscit *R uulgo*

cui caelum thronus et terra scabellum, in quo omnis locus, non ipse in loco, qui uniuersitatis extrema linea est, ille altissimus in paradiso ad uesperam deambularit, quaerens Adam, et arcam post introitum Noe clauserit, et apud Abraham sub quercu refrigerauerit, et Moysen de rubo ardenti uocarit, et in fornace Babylonii regis quartus apparuerit? quamquam filius hominis est dictus et in imagine et speculo et aenigmate scilicet et haec, nec de filio dei credenda fuissent, si scripta non essent, fortasse non credenda de patre, licet scripta, quem isti in uuluam Mariae deducunt et in Pilati tribunal imponunt et in monumentis Ioseph recondunt. hinc igitur apparet error illorum. ignorantes enim a primordio omnem ordinem diuinae dispositionis per filium decucurrisse, ipsum credunt patrem et uisum et congressum et operatum et sitim et esuriem passum — aduersus prophetam dicentem: d e u s a e t e r n u s n o n s i t i e t n e c e s u r i e t o m n i n o: quanto magis nec morietur nec sepelietur? — et ita, unum deum semper egisse *, id est patrem, quae per filium gesta sunt, 17. facilius existimauerunt patrem in filii nomine uenisse quam filium in patris, dicente ipso domino: e g o u e n i i n p a t r i s m e i n o m i n e, item ad ipsum patrem: n o m e n t u u m m a n i f e s t a u i h o m i n i b u s, condicente etiam scriptura: b e n e d i c t u s q u i u e n i t i n n o m i n e d o m i n i, utique filius in patris nomine. sed nomen patris: deus omnipotens. ⟨altissimus,⟩ dominus uirtutum, rex Israhelis, qui est. quatenus

1] cf. Es. 66, 1. 6] cf. Dan. 3, 92. 16] Es. 40, 28. 20] Ioh. 5, 43. 21] Ioh. 17, 6. 23] Ps. 117, 26.

3 deambularit *Eng:* deambulauit *PMF*, deambulauerit *R* 6 uocarit *PM*, uocauerit *F* apparuerit—quamquam . . . dictus—*uulgo* 7 dictus et *PMFR*¹, dictus, ni haec *R*³ *uulgo* 8 aenigmate ⟨fuissent?⟩ scilicet *R*³ *uulgo* 9 fuissent *Urs:* fuisse *PMF* 11 monumentis *PMF*, monumento *Pam* recondunt *scripsi:* reconcludunt *PMF* 13 decurrisse *F* 18 *lacunam signaui:* certi *uel* praesumentes *uel simile aliquid intercidisse puto* 19 *male hic distinguuntur capita* uenisse *scripsi:* egisse *PMF* 23 utique *F*, utriusque *M* (*corr. in* utrique *m. 1*), utrique *P* (*del. litteram* r *R*) 24 sed *scripsi* (*sunt aduersarii quae sequuntur*)*:* et *PMF*, sed et *Urs* nomina *Urs* 25 altissimus *om. PMFR*¹; *add. R*³ (*cf. 259, 5*)

ita scripturae docent, haec dicimus et in filium competisse et in his filium uenisse et in his semper egisse et sic ea in se hominibus manifestasse. omnia, inquit, patris mea sunt. cur non et nomina? cum ergo legis deum omnipotentem et altissimum et deum uirtutum et regem Israhelis et qui est, uide, ne per haec filius etiam demonstretur, suo iure deus ⟨omnipotens,⟩ qua sermo dei omnipotentis quaque omnium accepit potestatem, altissimus, qua dextera dei exaltatus, sicut Petrus in Actis contionatur, dominus uirtutum, quia omnia subiecta sunt illi a patre, rex Israhelis, quia illi proprie excidit sors gentis istius, item qui est, quoniam multi [filii] dicuntur et non sunt. si autem uolunt et patris nomen Christi esse, audient suo loco. interim hic mihi promptum sit responsum aduersus id, quod et de Apocalypsi Iohannis proferunt: ego dominus, qui est et qui fuit et ⟨qui⟩ uenit, omnipotens, et sicubi alibi dei omnipotentis appellationem non putant etiam filio conuenire. quasi qui uenturus sit ** omnipotens, cum et filius omnipotentis tam omnipotens sit quam deus dei filius.

18. Sed hanc societatem nominum paternorum in filio ne facile perspiciant, perturbat illos scriptura, si quando unicum deum statuit, quasi non eadem et deos et dominos duos proposuerit, ut supra ostendimus. 'ergo quia duos et unum', inquiunt, 'inuenimus, ideo ambo unus atque idem, et filius et pater'. porro non periclitatur scriptura, ut illi de tua argumentatione succurras, ne sibi contraria uideatur. habet

3] Ioh. 16, 15. 8] cf. Act. 2, 33. 14] Apoc. 1, 8.

7 omnipotens *add.* R^3, *om.* $PMFR^1$ 11 filii *seclusi:* dii *Ciacconius*, filii ⟨dei⟩ *Eng* (*alludi hic putans ad I Ioh. 3, 10*). 12 patris nomen Christi *scripsi:* Christi nomen patris *PMF*, *defendit Eng sic distinguens:* si autem uolunt, et Christi nomen patris esse audient suo loco 13 audient R^3, audiunt *PM*, audiuit *F* promptum *Oehlerus:* promotum *PMF* 14 et de *PM*, de *F* 15 qui est et qui fuit et ⟨qui⟩ uenit *scripsi:* qui est et qui fuit et uenit MR^3, qui est et qui uenit *F*, qui est et qui erat et qui fuit et uenit PR^1 17 *lacunam signaui:* sit, omni⟨potentis filius, non sit omni⟩potens *fort.*, sit, ⟨non sit⟩ *Eng* 18 sit dei filius quam *PMF; del.* dei filius *Urs* 24 unus *PM*, unum *F*

rationem et cum unicum deum statuit et cum duos patrem et filium ostendit, et sufficit sibi. filium nominari ab ea constat. saluo enim filio recte unicum deum potest determinasse, cuius est filius. non enim desinit esse qui habet filium ipse unicus, suo scilicet nomine, quotiens sine filio nominatur. sine filio autem nominatur, cum principaliter determinatur ut prima persona, quae ante filii nomen erat proponenda, quia pater ante cognoscitur et post patrem filius nominatur. igitur unus deus pater, et alius absque eo non est. quod ipse inferens non filium negat, sed alium deum. ceterum alius a patre filius non est. denique inspice sequentia huiusmodi pronuntiationum, et inuenies fere ad idolorum factitatoros atque cultores definitionem earum pertinere, ut multitudinem falsorum deorum unio diuinitatis expellat, habens tamen filium, quanto indiuiduum et inseparatum a patre, tanto in patre reputandum, etsi non nominatum. atquin si nominasset illum, separasset, ita dicens: alius praeter me non est, nisi filius meus. alium enim etiam filium fecisset, quem de aliis excepisset. puta solem dicere: ego sol, et alius praeter me non est, nisi radius meus: nonne denotasses uanitatem, quasi non et radius in sole deputetur? itaque praeter semetipsum non esse alium deum, hoc propter idolatriam ** tam nationum quam Israhelis; etiam propter haereticos, qui, sicut nationes manibus ita et ipsi uerbis idola fabricantur, id est alium deum et alium Christum. igitur et cum se unum pronuntiabat, filio pater procurabat, ne ab alio deo Christus uenisse credatur, sed ab illo, qui praedixerat: ego deus et alius absque me non est, qui se unicum, sed cum filio, ostendit, cum quo caelum solus extendit.

9] cf. Es. 45, 5. 27] Es. 45, 5. 29] cf. Es. 44, 24.

9 alius absque eo *MP*, absque eo alius *FR uulgo* 13 definitionem *RF*, definitionum *P* (ū *ex* e) *M* 20 denotasses (s *ex* t *a m. 1*) *M:* denotasset *PF* 21 praeter R^3, per $PMFR^1$ 22 *lacunam signaui:* pronuntiasse eum intellege *uel similia interciderunt*

19. ⟨Si⟩ qui et hoc dictum eius in argumentum singularitatis arripient, extendi, inquit, caelum solus quantum ad ceteras uirtutes solus, praestruens aduersus coniecturas haereticorum, qui mundum ab angelis et potestatibus diuersis uolunt structum, qui et ipsum creatorem aut angelum faciunt aut † ad alia quae extrinsecus, ut opera mundi, ignorantem quoque, subornatum. aut si sic solus caelum extendit, quomodo isti praesumunt in peruersum haeretici, quasi singularis, non admittatur sophia illa dicens: cum pararet caelum, ego aderam illi. et Esaias dixit: quis cognouit sensum domini et quis illi consilio fuit? utique praeter sophiam, [fuit] quae illi aderat, in ipso tamen, et cum illo uniuersa compingebat, non ignorante, quid faceret. praeter sophiam autem praeter filium dicit, qui est [Christus] sophia et uirtus dei secundum apostolum, solus sciens sensum patris. quis enim scit quae sunt in deo, nisi spiritus, qui in ipso est? non qui extra ipsum. erat ergo, qui non solum deum faceret, nisi a ceteris solum. sed et euangelium recusetur, quod dicat omnia per sermonem a deo facta esse et sine eo nihil factum. nisi fallor et alibi scriptum est: sermone eius caeli firmati sunt, et spiritu eius omnis uirtus eorum. et sermo autem, uirtus et sophia dei, ipse erit filius. ita si per filium omnia, caelum quoque per filium

2] Es. 44, 24. 9] Prou. 8, 27. 10] Es. 40, 13. 12] cf. Prou. 8, 30. 14] cf. I Cor. 1, 24. 15] cf. I Cor. 2, 11. 19] cf. Ioh. 1, 3. 20] Ps. 32, 6.

1 ⟨si⟩ qui *scripsi:* qui *PMFR*[1], quin *R*[3] *uulgo*, qui = *quomodo intellegit Eng* hoc dictum *scil. quod modo attigit auctor 260, 29.* 6 aut ab aliqua extrinsecus ⟨uirtute uolunt⟩ ad opera mundi *fort.* (*Achamoth intellego Valentinianorum, cf. adu. Val. cap. 25*), ad alia, quae extrinsecus sunt opera mundi *Eng* 10 illi. et *R*, illi ⟨simul.⟩ et *Pam,* illi? et *Oehlerus* et Esaias dixit *Eng:* et si dixit *PMF*, et si dixit ⟨apostolus⟩ *Urs* 11 fuit *secl. Eng:* fuit *PM*, non fuit *F*, ait *Urs* 12 aderat. in *uulgo* 14 Christus *seclusi* 18 sed et *PM*, sed *F* 20 nisi *PM*, nisi enim *FR uulgo* 21 spiritu ⟨oris⟩ eius *Urs* (*sed cf. cap. 7*) omnis uirtus *PM*, omnes uirtutes *FR uulgo* 22 dei, ipse erit *scripsi:* ipse erit dei *PMF*

extendens non solus extendit, nisi illa ratione, qua ⟨a⟩ ceteris solus. atque adeo statim de filio loquitur: quis alius deiecit signa uentriloquorum et diuinationes a corde, auertens sapientes retrorsum et consilium eorum infatuans, sistens uerba filii sui? dicendo scilicet: hic est filius meus dilectus, hunc audite. ita filium subiungens ipse interpretator est, quomodo caelum solus extenderit, scilicet cum filio solus, sicut cum filio unum. proinde et filii erit uox: extendi caelum solus. quia sermone caeli confirmati sunt, quia sophia in sermone adsistente paratum est caelum et omnia per sermonem sunt facta, competit et filium solum extendisse caelum, qui solus operationi patris ministrauit. idem erit dicens: ego primus, et in superuentura ego sum. primum scilicet omnium sermo: in principio erat sermo, in quo principio prolatus a patre est. ceterum pater non habens initium, ut a nullo prolatus, ut innatus, ⟨primus⟩ non potest uideri. qui solus fuit semper, ordinem habere non potuit. igitur si propterea eundem et patrem et filium credendum putauerunt, ut unum deum uindicent, saluus est unio eius qui, cum sit unus, habeat et filium, aeque et ipsum eisdem scripturis comprehensum. si filium nolunt secundum a patre reputari, ne secundus duos faciat deos dici, ostendimus etiam duos deos in scriptura relatos et duos dominos; et tamen ne de isto scandalizarentur, rationem reddidimus, qua non dii duo dicantur nec domini, sed qua pater et filius duo, et hoc non ex separatione substantiae, sed ex dispositione, cum indiuiduum et inseparatum filium a patre pronuntiamus, nec statu, sed gradu alium, qui etsi deus dicatur,

1] cf. Es. 44, 24. 2] Es. 45, 25. 26. 5] Luc. 9, 35; Matth. 3, 17. 9] Es. 44, 24. 10] cf. Ps. 32, 6. 13] Es. 41, 4. 14] Ioh. 1, 1.

1 qua a *R*, qua *PM*, qua de *F* 10 sunt. quia *uulgo* 12 qui *scripsi:* quia *PMF* 16 primus *addidi* 19 saluus *PMFR*¹, salua *R*³ *uulgo* 20 habet *Urs* 23 etiam *coniunge cum* in scriptura, *nisi forte rescribendum est:* iam et 24 scandalizarentur *F*, scandalizentur *PM* reddidimus *scripsi:* reddimus *PMF* 25 non dii *scripsi:* dii non *PMF*

quando nominatur singularis, non ideo duos deos faciat, sed unum, hoc ipso, quod et deus ex unitate patris uocari habeat.

20. Sed argumentationibus eorum adhuc retundendis opera praebenda est, si quid de scripturis ad sententiam suam excerpent, cetera nolentes intueri, quae et ipsa regulam seruant, et quidem saluo unione diuinitatis et monarchiae statu nam sicut in ueteribus nihil aliud tenent quam: ego deus et alius praeter me non est, ita in euangelio responsionem domini ad Philippum tuentur: ego et pater unum sumus et: qui me uiderit, uidit et patrem et ego in patre et pater in me. his tribus capitulis totum instrumentum utriusque testamenti uolunt cedere, cum oporteat secundum plura intellegi pauciora. sed proprium hoc est omnium haereticorum. nam quia pauca sunt, quae in silua inuenire possunt, pauca aduersus plura defendunt et posteriora aduersus priora suscipiunt. regula autem omni rei ab initio constituta in prioribus et in ⟨pluribus, et in⟩ posteriora praescribit utique et in pauciora.

21. Aspice itaque, quanta praescribant tibi etiam in euangelio ante Philippi consultationem et ante omnem argumentationem tuam. et in primis ipsa statim praefatio Iohannis euangelizatoris demonstrat, quid retro fuerit qui caro fieri habebat: in principio erat sermo, et sermo erat apud deum, et deus erat sermo; hic erat in principio apud deum; omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nihil. nam si haec non aliter accipi licet quam quomodo scripta sunt, indubitanter alius ostenditur qui fuerit a prin-

7] Es. 45, 5. 9] Ioh. 10, 30. 10] Ioh. 14, 9. Ioh. 14, 11. 23] Ioh. 1, 1—3.

3 eorum *om. F* 5 quae *om. F* 6 saluo *M*, salua *PF* statu *scripsi:* sonatu *F*, sonitu *PM* 10 uidit *PM* (*corr.* i *in* e *m. 2*), uidet *F* 12 cedere *R*³, credere *PMFR*¹ 13 est hoc *F* 14 inuenire *Iun:* inueniri *PMF reliqui* 16 ab initio *PM*, semper ab initio *F* 17 pluribus, et in *addidi* 18 pauciora *Urs:* paucioribus *PMF* utique et in paucioribus *secludi uult Eng, improbans quae supra addidi* 23 erat uerbum *P* (*erasit R et superscripsit* sermo)

cipio, alius apud quem fuit, alius sermo dei, alius deus, — licet et sermo deus, sed qua dei filius, non qua pater — alius per quem omnia, alius a quo omnia. alium autem quomodo dicamus, saepe iam edidimus: quo alium dicamus necesse est non eundem, — ⟨non eundem⟩ autem non quasi separatum —: dispositione alium, non diuisione. hic ergo caro factus est, non ipse, cuius erat sermo. huius gloria uisa est tamquam unici a patre, non tamquam patris. hic unicus sinum patris disseruit, non sinum suum pater. praecedit enim: deum nemo uidit umquam. idem et agnus dei ab Iohanne designatur, non ipse, cuius est dictus. certe filius dei semper, sed non ipse, cuius est filius. hoc eum Nathanahel statim sensit, sicut et alibi Petrus: tu es filius dei. hoc et ipse recte sensisse illos confirmat, Nathanaheli quidem respondens: quia dixi: uide te sub ficu, ideo credis, Petrum uero beatum adfirmans, cui non caro neque sanguis reuelasset quod [et patrem] senserat, sed pater qui in caelis est. quo dicto utriusque personae constituit distinctionem: et filii in terris, quem Petrus agnouerat dei filium, et patris qui in caelis, qui Petro reuelauerat quod [Petrus] agnouerat [dei filium Christum]. cum in templo introiit, aedem patris appellat, ut filius. cum ad Nicodemum dicit: ita, inquit, dilexit deus mundum,

7] cf. Ioh. 1, 14. 8] cf. Ioh. 1, 18. 9] Ioh. 1, 18. 10] cf. Ioh. 1, 29. 12] Ioh. 1, 49. 13] Matth. 16, 16. 14] Ioh. 1, 50. 15] cf. Matth. 16, 17. 20] cf. Ioh. 2, 16. 22] Ioh. 3, 16.

1 alius sermo dei, alius deus *scripsi:* alium sermonem dei alium dominum (deum *Iun*) *PMF* 2 sermo deus *scripsi:* deus sermo *PMF* 3 alius *scripsi* (*bis*): alium *PMF* 4 dicamus (*loco priore*) *Rig:* praedicamus *PM* (a *in* e *corr. m. 2*) *F* 5 ⟨non eundem⟩ autem *Oehlerus: parenthesin indicaui ego* 6 caro factus est *PM*, factus est caro *FR uulgo* 8 unicus *Eng:* unius *PMF*, unus *Pam* sinum *om. F* 10 idem et agnus *Urs:* inde et si agnus *PMF reliqui* 11 dictus *scripsi* (*scil.* agnus; dictus est = dicitur *cf. 237, 6 et 278, 8*): dilectus *PMF* 12 eum *PMFR*[1], enim *R*[3]*GN* 14 Nathanaeli *Gel:* nathanahel *PMF* 15 dixi *R*[3], dixit *PMFR*[1] 16 et patrem *seclusi*: reuelasset, — quod et patrem senserat — sed *Eng, defendens quae infra l. 20 seclusi* 20 Petrus *seclusi* dei filium Christum *seclusi* 21 templo *PMFR*[1], templum *R*[3] *uulgo* 22 inquit *om. Pam*

ut filium suum unicum dederit, in quem omnis qui crediderit non pereat, sed habeat uitam sempiternam. et rursus: non enim misit deus filium suum in mundum, ut iudicet mundum, sed ut saluus sit mundus per eum; qui crediderit in illum, non iudicatur; qui non crediderit in illum, iam iudicatus est, quia non credidit in nomine unici filii dei. Iohannes autem, cum interrogaret qui de Iesu, cur tingeret: pater, inquit, diligit filium et omnia tradidit in manu eius; qui credit in filium, habet uitam aeternam; qui non credit in filio dei, non uidebit deum, sed ira dei manebit super eum. quem uero Samaritidi ostendit? si Messiam, qui dicitur Christus, filium utique se, non patrem, demonstrauit, qui et alibi Christus, dei filius, non pater, dictus est. exinde discipulis: meum est, inquit, ut faciam uoluntatem eius, qui me misit, ut consummem opus eius. et ad Iudaeos de paralytici sanitate: pater meus usque modo operatur, et ego operor. pater et ego filius dicit. denique propter hoc magis Iudaei illum interficere uolebant, non tantum quod solueret sabbatum, sed quod patrem suum deum diceret, aequans se deo. tunc ergo dicebat ad eos: nihil filius facere potest a semetipso, nisi uideat patrem facientem; quae enim ille facit, eadem et filius facit. pater enim diligit filium et omnia demonstrat illi, quae ille facit, et maiora istis opera

3] Ioh. 3, 17—18. 8] Ioh. 3, 35—36. 12] cf. Ioh. 4, 25—26. 15] Ioh. 4, 34. 17] Ioh. 5, 17. 18] Ioh. 5, 18. 22] Ioh. 5, 19—27.

2 crediderit *RF*, credidit (*corr. R sec. Hirsaugiensem*) *M* 7 cum interrogaret qui de Iesu cur tingeret *scripsi* (*cf. Ioh. 3, 26*): cum interrogaretur quid de Iesu contingeret *PMF*, cum interrogaretur quid de Iesu, cum tingeret *Eng* 8 diligit *Pam* (*cf. cap. 16*): dilexit *PMF* 9 credit *Pam:* credidit *PMF* 10 credit *Pam:* credidit *PMF* 12 uero *om. F* 15 <cibus> meus est *fort.* (*cf. de ieiun. c. 15*) 20 tantum R^3, tamen *PMF*R^1 quod (*prius*) *om. F* 23 uiderit *Pam* 25 demonstrat *scripsi:* demonstrauit *PMF* quae—demonstrabit illi *om. MP* (*sed in mg. haec ex Hirsaugiensi addidit R*) facit *R*, fecit *F* istis *Pam:* ista *F* *Hirsaugiensis teste Rhenano*

demonstrabit illi, ut uos miremini. quomodo enim ⟨pater⟩ suscitat mortuos et uiuificat, ita et filius quos uult uiuificat. neque enim pater iudicat, sed omne iudicium dedit filio, uti omnes honorent filium, sicut honorant patrem. qui non honorat filium, non honorat patrem, qui filium misit. amen, amen dico uobis, quod qui audit sermonem ⟨meum⟩ et credit ei, qui me misit, habet uitam aeternam et in iudicium non ueniet, sed transit de morte in uitam. amen dico uobis, quod ueniet hora, qua mortui audient uocem filii dei, et cum audierint, uiuent. sicut enim pater habet uitam aeternam a semetipso, ita et filio dedit uitam aeternam habere in semetipso, et iudicium dedit illi facere in potestate, quia filius hominis est, per carnem scilicet, sicut et filius dei per spiritum eius. adhuc adicit: ego autem habeo maius quam Iohannis testimonium; opera enim, quae pater mihi dedit consummare, illa ipsa de me testimonium perhibent, quod me pater miserit; et qui me misit pater, ipse testimonium dixit de me. subiungens autem: neque uocem eius audistis umquam neque formam eius uidistis, confirmat retro non patrem, sed filium fuisse qui uidebatur et audiebatur. denique dicit: ego ueni in patris mei nomine, et non me recepistis. adeo semper filius erat in dei et regis et domini omnipotentis et altissimi nomine. interrogantibus autem quid facere debeant respondit: ut credatis in eum, quem deus misit. panem quoque se adfirmat, quem pater praestaret

15] Ioh. 5, 36—37. 20] Ioh. 5, 37. 23] Ioh. 5, 43. 26] Ioh. 6, 29. 27] cf. Ioh. 6, 32.

1 demonstrabit *scripsi:* demonstrauit *F Hirsaugiensis* pater *addidi* (*cf. c. 24*) 2 uiuificat *PM*, uiuificabit *F* 7 sermonem ⟨meum⟩ *Eng:* sermonem *F*, sermones PMR^1, sermones ⟨meos⟩ R^3 *uulgo* 8 uenit *Urs* 9 transit = *transiit* de uita uel morte in uitam *F* 11 qui audierint *Lat* 13 habere *om. F* in a semet ipso *F* 14 quia *PMF*, qua *Gel* 17 illa et ipsa *F* 22 dicit *PM*, dicebat *F* 24 ⟨et⟩ omnipotentis *Urs*

de caelo; ergo omne, quod ei daret pater, ad se uenire, nec reiecturum se, quia de caelo descendisset, non ut suam, sed ut patris faceret uoluntatem; uoluntatem autem patris esse, uti qui uiderit filium et crediderit in eum, uitam et resurrectionem consequatur; neminem porro ad se uenire posse, nisi quem pater adducat; omnem ⟨autem,⟩ qui a patre audisset et didicisset, uenire ad se, non quasi patrem aliquis uiderit adiciens et hic, ut ostenderet patris esse sermonem, per quem docti fiant. at cum discedunt ab eo multi et apostolis suis offert, si uelint discedere et ipsi, quid respondit Simon Petrus? quo discedimus? uerba uitae habes, et nos credimus, quod tu sis Christus. patrem illum esse an patris? [Christum].

22. Cuius autem doctrinam dicit, ad quam mirabantur? suam an patris? aeque ambigentibus inter se, ne ipse esset Christus, utique non pater, sed filius: meque scitis, inquit, unde sim; et non ueni a me ipso, sed est uerus qui me misit, quem uos non nostis; ego noui illum, quia apud illum sum. non dixit 'quia ipse sum' et 'ipse me misi', sed 'ille me misit'. item cum misissent ad inuadendum eum pharisaei; modicum adhuc temporis, ait, uobiscum sum et uado ad eum, qui me misit. at ubi se negat esse solum — sed ego, inquit, et qui me misit pater — nonne duos demonstrat, tam duos quam inseparatos? immo totum erat hoc quod docebat, inseparatos duos esse. siquidem et legem proponens duorum hominum testimonium confirmantem

1—3] cf. Ioh. 6, 37—38. 3—5] cf. Ioh. 6, 40. 5] cf. Ioh. 6, 44. 6] cf. Ioh. 6, 45. 7] Ioh. 6, 46. 11] Ioh. 6, 68—69. 14] cf. Ioh. 5, 20. 16] Ioh. 7, 28. 21] Ioh. 7, 33. 23] Ioh. 8, 16.

6 autem *addidi* 10 quid *PM*, et quid *F* 11 discedimus *PMF*, discedemus *Pam* 13 Christum *seclusi*, *est interpretamentum uocis* illum 16 meque scitis *scripsi* (κἀμὲ οἴδατε): neque me scitis *PMF* (*ex* ṇẹque *corr.* me, *ut uid.*), atque me scitis *Iun*, neque nescitis *Oehlerus* 22 negat *PM*, negatur *F*, negans *Oehlerus* (*in notis*) 23 *parenthesin indicaui*

subiungit: ego testimonium dico de me, et testimonium dicit de me qui me misit pater. quodsi unus esset, dum idem est et filius et pater, non uteretur legis patrocinio fidem imponentis non unius testimonio, sed duorum. item interrogatus, ubi esset pater, neque se neque patrem notum esse illis respondens duos dixit ignotos, quod, si ipsum nossent, patrem nossent, non quidem quasi ipse esset pater et filius, sed quia per indiuiduitatem neque agnosci neque ignorari alter sine altero potest, interpretante extrinsecus scriptura non cognouisse illos quod de patre dixisset, — qui me, ait, misit, uerax est, et ego quae ab eo audiui, ea et loquor in mundum — cum scilicet cognoscere debuissent sermones patris in filio esse, legendo apud Hieremiam: et dixit mihi dominus: ecce dedi sermones meos in os tuum et apud Esaiam: dominus dat mihi linguam disciplinae ad cognoscendum, quando oporteat dicere sermonem, sicut ipse rursus: tunc, inquit, cognoscetis, quod ego sim et a memetipso nihil loquar, sed sicut me docuit ⟨pater,⟩ ita et loquor, quia et qui me misit mecum est, et hoc ad testimonium indiuiduorum duorum. item in altercatione Iudaeorum exprobrans, quod occidere eum uellent: ego, inquit, quae uidi penes patrem meum loquor, et uos quod uidistis penes patrem uestrum id facitis, et: nunc uultis occidere hominem ueritatem uobis locutum, quam audiuit a deo, et: si deus esset pater uester, dilexissetis me; ego enim ex deo exiui et ueni,

1] Ioh. 8, 18. 4] cf. Deut. 17, 6. cf. Ioh. 8, 19. 6] cf. ib. 9] Ioh. 8, 26. 12] cf. Ioh. 8, 27. 13] Hier. 1, 9. 15] Es. 50, 4. 17] Ioh. 8, 28. 22] Ioh. 8, 38. 24] Ioh. 8, 40. 25] Ioh. 8, 42.

5 pater *om. F* 6 ignotos *PM*, esse ignotos *F* ignotos, quod, si *scripsi*: ignotos. quodsi *uulgo* 8 indiuiduitatem *FR*, indiuinitate *P* (*corr. R*) *M* (*corr. m. 1*) 10 *uerba* qui me—in mundum, *quae in libris mss. paulo supra l. 9 post* potest *leguntur, huc transposui* 13 patris *om. F* 15 mihi dat *F* 18 memetipso *PM*, me ipso *F* 19 pater *addidi* mecum est. et hoc *uulgo* 21 eum uellent *om. F* 22 meum—patrem *om. F* 24 ueritatem *om. P* (*add. R in mg. ex Hirsaugiensi*)

— et tamen non separamus, licet exisse dixerit, ut quidam arripiunt huius dicti occasionem; exiuit enim a patre ut radius ex sole, ut riuus ex fonte, ut frutex ex semine — ⟨et:⟩ ego daemonium non habeo, sed honoro patrem meum, et: si ego me ipse glorificem, nihil est gloria mea; est qui me glorificet pater, quem uos dicitis deum esse uestrum nec nostis illum; at ego noui eum, et si dicam: non noui, ero similis uestri mendax; sed noui illum et sermonem eius seruo. et cum subiungit: Abraham diem meum uidit et laetatus est, nempe demonstrat filium Abrahae retro uisum, non patrem. item super caecum illum patris opera dicit se facere oportere, cui post restitutionem luminum: tu, inquit, credis in filium dei? et interroganti, quis esset iste, ipse se demonstrans utique filium demonstrauit, quem credendum esse dixerat. dehinc cognosci se profitetur a patre et patrem a se et ideo se diligi a patre, quod animam suam ponat, quia hoc praeceptum accepisset a patre. et interrogatus a Iudaeis, si ipse esset Christus — utique dei, nam usque in hodiernum Iudaei Christum dei, non ipsum patrem sperant, quia numquam Christus pater scriptus est uenturus — loquor, inquit, uobis, et non creditis; opera, quae ego facio in nomine patris, ipsa de me testimonium dicunt. quod testimonium? ipsum scilicet esse, de quo interrogabant, id est Christum dei. de ouibus etiam suis *, quod nemo illas de manu eius eriperet, pater enim, ⟨inquit,⟩ quod mihi dedit maius,

4] Ioh. 8, 49. 5] Ioh. 8, 54—55. 10] Ioh. 8, 56. 13] Ioh. 9, 35. 14] cf. Ioh. 9, 36—37. 16] cf. Ioh. 10, 15. cf. Ioh. 10, 17. 18] cf. Ioh. 10, 24. 21] Ioh. 10, 25. 25] cf. Ioh. 10, 27—28. 26] Ioh. 10, 29. 30.

1 separamus *PM* (s *in* r *m. 1*) *R*[1], separaui *F*, separantur *R*[3] *uulgo* 2 enim *scripsi:* autem *PMF* 3 et *addidi* 10 et *scripsi:* at *PMF*, ac *Pam* 11 laetatus *PM*, locutus *F* 12 caelum *P* (*corr. R*) 16 esse *dixerat *M*, esse *om. F* 19 dei *R*[3], deus *PMFR*[1] 25 *lacunam signaui:* subiungens *desidero* 26 pater enim quod mihi dedit maius est omnibus *PM*, pater enim qui maior est omnibus mihi dedit *F Oehlerus* inquit *addidi*

est omnibus, et ego et pater unum sumus. hic ergo iam gradum uolunt figere stulti, immo caeci, qui non uideant primo 'ego et pater' duorum esse significationem, dehinc in nouissimo 'sumus' non ex unius esse persona, quod pluraliter dictum est, tunc, quod 'unum sumus', non 'unus sumus' ⟨dicit.⟩ si enim dixisset: 'unus sumus', potuisset adiuuare sententiam illorum; unus enim singularis numeri significatio uidetur. adhuc, cum duo masculini generis unum dicit neutrali uerbo, quod non pertinet ad singularitatem, sed ad unitatem, ad similitudinem, ad coniunctionem, ad dilectionem patris, qui filium diligit, et ad obsequium filii, qui uoluntati patris obsequitur, unum sumus dicens ego et pater ostendit duos esse, quos aequat et iungit. adeo addit etiam multa se opera a patre ostendisse, quorum nihil lapidari mereretur, et ne putarent ideo se illum lapidare debere, quasi se deum ipsum, id est patrem, uoluisset intellegi, quia dixerat: ego et pater unum sumus, qua filium dei deum ostendens, non qua ipsum deum, si in lege, inquit, scriptum est: ego dixi, uos dii estis, *** et non potest solui scriptura, quem pater sanctificauit et misit in mundum uos eum blasphemare dicitis, quia dixerit: filius dei sum? si non facio opera patris mei, nolite credere; si uero facio et mihi credere non uultis, uel propter opera credite; et scitote, quod ego in patre sim et pater in me. per opera ergo erit pater in filio, et filius in patre; et ita per opera intellegimus

12] Ioh. 10, 30. 13] cf. Ioh. 10, 32—33. 16] Ioh. 10, 30. 18] Ioh. 10, 34—38.

5 tunc *MF*, tum *P uulgo* 6 dicit *addidi* unus *Rig:* quod unus *PMF* 8 generis unum *Eng:* generis, unum *uulgo* 12 obsequitur. unum *uulgo* 13 adeo = *adhuc, ut uidetur, nisi rescribendum est:* ad ea se *om. P* (*add. R ex Hirsaugiensi*) 17 qua—ostendens *subiunge uerbo* inquit 18 ipsum deum ⟨patrem⟩ *fort.* 19 *lacunam signaui: desiderantur uerba euangelii:* et illos deos nominauit lex, ad quos sermo dei factus est, *quae hoc loco propter antithesin insequentem:* quem pater sanctificauit *deesse uix possunt* 21 dixerit *Iun:* dixerat *PMF,* dixi *Pam* 25 erat *Urs*

unum esse patrem ⟨et filium.⟩ adeo totum hoc perseuerabat inducere, ut duo tamen crederentur in una uirtute, quia aliter filius credi non posset, nisi duo crederentur.

23. Post haec autem Martha filium dei eum confessa non magis errauit quam Petrus et Nathanahel; quamquam et si errasset, statim didicisset. ecce enim ad suscitandum fratrem eius a mortuis ad caelum et ad patrem dominus suspiciens: pater, inquit, — utique filius — gratias ago tibi, quod me semper exaudias: propter istas turbas circumstantes dixi, ut credant, quod tu me miseris. sed et in conturbatione animae: et quid dicam? pater, inquit, saluum me fac de ista hora: atquin propter hoc ueni in istam horam; uerum, pater, glorifica nomen tuum, in quo erat filius: ego, inquit, ueni in patris nomine. inde, — scilicet suffecerat filii ad patrem uox — ecce ex abundantia respondet de caelo pater: [filio contestatur: hic est filius meus dilectus, in quo bene sensi, audite illum. ita et isto] glorificaui et glorificabo rursus. quot personae tibi uidentur, peruersissime Praxea, nisi quot et uoces? habes filium in terris, habes patrem in caelis. non est separatio ista, sed dispositio diuina. ceterum scimus deum etiam intra abyssos esse et ubique consistere, sed ui et potestate, filiumque, ut indiuiduum, cum ipso ubique. tamen in ipsa oikonomia pater uoluit filium in terris haberi, se uero in caelis, quo et ipse filius suspiciens et orabat et postulabat a patre, quo et nos

4] cf. Ioh. 11, 27. 8] Ioh. 11, 41. 42. 11] Ioh. 12, 27. 28. 14] Ioh. 5, 43. 16] Matth. 17, 5. 18] Ioh. 12, 28.

1 et filium *add. Urs* 4 Martha *Pam:* maria *PMF* eum (*s. u. a m. 1*) *M* 9 <sed> propter *Lat* 10 quod *PM*, quia *F* 14 <et> filius *Rig* patris *MP* (*add.* mei *R ex Hirsaugiensi*), patris mei *F* *parenthesin indicaui:* uox. ecce *uulgo* 15 ex abundanti *Lat* 16 respondet *P*, respondit *MF* filio contestatur—isto *seclusi, ut quae et uerborum structuram turbent et omnino non legantur in euangelio secundum Iohannem* contestaturus *Oehlerus* 18 isto *PM*, in isto *F* 19 Praxea *R*, praxean *PMF* 22 potestate, filiumque *scripsi:* potestate. filium quoque *PMF* 23 oikonomia *PMF*, οἰκονομίᾳ *uulgo* 24 quo *R*[3], quod *PMFR*[1] caelis. quo *uulgo* 25 quo *PM*, quod *F*

erectos docebat orare: pater noster, qui es in caelis. cum sit et ubique, hanc sedem suam uoluit pater: ** mihi thronus. * minorauit filium modico citra angelos, ad terram demittendo, gloria tamen et honore coronaturus illum, in caelos resumendo. haec iam praestabat illi dicens: et glorificaui et glorificabo. postulat filius de terris, pater promittit a caelis. quid mendacem facis et patrem et filium? si aut pater de caelis loquebatur ad filium, cum ipse esset filius apud terras, aut filius ad patrem precabatur, cum ipse esset pater apud caelos, quale est, ut filius item postularet a semetipso postulando a patre, ⟨si⟩ filius erat pater, aut iterum pater sibi ipse promitteret promittendo filio, si pater erat ⟨filius?⟩ ut sic duos diuisos diceremus, quomodo iactitatis, tolerabilius erat duos diuisos quam unum deum uersipellem praedicare. itaque ad istos tunc dominus pronuntiauit: non propter me ista uox uenit, sed propter uos, ut credant et hi et patrem et filium in suis quemque nominibus et personis et locis. sed adhuc exclamat Iesus et dicit: qui credit in me, non in me credit, sed in eum credit, qui me misit, — quia per filium in patrem creditur et auctoritas credendi filio pater est — et qui me conspicit, conspicit eum qui me misit. quomodo? quoniam scilicet a memetipso non sum locutus, sed qui me misit pater ipse mihi man-

1] Matth. 6, 9. 2] cf. Ps. 102, 19. Es. 66, 1. 5] Ioh. 12, 28. 15] Ioh. 12, 30. 18] Ioh. 12, 44. 21] Ioh. 12, 45. 22] Ioh. 12, 49.

1 caelis, cum *uulgo* 2 ubique. hanc *uulgo* suam *om. F* pater mihi thronus minorauit *F*, pater. minorauit *PM reliqui: quas indicaui lacunas sic uelim expleri:* ⟨*in caelo*, inquit⟩ *mihi thronus.* ⟨hinc et⟩ minorauit 4 demittendo *Urs:* dimittendo *PMF reliqui* 8 aut *FR*^{3}, autem *PMR*^{1} ad filium *R*^{3}, ad filium si autem pater *PMFR*^{1} 9 terras —apud *om. P* (*add. R in mg. ex Hirsaugiensi*) 10 pater *scripsi:* filius *PMF* postularet *Urs:* postulet *PMF* 11 si *add. R, om. PMF* filius erat pater *et* si pater erat (*l. 12*) *secludi uult Eng* 12 filius *addidi* 13 diceremus—diuisos *om. P* (*add. R in mg. ex Hirsaugiensi*) 14 erat *PM*, erit *F* 15 tunc *Urs:* nunc *PMF* 16 ista uox *PM*, uox ista *F* 17 et filium *FR*, filium *PM* 20 *parenthesin indicauit Eng* 21 me conspicit *MF*, conspicit *PR*^{1}, conspicit me *R*^{3} *uulgo*

datum dedit, quid dicam et quid loquar; — dominus enim dat mihi linguam disciplinae ad cognoscendum, quando oporteat dicere sermonem — quae ego loquor, sicut mihi pater dixit, ita et loquor. haec quomodo dicta sint, euangelizator et utique tam carus discipulus Iohannes magis quam Praxeas nouerat, ideoque ipse de suo sensu: ante autem sollemnitatem paschae, inquit, sciens Iesus omnia sibi tradita a patre esse et se ex deo exisse et ad deum uadere. sed Praxeas ipsum uult patrem de semetipso exisse et ad semetipsum abisse, ut diabolus in cor Iudae non filii traditionem, sed patris ipsius inmiserit. nec diabolo bene nec haeretico, quia nec in filio bono suo diabolus operatus est traditionem. filius enim traditus est dei, qui erat in filio hominis, sicut scriptura subiungit: nunc glorificatus est filius hominis, et deus glorificatus est in illo. quis deus? utique non pater, sed sermo patris, qui erat in filio hominis, id est in carne. in qua et⟨si⟩ glorificatus iam — uirtute uero et sermone — et ante Iesus, et deus, inquit, glorificabit illum in semetipso, id est pater filium, quem in semetipso habens, etsi porrectum ad terram, mox ⟨glorificaturus erat⟩ per resurrectionem morte deuicta.

24. Erant plane, qui et tunc non intellegerent, quoniam et Thomas aliquamdiu incredulus. domine, enim inquit, non scimus, quo eas. et quomodo uiam nouimus? et Iesus: ego sum uia ueritas et uita: nemo uenit ad patrem nisi per

1] Es. 50, 4. 3] Ioh. 12, 50. 7] Ioh. 13, 1. 3. 15] Ioh. 13, 31. 18] Ioh. 13, 32. 23] Ioh. 14, 5. 24] Ioh. 14, 6—7.

1 *parenthesin indicaui* 3 sermonem — quae *scripsi:* sermonem, quem *PMF* 4 loquor. sicut *uulgo* 6 nouerat *R*³, nominat *PFM* (*in mg. m. 2* ut meminit) *R*¹ 9 exisse *Urs:* esse *PMF* 16 in illo *PM*, in caelo *F* 17 carne. in qua et⟨si⟩ *scripsi:* carne, in qua et *PMF* (*intellege: quamquam Iesus et ante glorificatus erat, tamen de futura sua glorificatione loquitur*) 18 Iesus *Iun:* Iesum *PMF* et deus *PM*, deus *F* 19 glorificabit *Iun:* glorificauit *PMF* 20 quem *om. R*³ *reliqui praeter Oehlerum* 21 glorificaturus erat *addidi:* glorificauit *add. Urs* 22 erant plane qui *PM*, erant tibi plane quippe qui *F* quoniam *PM*, quomodo *F* 23 domine enim inquit *Gel*, domino enim inquit *PMF*, domine, inquit *Oehlerus*

me; si cognouissetis me, cognouissetis et patrem; sed abhinc nostis illum et uidistis illum. et peruenimus iam ad Philippum, qui spe excitatus uidendi patris, nec intellegens quomodo uisum patrem audisset: ostende, inquit, nobis patrem, et sufficit nobis. et dominus: Philippe, tanto tempore uobiscum sum, et non cognouistis me? quem dicit cognosci ab illis debuisse ⟨se⟩ — hoc enim solum discuti oportet — quasi patrem, an quasi filium? si quasi patrem, doceat Praxeas tanto tempore Christum cum eis conuersatum patrem aliquando non dico intellegi, uerum uel aestimari potuisse. nobis omnes scripturae, et ueteres et nouae, Christum dei filium dei praefiniunt. hoc et retro praedicabatur, hoc et ab ipso Christo pronuntiabatur, immo iam et ab ipso patre, coram de caelis filium profitente et filium glorificante: hic est filius meus, et: glorificaui et glorificabo, hoc et a discipulis credebatur, hoc et a Iudaeis non credebatur. hoc se uolens credi ab illis omni hora patrem nominabat et patrem praeferebat et patrem honorabat. si ita est, ergo non patrem tanto tempore secum conuersatum ignorauerant, sed filium; et dominus, eum se ignorari exprobrans, quem ignorauerant, eum utique agnosci uolebat, quem tanto tempore non agnosci exprobrauerat, id est filium. et apparere iam potest, quo modo dictum sit: qui me uidet, uidet et patrem, scilicet quo et supra: ego et pater unum sumus; — quare? quia ego ex deo exiui et ueni — et: ego sum uia, nemo ad patrem uenit nisi per me; et: nemo ad me uenit nisi pater eum adduxerit; et: omnia mihi pater tradidit; et: sicut pater uiuificat, ita et filius; et: si me cognouistis, et patrem

4] Ioh. 14, 8. 6] Ioh. 14, 9. 15] Matth. 17, 5. Ioh. 12, 28. 23] Ioh. 14, 9. 24] Ioh. 10, 30. 25] Ioh. 16, 28. 26] Ioh. 14, 6. 27] Ioh. 6, 44. 28] Matth. 11, 27. Ioh. 5, 21. 29] Ioh. 14, 7.

2 sed *Gel:* sed et *PMF* 7 se *add. Eng: ego olim rescribendum putabam:* ⟨quasi⟩ quem dicit cognosci ⟨se⟩ 12 et nouae Christum dei *scripsi:* Christum dei et nouae *PMF* 16 a discipulis *PM,* discipulis *F* 22 tempore non agnosci *MF*, non agnosci tempore *P uulgo* 25 ego *om. F* 28 mihi pater *PM,* pater mihi *F*

cognouistis. secundum haec enim uicarium se patris ostenderat, per quem pater et uideretur in factis et audiretur in uerbis et cognosceretur in filio facta et uerba patris administrante, quia inuisibilis pater, quod et Philippus didicerat in lege et meminisse debuerat: deum nemo uidebit et uiuet. et ideo suggillatur patrem uidere desiderans quasi uisibilem et instruitur uisibilem eum in filio fieri ex uirtutibus, non ex personae repraesentatione. denique si patrem eundem filium uellet intellegi dicendo: qui me uidet, patrem uidet, quomodo subicit: non credis, quia ego in patre et pater in me? debuerat enim subiunxisse: 'non credis, quia ego sum pater? aut quo exaggerauit, si non illud manifestauit, quod uoluerat intellegi, se scilicet filium esse? porro dicendo: non credis, quia ego in patre et pater in me, propterea potius exaggerauit, ne, quia dixerat: qui me uidit et patrem uidit, pater existimaretur, quod numquam se existimari uoluit, qui semper se filium et a patre uenisse profitebatur. igitur et manifestam fecit duarum personarum coniunctionem, ne pater seorsum quasi uisibilis in conspectu desideraretur, et ut filius repraesentator patris haberetur, et nihilominus hoc quoque interpretatus est, quomodo pater esset in filio et filius in patre: uerba, inquit, quae ego loquor uobis, non sunt mea, — utique quia patris — pater autem manens in me facit opera. per opera ergo uirtutum et uerba doctrinae manens in filio pater per ea uidetur, per quae manet, et per eum, in quo manet, ex hoc ipso apparente proprietate utriusque personae, dum dicit: ego sum in patre, et pater in me. atque adeo: credite, ait. quid? me patrem esse? non puto scriptum esse, sed: quia ego in patre et pater

5] Exod. 33, 20. 9] Ioh. 14, 9. 10] Ioh. 14, 10. 13] ib. 22—23] ib. 27] ib. 28] Ioh. 14, 11. 29] ib.

2 in uerbis *om.* *F* 7 uirtutis *fort.* 10 credis *PMF*, creditis *Pam* in me <est> *Pam* 11 credis *PMF,* creditis *Pam* 13 se scilicet R^3, sic scilicet $PMFR^1$ 16 se existimari *MF*, existimari se *P uulgo* 20 ut *om.* *F* haberetur. et *uulgo* 22 quae ego *FR*, quae *PM*

in me, si quo minus, uel propter opera credite, ea utique opera, per quae pater in filio non uisu, sed sensu uidebatur.

25. Post Philippum et totam substantiam quaestionis istius, quae in finem euangelii perseuerat, in eodem genere sermonis, quo [pater] et filius in sua proprietate distinguitur, paracletum quoque a patre se postulaturum, cum ascendisset ad patrem, et missurum repromittit, et quidem alium. sed iam praemisimus quomodo alium. ceterum: de meo sumet, inquit, sicut ipse de patris. ita conexus patris in filio et filii in paracleto tres efficit cohaerentes, alterum ex altero. qui tres unum sunt, non unus, quomodo dictum est: ego et pater unum sumus, ad substantiae unitatem, non ad numeri singularitatem. percurre adhuc et inuenies quem patrem credis uitem patris dictum et patrem agricolam, uti quem in terra tu putas fuisse, hunc rursus in caelis a filio agnosci, cum illuc respiciens discipulos suos patri tradit. sed et si in isto euangelio non est reuelatum: deus meus, ad quid me dereliquisti? et: pater, in tuis manibus depone spiritum meum, tamen post resurrectionem et deuictae gloriam mortis exposita necessitate omnis humilitatis, cum iam patrem se posset ostendere tam fideli feminae, ex dilectione, non ex curiositate nec ex incredulitate Thomae tangere eum adgressae: ne, inquit, contigeris me, nondum ascendi ad patrem meum, uade autem ad fratres meos — quibus et in hoc ⟨se⟩ filium ostendit; filios enim appellasset illos, si pater fuisset — et dices eis: ascendo ad patrem meum et patrem uestrum

6] cf. Ioh. 14, 16. 9] Ioh. 16, 14. 12] Ioh. 10, 30. 14—15] cf. Ioh. 15, 1. 17] cf. Ioh. 17, 11. 18] Matth. 27, 46. 19] Luc. 23, 46. 23] Ioh. 20, 17.

5 in fine *Eng* perseuerat *Lat:* perseuerant *PMF*, *defendit Eng, uerba* quae in fine euangelii *pro subiecto accipiens* 6 pater *seclusi* distinguitur *PMF*, distinguuntur *Urs* 14 uitem *scripsi* (*cf. Ioh. 15, 1*): uice *PMF* 15 uti quem *Leopoldus:* utique *PMF*, et quem *Iun* 16 agnosci *scil.* inuenies 18 est *PMF*, esset *Urs* 20 deuictae *PM*, deuicta *F* gloriam R^3, gloria $PMFR^1$ 25 quibus *scripsi:* quia *PMF*, quin *Urs*, qui se *Eng* se *add. Urs*

et deum meum et deum uestrum. pater ad patrem, et deus ad deum? an filius ad patrem, et sermo ad deum? ipsa quoque clausula euangelii propter quid consignat haec scripta, nisi: ut credatis, inquit, Iesum Christum filium dei? igitur quaecumque ex his putaueris ad demonstrationem eiusdem patris et filii proficere tibi posse, aduersus definitiuam euangelii sententiam niteris. non ideo enim scripta sunt, ut patrem credas Iesum Christum, sed ut filium.

26. Propter unum Philippi sermonem et domini responsionem ad eum uidemur Iohannis euangelium decucurrisse, ne tot manifeste pronuntiata et ante et postea unus sermo subuertat, secundum omnia potius quam aduersus omnia, etiam aduersus suos sensus, interpretandus. ceterum ut alia euangelia nunc interponam, quae ⟨de⟩ natiuitate dominica fidem confirmant. sufficit eum, qui nasci habebat ex uirgine, ab ipso adnuntiali angelo filium dei determinatum: spiritus dei superueniet in te, et uirtus altissimi obumbrabit te: propterea quod nascetur ex te sanctum uocabitur filius dei. uolent quidem et hic argumentari, sed ueritas praeualebit. 'nempe', inquiunt, 'filius dei deus est, *** et uirtus altissimi altissimus est'. nec pudet illis inicere, quod, si esset, scriptum fuisset. quem enim uerebatur, ut non aperte pronuntiaret: 'deus superueniet', et 'altissimus obumbrabit te'? dicens autem 'spiritus dei', etsi spiritus dei **, tamen non directo deum nominans, portionem totius intellegi uoluit, quae cessura erat in filii nomen. hic spiritus dei idem erit sermo. sicut

4] Ioh. 20, 31. 16] Luc. 1, 35.

1 et deum meum *PM* (*cf. 284, 15*), deum meum *FR* 8 Iesum R^3, in Iesum *PMFR*^{1} 10 decurrisse *F* 14 nunc *scripsi:* non *PMF* ⟨de⟩ natiuitate *Pam:* natiuitate *PMF* 15 eum R^3, enim *PMFR*^{1} 16 adnuntiali *scripsi:* adnuntiari *PMF* determinate *Eng* (*defendens* adnuntiari) 17 in te *om. F* 18 uocabitur sanctum *F* 20 spiritus dei *susp. Eng* (*non probans quam indicaui lacunam*) *lacunam signaui:* ut et spiritus dei deus est *intercidisse puto* 21 illis *scripsi:* illos *PM,* illo *F* inicere *PM,* uincere *F* quod—uerebatur *om. F* 24 etsi spiritum dei *Eng, nihil praeterea desiderans* *lacunam signaui:* deus capit dici *supplenda censeo:* deus *addidit Urs* 26 erit (i s a *a m. 1*) *M* sicut *MF,* sic *P*

enim Iohanne dicente: sermo caro factus est, spiritum quoque intellegimus in mentione sermonis, ita et hic sermonem quoque agnoscimus in nomine spiritus. nam et spiritus substantia est sermonis, et sermo operatio spiritus, et duo unum sunt. ceterum alium Iohannes profitebitur carnem factum, alium angelus carnem futurum, si non et spiritus sermo est et sermo spiritus. sicut ergo sermo dei non est ipse, cuius est, ita nec spiritus, et si dei dictus est, non tamen ipse est, cuius est dictus. nulla res alicuius ipse est, cuius est. plane cum quid ex ipso est et sic eius est, dum ex ipso sit, potest tale quid esse, quale et ipse, ex quo est et cuius est. et ideo spiritus deus et sermo deus, quia ex deo, non tamen ipse, ex quo est. quod⟨si⟩ deus dei tamquam, substantiua res, non erit ipse deus, sed hactenus deus, qua ex ipsius dei substantia [quae et substantiua res est] et ut portio aliqua totius, multo magis uirtus altissimi non erit ipse altissimus, quia nec substantiua res est, quod est spiritus, sicut nec sapientia, nec prouidentia. ⟨ut⟩ et haec enim substantiae non sunt, sed accidentia uniuscuiusque substantiae, et uirtus spiritui accidit nec ipsa erit spiritus. his itaque rebus, quodcumque sunt, spiritu dei et sermone et uirtute, conlatis in uirginem, quod de ea nascitur filius dei est. hoc se et in istis euangeliis ipse testatur statim a puero: non scitis, inquit, quod in patris mei me esse oportet? hoc et satanas eum in temptationibus nouit: si filius dei es, hoc et exinde daemonia confitentur: scimus

1] Ioh. 1, 14. 24] Luc. 2, 49. 25] Matth. 4, 3. 6. 26] Marc. 1, 24. cf. Luc. 4, 34.

1 factus *PM,* factum *F* 8 dei *scripsi:* deus *PMF* 9 tamen *P,* enim *MF* 10 ipse *scripsi:* ipsa *PMF* cuius est *PM.* cuius *F* 13 non *om. F* quodsi *Urs:* quod *PMF* dei, tamquam *uulgo* 15 qua ex *Lat:* quia ex *PMF* quae *PMF*, qua *Urs* quae et substantiua res est *seclusi: explicant haec quae breuius dicta sunt in uersu antecedenti:* substantiua res (*cf. infra l. 17* quia nec substantiua res est) substantiua *PM*, substantia *F* 16 totius, multo *Urs:* totius. multo *reliqui* 17 quia R^3, qui $PMFR^1$ 18 ⟨ut⟩ et *scripsi:* et *PMF* 20 et uirtus *F,* uirtus *PM* ipse *susp. Eng* 23 hoc se R^3, si hoc se $PMFR^1$

qui sis, filius dei. patrem et ipse adorat. Christum se dei a Petro agnitum non negat. exultans in spiritu ad patrem: confiteor, inquit, tibi, pater, quod absconderis haec a sapientibus. hic quoque patrem nemini notum nisi filio adfirmat. et patris filium † confessurus confessores et negaturus negatores suos apud patrem, inducens parabolam filii, non patris, in uineam missi post aliquot seruos et occisi a malis rusticis et a patre defensi, ignorans et ipse diem et horam ultimam soli patri notam, disponens regnum discipulis, quomodo et sibi dispositum dicit a patre, habens potestatem legiones angelorum postulandi ad auxilium a patre si uellet, exclamans quod se deus reliquisset, in patris manibus spiritum ponens, et post resurrectionem spondens missurum se discipulis promissionem patris, et nouissime mandans ut tinguerent in patrem et filium et spiritum sanctum, non in unum. nam nec semel, sed ter, ad singula nomina in personas singulas tinguimur.

27. Et quid ego in tam manifestis morabor, cum ea congredi debeam, de quibus manifesta obumbrare quaerunt? undique enim obducti distinctione patris et filii, quam manente coniunctione disponimus ut solis et radii et fontis et fluuii, per indiuiduum tamen numerum duorum et trium, aliter eam ad suam nihilominus sententiam interpretari conantur, ut aeque in una persona utrumque distinguant, patrem et filium, dicentes

1] cf. Luc. 10, 21. cf. Luc. 9, 20—21 (Matth. 16, 16—17). 2] cf. Luc. 10, 21. 3] Luc. 10, 21; Matth. 11, 25. 4] cf. Luc. 10, 22; Matth. 11, 27. 5] cf. Matth. 10, 32—33; Luc. 12, 8—9. 6] cf. Matth. 21, 33—41; Marc. 12, 1—9; Luc. 20, 9—16. 8] cf. Matth. 24, 36; Marc. 13, 32. 9] cf. Luc. 22, 29; 10] cf. Matth. 26, 53. 12] cf. Luc. 23, 46. 13] cf. Luc. 24, 49. 14] cf. Matth. 28, 19.

1 *ad uerba* Christum—negat *cf. quae adnotaui infra ad l. 5* 2 agnitum *PM*, cognitum *F* exultans *F*, insultans *PM uulgo* 4 sapientibus, hic *fort.* hic quoque *cf. 278, 23* et in istis euangeliis 5 adfirmans *fort.* patris *PM*, patri *F* *nescio an huc sint inserenda quae supra l. 1 leguntur, hoc modo:* et patris filium Christum se dei a Petro agnitum non negat, confessurus confessurus *MF*, confessurum *P uulgo* negaturus *MF*, negaturum *P uulgo* 9 soli *PM*, sibi *F* 17 manifestis *PM*, manifestatis *F* congredi *PM*, aggredi *FR uulgo* 19 ⟨de⟩ distinctione *Oehlerus* 23 dicentes *MF*, discentes *P uulgo*

filium carnem esse, id est hominem, id est Iesum, patrem autem spiritum, id est deum, id est Christum. et qui unum eundemque contendunt patrem et filium, iam incipiunt diuidere illos potius quam unare. si enim alius est Iesus, alius Christus, alius erit filius, ⟨alius⟩ pater, quia filius Iesus, et pater Christus. talem monarchiam apud Valentinum fortasse didicerunt. sed et haec iniectio eorum, duos facere Iesum et Christum, ex praetractatis iam retusa est, quod sermo dei uel spiritus dei et uirtus altissimi dictus sit quem patrem faciunt. non enim ipse sunt, cuius dicuntur, sed ex ipso et ipsius. et aliter tamen in isto capitulo reuincentur. 'ecce,' inquiunt, 'ab angelo praedicatum est: propterea quod nascetur sanctum uocabitur filius dei. caro [itaque] nata est: caro itaque erit filius dei.' immo de spiritu dei dictum est. certe enim de spiritu sancto uirgo concepit et quod concepit, id peperit; id ergo nasci habebat, quod erat conceptum, [et pariundum] id est spiritus, cuius et uocabitur nomen Emmanuel, quod est interpretatum: nobiscum deus. caro autem deus non est, ut de illa dictum sit: uocabitur sanctum filius dei, sed ille, qui in ea natus est deus, de quo et psalmus: quoniam deus homo natus est in illa et aedificauit eam uoluntate patris. quis deus in ea natus? sermo, et spiritus, qui cum sermone de patris uoluntate natus est. igitur, dum sermo in carne, et de hoc quaerendum, quomodo sermo caro sit factus, utrumne quasi transfiguratus in carnem an indutus carnem. immo indutus. ceterum deum inmutabilem et informabilem credi necesse est, ut aeternum. transfiguratio autem interemptio est pristini.

12] Luc. 1, 35. 17] Matth. 1, 23. 19] Luc. 1, 35. 21] Ps. 86, 5.

5 ⟨alius⟩ pater R^3, pater $PMFR^1$ 7 *uerba* duos facere Iesum et Christum, *quae in libr. mss. paulo supra post* didicerunt *comparent, huc transtuli* (*cf. I p. 359, 3*) 8 praetractatis *MF*, retractatis *P* (*corr. R ex Hirsaugiensi*) 10 ipse *scripsi:* ipsae *PMF* 13 itaque *seclusi* 17 et pariundum *seclusi* 24 dum sermo in carne *scripsi:* sermo in carne dum *PMF*, natus est: igitur sermo in carne. tum *Eng* 26 in carnem *scripsi:* in carne *PMF* an indutus carnem *RF*, *om. MP* (*add. haec in mg. R ex Hirsaugiensi*) 28 ut aeternum *PM*, in aeternum *F*

omne enim, quodcumque transfiguratur in aliud, desinit esse quod fuerat, et incipit esse quod non erat. deus autem neque desinit esse neque aliud potest esse. sermo autem deus, et sermo domini manet in aeuum, perseuerando scilicet in sua forma. quem si non capit transfigurari, consequens est, ut sic caro factus intellegatur, dum fit in carne et manifestatur et uidetur et contrectatur per carnem, quia et cetera sic accipi exigunt. si enim sermo ex transfiguratione et demutatione substantiae caro factus est, una iam erit substantia Iesus ex duabus, ex carne et spiritu, mixtura quaedam, ut electrum ex auro et argento, et incipit nec aurum esse, id est spiritus, neque argentum, id est caro, dum alterum altero mutatur et tertium quid efficitur. neque ergo deus erit Iesus — sermo enim desiit esse qui caro factus est — neque homo [caro] caro enim non proprie est qui sermo fuit. ita ex utroque neutrum ⟨dum⟩ est, aliud longe tertium est quam utrumque. sedenim inuenimus illum directo et deum et hominem expositum, ipso hoc psalmo suggerente: quoniam deus homo natus est in illa, et aedificauit eam uoluntate patris; certe usquequaque filium dei et filium hominis, [cum deum et hominem] sine dubio secundum utramque substantiam in sua proprietate distantem, quia neque sermo aliud quam deus neque caro aliud quam homo. sic et apostolus de utraque eius substantia docet: qui factus est, inquit, ex semine Dauid: hic erit homo et filius hominis, qui definitus est filius dei secundum spiritum: hic erit deus et [sermo] dei filius. uidemus duplicem statum, non confusum, sed coniunctum, in una persona, deum et hominem Iesum,

18] Ps. 86, 5. 24—26] Rom. 1, 3—4.

2 non *om. F* 4 aeternum *P* (*corr. R in* aeuum *ex Hirsaugiensi*) 5 transfigurari *Urs:* configurari *PMF* 6 fit *PMR*¹, sit *FR*³ 9 erit *Urs:* erat *PMF* 10 mixtura *PM*, ex mixtura *F* 11 id est spiritus *om. F* 13 *parenthesin indicaui* 14 caro *seclusi* 15 non *om. F* qui *Urs:* quia *PMF* 16 dum *add. Eng* 19 et aedificauit *PMR*¹, aedificauit *FR*³ *uulgo* 20 cum deum et hominem *seclusi: ex u. 17 irrepsisse uidetur* 27 sermo *seclusi:* sermo ⟨dei,⟩ dei filius *Eng*

— de Christo enim differo — et adeo salua est utriusque proprietas substantiae, ut et spiritus res suas egerit in illo, id est uirtutes et opera et signa, et caro passiones suas functa sit, esuriens sub diabolo, sitiens sub Samaritide flens Lazarum, anxia usque ad mortem, denique et mortua [est]. quodsi tertium quid esset, ex utroque confusum, ut electrum, non tam distincta documenta parerent utriusque substantiae, sed et spiritus carnalia et caro spiritalia egisset ex translatione, aut neque carnalia neque spiritalia, sed tertiae alicuius formae ex confusione. immo aut sermo mortuus esset aut caro mortua non esset, si sermo conuersus esset in carnem; aut caro enim immortalis fuisset aut sermo mortalis. sed quia substantiae ambae in statu suo quaeque distincte agebant, ideo illis et operae et exitus sui occurrerunt. disce igitur cum Nicodemo quia quod in carne natum est caro est et quod de spiritu spiritus est. neque caro spiritus fit neque spiritus caro. in uno plane esse possunt. ex his Iesus constitit, ex carne homo, ex spiritu deus. quem tunc angelus ex ea parte, qua spiritus erat, dei filium pronuntiauit, seruans carni filium hominis dici. sic et apostolus eum, dei et hominum appellans sequestrem, utriusque substantiae confirmauit. nouissime: qui filium dei carnem interpretaris, exhibe, qui sit filius hominis. aut numquid spiritus erit? sed spiritum patrem ipsum uis haberi, quia deus spiritus, quasi non et dei spiritus, sicut et sermo deus et dei sermo.

28. Nunc de Christo. facis patrem, stultissime, qui nec

15] Ioh. 3, 6. 18] cf. Luc. 1, 35. 20] cf. I Tim. 2, 5.

1 enim *scripsi:* autem *PMF* 4 sitiens *P*, sitiens iħs (= *Iesus*) *MF* 5 est *seclusi* 6 electrum *PM*, electri *F*, ut electrum<ex auro et argento> *fort., nisi omnino spurium est* 9 aut *Urs:* ut *PMF* 13 distincte *FR*, distinctae *PM* 20 eum *scripsi:* etiam *PMF* (*cf. de res. carn. c. 63 init.*) 24 quasi—spiritus *om. F* 26 *miro quodam casu uerus ordo uerborum hic turbatus est: uerba* nunc de Christo (*cf. supra l. 1*), *quae in libris mss. infra 283, 7 post* patrem crederes *leguntur, necessario huc erant transferenda. pro eis hic leguntur:* itaque Christum, *nec ipsa suo loco. hiulca autem sententia est infra 283, 4 ubi praebent libri mss.:* quam calciatus, accidens nomini res. *quae desunt:* itaque Christus *ob eam rem illuc inserui*

ipsam uim inspicias nominis huius, si tamen nomen est Christus et non appellatio potius; unctus enim significatur. unctus autem non magis nomen est quam uestitus, quam calciatus. itaque Christus accidens nomini res. an tu, si ex aliquo argumento uestitus quoque uocaretur Iesus, quomodo Christus ab unctionis sacramento, aeque Iesum filium dei diceres, uestitum uero patrem crederes? si pater Christus est, pater unctus est, et utique ab alio. aut si a semetipso, proba. sed non ita docent Acta Apostolorum in illa exclamatione ecclesiae ad deum: conuenerunt enim uniuersi in ista ciuitate aduersus sanctum filium tuum ⟨Iesum,⟩ quem unxisti, Herodes et Pilatus cum nationibus. ita et filium dei Iesum contestati sunt et filium a patre unctum. ergo Iesus idem erit Christus, qui a patre unctus est, non pater, qui filium unxit. sic et Petrus: firmissime itaque cognoscat omnis domus Israhel, quod et dominum et Christum, id est unctum, fecerit eum deus, hunc Iesum, quem uos crucifixistis. Iohannes autem etiam mendacem notat eum, qui negauerit Iesum esse Christum, contra de deo natum omnem, qui crediderit Iesum esse Christum. propter quod et hortatur, ut credamus nomini filii eius Iesu Christi, ut scilicet communio sit nobis cum patre et filio eius Iesu Christo. sic et Paulus ubique deum patrem ponit et dominum nostrum Iesum Christum. cum ad Romanos scribit, gratias agit deo per dominum nostrum Iesum Christum; cum ad Galatas, non ab hominibus se apostolum praefert nec per hominem, sed per Iesum Christum et deum patrem. et habes

10] Act. 4, 27. 15] Act. 2, 36. 18] cf. I Ioh. 2, 22. 19] cf. I Ioh. 5, 1; 4, 2. 21] I Ioh. 3, 23. 22] I Ioh. 1, 3. 24] cf. Rom. 1, 8. 26] cf. Gal. 1, 1.

1 est *om. F* 2 unctus enim R^3, enim unctus *PMFR*[1] 4 calciatus *PMF,* calceatus *R uulgo* an *Urs:* at *PMF* 10 ecclesiae *om. P* (*add. R ex Hirsaugiensi*) 11 Iesum *add. Pam* 14 Iesus idem *MF,* dominus idem *P* (*in mg.* Iesus idem *add. R ex Hirsaugiensi*) 16 dominum et *M,* deum et *P* (*corr. R*), deum *F* 25 per—Christum *om. F* (*add. in mg. librarius ipse*)

⟨per⟩ totum instrumentum eius quae in hunc modum pronuntiant et duos proponunt deum patrem et dominum nostrum Iesum Christum, filium patris, et Iesum ipsum esse Christum, in altero quoque nomine dei filium. nam exinde, [eo iure] quo utrumque nomen unius est, id est dei filii. etiam alterum sine altero eiusdem est. et siue Iesus tantummodo positum est, intellegitur et Christus, quia Iesus unctus est, siue solummodo Christus, idem est et Iesus, quia unctus est Iesus. quorum nominum alterum est proprium, quod ab angelo impositum est. alterum accidens, quod ab unctione conuenit, dum tamen Christus filius sit, non pater. postremo: quam caecus est qui nec in Christi nomine intellegit alium deum portendi, si Christi nomen patri adscribat! si enim Christus pater deus est, qui dicit: ascendo ad patrem meum et patrem uestrum et deum meum et deum uestrum, utique alium patrem super se et deum ostendit. si item pater Christus est, alius est, qui solidat tonitruum et condit spiritum et adnuntiat in homines Christum suum. et si adstiterunt reges terrae et archontes congregati sunt in unum aduersus ⟨dominum et aduersus⟩ Christum ipsius, alius erit dominus, contra cuius Christum congregati sunt reges et archontes. et si haec dicit dominus domino meo Christo, alius erit dominus, qui loquitur ad patrem Christum. et cum apostolus scribit: uti deus domini nostri Iesu Christi

14] Ioh. 20, 17. 17] Am. 4, 13. 18] Ps. 2, 2. 22] Ps. 109, 1. 24] Eph. 1, 17.

1 ⟨per⟩ totum instrumentum *scripsi:* totum instrumentum *PMFR*[1], tota instrumenta *R*[3] *uulgo* 2 deum patrem *PMFR*[3], deum et patrem *R*[1]*Oehlerus* 4 altero *FR*, a terum *MP* (*corr. R* u *in* o *sec. Hirsaugiensem*) eo iure *seclusi: iuxta* exinde *enim ferri nequit* (exinde, quo *Tertulliano sollemne est*) quo *PM*, quoque *F* 5 filii *Urs:* filius *PMF* 7 quia Iesus *R*[3], quia Iesus Christus *PMFR*[1] 8 Christus, idem est et *R*[3], deest et *PMFR*[1] 11 Christus *om. F* 14 patrem *PM*, ad patrem *F* 15 et deum meum *PM* (*cf. 277, 1*), et ad deum meum *F* 16 deum *om. F* 20 dominum et aduersus *addidi* 23 Christum *scripsi:* Christi *PMF*

det uobis spiritum sapientiae et agnitionis, alius erit deus Christi Iesu charismatum spiritalium largitor. certe, ne per omnia euagemur, qui suscitauit Christum suscitaturus [est] et mortalia corpora nostra tamquam alius erit suscitator quam pater, mortuus et [pater] suscitatus, si Christus, qui est mortuus, pater est.

29. Obmutescat, obmutescat ista blasphemia. sufficiat Christum, filium dei, mortuum dici, et hoc, quia ita scriptum est. nam et apostolus, non sine onere pronuntians Christum mortuum, adiecit secundum scripturas, ut duritiam pronuntiationis scripturarum auctoritate molliret et scandalum auditori euerteret. quamquam cum duae substantiae censeantur in Christo Iesu, diuina et humana, constet autem inmortalem esse diuinam, cum mortalem quae humana sit, apparet quatenus eum mortuum dicat, id est qua carnem et hominem et filium hominis, non qua spiritum et sermonem et dei filium. dicendo denique: Christus mortuus est, id est unctus, id quod unctum est mortuum ostendit, id est carnem. ergo, inquis, et nos eadem ratione ⟨patrem mortuum⟩ dicentes qua uos filium, non blasphemamus in dominum deum; non enim ex diuina, sed ex humana substantia mortuum dicimus. at tamen blasphematis, non tantum quia mortuum dicitis patrem, sed et quia crucifixum. maledictionem enim crucifixi, quae ex lege in filium competit, — quia Christus pro nobis maledictio factus est, non pater — [Christum] in patrem conuertentes in patrem blasphematis. nos autem dicentes Christum crucifixum

3] Rom. 8, 11. 10] cf. I Cor. 15, 3. 17] ib. 24] Gal. 3, 13. cf. Deut. 21, 23.

4 est *seclusi* tamquam *PMF*, iamque *Rig* 5 pater *seclusi* 6 pater est *PM*, pater *F* 9 non *om. F* 10 adiecit *R*, adicit *PMF* 13 Christo Iesu *PM*, Iesu Christo *F* 14 cum *PMF*, sicut *Urs*, ut *Oehlerus* 15 qua *P*, quae *MF* 16 qua *P*, quasi *MF* 17 dicendo denique *PM*, denique dicendo *F* 19 ⟨patrem mortuum⟩ dicentes *Urs:* dicentes *PMF reliqui praeter Rig.* 20 uos filium *P*, nos filium *M*, nos filii *F* 21 dicimus *om. F* at tamen *scripsi:* at cum *PMFR*[1], atquin *R*[3] *uulgo* 23 maledictionem *scripsi:* maledictio *PMFR*[1], maledictione *R*[3] *uulgo* 25 Christum *seclusi:* in Christum patrem *Eng*

non maledicimus illum, sed maledictum legis referimus, quia nec apostolus hoc dicens blasphemauit. sicut autem de quo quid capit dici sine blasphemia dicitur, ita ⟨de⟩ quo non capit, blasphemia est, si dicatur. ergo nec compassus est pater filio. scilicet directam blasphemiam in patrem ueriti, diminui eam hoc modo sperant, — concedentes iam patrem et filium duos esse — si filius quidem patitur, pater uero compatitur. stulti et in hoc. quid est enim compati quam cum alio pati? porro si impassibilis pater, utique et incompassibilis; aut si compassibilis, utique passibilis. nihil ei uel timore tuo praestas. times dicere passibilem quem dicis compassibilem. tam autem ⟨in⟩compassibilis pater est quam impassibilis etiam filius ex ea condicione, qua deus est. sed quomodo, si filius passus est, non compassus est et pater? separatur a filio, non a deo. nam et fluuius si aliqua turbulentia contaminatur, quamquam una substantia de fonte decurrat nec secernatur a fonte, tamen fluuii iniuria non pertinebit ad fontem; et licet aqua fontis sit quae patiatur in fluuio, dum non in fonte patitur, sed in fluuio, non fons patitur, sed fluuius, qui ex fonte est. ita et spiritus dei, ut pati possit in filio, quia non in patre pateretur, sed in filio, pater passus non uideretur. sed sufficit nihil spiritum dei passum suo nomine, quia, si quid passus est in

3 ⟨de⟩ quo *scripsi:* quod *PMF* 5 scilicet *Oehlerus:* sicut *PMF*, sic enim *Urs* 7 quidem *Urs:* si quidem *PMF*, sic quidem *Oehlerus* 10 uel timore tuo *scripsi:* ueluti morituro *MF*, ueluti mortuo *P*, uel hoc timore tuo *Urs* 11 incompassibilis R^3, compassibilis $PMFR^1$ 13 si filius passus est, non *scripsi:* filius passus est, si non *PMF* 16 de fonte *om. P* (*add. R ex Hirsaugiensi*) 18 sit quae *Rig:* sitiue *PMF* 20 ut pati (ut *concessiue intellegendum*) *scripsi:* qui pati $PMFR^1$, ⟨et⟩ qui pati R^3G, quod pati *Oehlerus* possit *PMF*, posset *Urs* quia ⟨tamen⟩ non *Urs* 22 si quid ⟨passus,⟩ passus est *Oehlerus* passus est in filio. ⟨aliud⟩ quidem erat, ut etc. *Oehlerus*, passus est, in filio quidem ⟨passus est, in quo⟩ erat et pater, cum filius *Rig*, passus est, ⟨passus est⟩ in filio. ⟨in filio⟩ quidem erat ut pater, cum filius *Eng*, — *ex uerbis* nihil spiritum dei passum s u o n o m i n e *et ex eis quae infra leguntur:* non ipse tamen (*scil. spiritus*) patiens, sed pati posse praestans *hoc*

filio † quidem erat, ut pater cum filio pateretur in carne. † quia hoc retractatus. nec quisquam negabit, quando nec nos pati pro deo possumus, nisi spiritus dei sit in nobis, qui et loquitur de nobis quae sunt confessionis, non ipse tamen patiens, sed pati posse praestans.

30. Alioquin si ultra perges, potero tibi durius respondere et te cum ipsius domini pronuntiatione committere, uti dicam: 'quid de isto quaeris? habes ipsum exclamantem in passione: deus meus, deus meus, ut quid me dereliquisti'? ergo aut filius patiebatur a patre derelictus, et pater passus non est, qui filium dereliquit; aut si pater erat qui patiebatur, ad quem deum exclamabat? sed haec uox carnis et animae, id est hominis, non sermonis nec spiritus, id est non dei, propterea emissa est, ut impassibilem deum ostenderet, qui sic filium reliquit, dum hominem eius tradidit in mortem. hoc et apostolus sensit scribens: si pater filio non pepercit. hoc et Esaias prior pronuntiauit: et dominus eum tradidit pro delictis nostris. sic reliquit, dum non parcit, sic reliquit, dum tradit. ceterum non reliquit pater filium, in cuius manibus filius spiritum suum posuit. denique posuit et statim obiit; spiritu enim manente in carne caro omnino mori non potest. ita relinqui a patre mori fuit

9] Matth. 27, 46. 16] Rom. 8, 32. 17] Es. 53, 6. 20] cf. Luc. 23, 46.

dicere uelle auctorem perspicuum est: spiritus non suo nomine, id est ipse, in filio passus est, sed passa est in filio caro, quae quidem ut pati posset eguit spiritu adiutore. inde uelim restituere: quia, si quid passum est in filio, quid est? erat, ut pater cum filio pateretur, in carne. 2 qui hoc retractatur? (= *in dubium uocatur*) *fort.:* quia hoc retractatus *M* (us *in* ū *corr. m. 1*) *PF*, quia hoc retractatum *G Oehlerus* nec (*alt. loco*) *F*, et *PM* 3 possumus *PF*, $\overset{\text{non}}{\text{possumus}}$ *M* (non *add. m. 1*) nisi *MF*, si *P* 6 perges *scripsi:* pergens *PMFR*¹, pergas *R*³ *uulgo* 8 habes *R*³, habet *PMFR*¹ 9 derelinquisti *M* 15 reliquit *PM*, dereliquit *FR* 19 parcit *R*³, parcet *PMFR*¹ tradit *R*³, tradet *PMFR*¹

filio. filius igitur et moritur et resuscitatur a patre secundum scripturas, filius ascendit in superiora caelorum, qui et descendit in interiora terrae. hic sedet ad dexteram patris, non pater ad suam. hunc uidit Stephanus, cum lapidaretur, adhuc stantem ad dexteram dei, ut exinde sessurum, donec ponat illi pater omnes inimicos sub pedibus suis. hic et uenturus est rursus super nubes caeli talis, qualis et ascendit. hic interim acceptum a patre munus effudit, spiritum sanctum, tertium nomen diuinitatis et tertium gradum maiestatis, unius praedicatorem monarchiae, sed et oikonomiae interpretatorem, si quis sermones nouae prophetiae eius admiserit et deductorem omnis ueritatis, quae est in patre et filio et spiritu sancto secundum Christianum sacramentum.

31. Ceterum Iudaicae fidei ista res, sic unum deum credere, ut filium adnumerare ei nolis et post filium spiritum. quid enim erit inter nos et illos nisi differentia ista? quod opus euangelii, quae est substantia noui testamenti statuens legem et prophetas usque ad Iohannem, si non exinde pater et filius et spiritus sanctus, tres crediti, unum deum sistunt? sic deus uoluit nouare sacramentum, ut noue unus crederetur per filium et spiritum, ut coram iam deus in suis propriis nominibus et personis cognosceretur, qui et retro per filium et spiritum praedicatus non intellegebatur. uiderint igitur antichristi, qui negant patrem et filium. negant enim patrem, dum eundem filium dicunt, et negant filium, dum eundem patrem credunt, dando illis quae non sunt, auferendo quae

2] cf. Ioh. 3, 13. Eph. 4, 9. 3] cf. Marc. 16, 19. 4] cf. Act. 7, 55. 5] cf. Ps. 109, 1. 7] cf. Act. 1, 11. Luc. 21, 27. 11] cf. Ioh. 16, 13.

3 inferiora *fort.* (*cf. de an. c. 55*) 4 uidit *scripsi:* uidet *PMF* lapidaretur *PMF,* lapidatur *Urs* 5 sessurum (ū *ex* us *a m. 1*) *M* 10 οἰκονομίας *uulgo* 11 deductorem *Gel:* deductoris *PMF* 15 ei annumerare *F* 16 quid *fort.* 19 spiritus sp̄s (scs) *M* (*corr. m. 1*) spiritus sanctus *F*, spiritus *P*

sunt. qui uero confessus fuerit Christum filium dei, non patrem, deus in illo manet et ipse in deo. nos credimus testimonio dei, quo testatus est de filio suo: qui filium non habet, nec uitam habet. non habet autem filium qui eum alium quam filium credit.

1] I Ioh. 4, 15. 3] cf. I Ioh. 5, 10. 4] I Ioh. 5, 12.

3 nos *RF*, non *PM* testimonio *MF*, testimonium *P* 5 ADVERSVS PRAXEAN EXPLICIT *PM*, Explicit aduersus Praxean *F*

VII.

ADVERSVS MARCIONEM
LIBRI QVINQVE.

LIBER PRIMVS.

1. Si quid retro gestum est nobis aduersus Marcionem, iam hinc uiderit. nouam rem adgredimur ex uetere. primum opusculum quasi properatum pleniore postea compositione rescideram. hanc quoque nondum exemplariis suffectam fraude tunc fratris, dehinc apostatae, amisi, qui forte descripserat quaedam mendosissime et exhibuit frequentiae. emendationis necessitas facta est innouationis. eius occasio aliquid adicere persuasit. ita stilus iste nunc de secundo tertius et de tertio iam hinc primus hunc opusculi sui exitum necessario praefatur, ne quem uarietas eius in disperso reperta confundat.

Pontus igitur, qui Euxinus natura negatur, nomine inluditur. ceterum hospitalem Pontum nec de situ aestimes; ita ab hu-

1 INCIPIT ADVERSVS MARCION LIBER PRIMVS *M*, Incipit liber primus Q. Septimi Florentis Tertulliani aduersus Marcionem *F* 10 frequentiae. emendationis *R*, frequenti aemendationis *M*, frequentiae mendationis *F* 11 facta est. innouationis *uulgo* 12 *Singularibus huius operis fatis, quae hic enarrat Tertullianus, factum esse puto, ut haud raro de secunda editione a nescio quo in comparationem uocata aliqua in hanc tertiam transmearint. inueniuntur enim, id quod priores editores omnino fugisse uidetur, hic illic eius condicionis loci, in quibus eadem argumenta et breuius et copiosius edisserta compareant. sed cum plerumque dignosci iam non liceat, quae prioris, quae posterioris sint editionis, satis habui in uerborum contextu quae dupliciforma composita proferuntur lineis uerticalibus includere, margini priore loco sigmate* (C), *posteriore antisigmate* (Ͻ) *adscripto. interpolationes autem, necessitate quadam ortas in hac rerum condicione, ut et alibi, uncinis seclusi.* 15 igitur, qui R^{3}, qui igitur MR^{1}, qui dicitur *Rig* natura *om.* R^{1} 16 ospitalem *M*

manioribus fretis nostris quasi quodam barbariae suae pudore secessit. gentes ferocissimae inhabitant; si tamen habitatur in plaustro. sedes incerta, uita cruda, libido promiscua et plurimum nuda; etiam cum abscondunt, suspensis de iugo pharetris ut indicibus notantur, ne qui intercedat. ita nec armis suis erubescunt. parentum cadauera cum pecudibus caesa conuiuio conuorant. qui non ita decesserint, ut escatiles fuerint, maledicta mors est. nec feminae sexu mitigantur secundum pudorem; ubera excludunt, pensum securibus faciunt, malunt militare quam nubere. duritia de caelo quoque. dies numquam patens, sol numquam ridens, unus aër nebula, totus annus hibernum, omne quod flauerit aquilo est. liquores niuibus redeunt, amnes glacie negantur, montes pruina exaggerantur. omnia torpent, omnia rigent; nihil illic nisi feritas calet, illa scilicet, quae fabulas scaenis dedit de sacrificiis Taurorum et amoribus Colchorum et crucibus Caucasorum. sed nihil tam barbarum ac triste apud Pontum quam quod illic Marcion natus est, Scytha tetrior, Hamaxobio instabilior, Massageta inhumanior, Amazona audacior, nubilo obscurior, hieme frigidior, gelu fragilior, Histro fallacior, Caucaso abruptior. quidni? penes quem uerus Prometheus, deus omnipotens, blasphemiis lancinatur. iam et bestiis illius barbariei importunior Marcion. quis enim tam castrator carnis castor quam qui nuptias abstulit? quis tam comesor mus Ponticus quam qui euangelia conrosit? ne tu, Euxine, probabiliorem feram philosophis edidisti quam Christianis. nam ille canicola Diogenes hominem inuenire cupiebat, lucernam meridie circumferens, Marcion deum, quem inuenerat, extincto lumine fidei suae amisit. non negabunt

1 sua *M* 4 abscondunt *scil.* libidinem 5 ut indicibus MR^1, indicibus R^3 *uulgo* (*uariae lectiones codicis F ubiubi consentiunt cum R siue R^1 non notabuntur*) notantur *scripsi:* notentur MR^1 *om.* R^3 *uulgo* ne MR^1, ne⟨temere⟩ R^3 *uulgo* qui MFR^3, quis R^1 11 ridens *Eng:* libens *MR*, liquens *Urs*, liber *Lat*, lucens *Leopoldus* 12 niuibus *Eng:* ignibus *MR* 14 feritas *MR* ueritas *F* 18 Hamaxobio *R*, maxobio *MF* 19 amazona *M*, amazema *F*. Amazonia *R* 21 uelut Prometheus *susp. Eng* 22 lancinatur R^3, laciniatur MR^1, lacinatur *F* barbariei MR^1, barboriei *F*, barbariae R^3 *uulgo* 24 commesor *M* 25 nae *R uulgo* 26 illa *Urs* canicola *Eng:* caninola *MR*

discipuli eius primam illius fidem nobiscum fuisse, ipsius litteris testibus, ut hinc iam destinari possit haereticus qui deserto quod prius fuerat id postea sibi elegerit, quod retro non erat. in tantum enim haeresis deputabitur quod postea inducitur, in quantum ueritas habebitur quod retro et a primordio traditum est. sed alius libellus hunc gradum sustinebit aduersus haereticos, etiam sine retractatu doctrinarum reuincendos. quod hoc sint de praescriptione nouitatis. nunc quatenus admittenda congressio est interdum, ne compendium praescriptionis ubique aduocatum diffidentiae deputetur, regulam prius aduersarii praetexam, ne cui lateat, in qua principalis quaestio dimicatura est.

2. Duos Ponticus deos adfert, tamquam duas Symplegadas naufragii sui, quem negare non potuit, id est creatorem, id est nostrum, et quem probare non poterit, id est suum, passus, infelix, huius praesumptionis instinctum de simplici capitulo dominicae pronuntiationis, in homines non in deos disponentis exempla illa bonae et malae arboris, quod neque bona malos neque mala bonos proferat fructus, id est neque mens uel fides bona malas edat operas neque mala bonas. languens enim — quod et nunc multi, et maxime haeretici — circa mali quaestionem, unde malum, et obtusis sensibus ipsa enormitate curiositatis inueniens creatorem pronuntiantem: e g o s u m, q u i c o n d o m a l a, quanto ipsum praesumpserat mali auctorem et ex aliis argumentis, quae ita persuadent peruerso cuique, tanto in creatorem interpretatus malam arborem malos fructus condentem, scilicet mala, alium deum praesumpsit esse debere in partem bonae arboris bonos

17] cf. Luc. 6, 43. 24] Es. 45, 7.

1 illius *Urs:* illis *MR* 9 est, interdum *uulgo* 11 prius aduersarii *MF*, aduersarii prius *R uulgo* 13 Ponticos *R*[1] sinplegadas *M* 14 creatorem, id est nostrum *MR*, creatorem nostrum *F Oehlerus* 16 praesumtionis *M* instinctum ac de *F* 17 pronuntiationis *M*, praenuntiationis *R* 22 obtusis *M*, obtunsis *R* 23 pronuntiantem *MF*, praenuntiantem *R* 28 praesumsit *M* bonae arboris bonos fructus *scil.* condentis, *quod sane durius est ellipseos genus:* arboris, bonos fructus (*pro* in bonos fructus) *mauult distingui Eng*

fructus. et ita in Christo quasi aliam inueniens dispositionem solius et purae benignitatis, ut diuersae a creatoris, facile nouam et hospitam argumentatus est diuinitatem in Christo suo reuelatam modicoque exinde fermento totam fidei massam haeretico acore desipuit. habuit et Cerdonem quendam informatorem scandali huius: duo facilius duos deos caeci perspexisse se existimauerunt. unum enim non integre uiderant. lippientibus etiam singularis lucerna numerosa est. alterum igitur deum, quem confiteri cogebatur, de malo infamando destruxit, alterum, quem commentari conitebatur, de bono praeferendo construxit. has naturas quibus disposuerit articulis, per ipsas responsiones nostras ostendemus.

3. Principalis itaque et exinde tota congressio de numero, an duos deos liceat induci, si forte, poëtica et pictoria licentia, et tertia iam, haeretica. sed ueritas Christiana destricte pronuntiauit: deus si non unus est, non est, quia dignius credimus non esse quodcumque non ita fuerit, ut esse debebit. deum autem ut scias unum esse debere, quaere quid sit deus, et non aliter inuenies. quantum humana condicio de deo definire potest, id definio, quod et omnium conscientia agnoscet: deum summum esse magnum in aeternitate constitutum, [innatum, infectum, sine initio, sine fine] — hunc enim statum aeternitati † censendum, quae summum magnum deum efficiat, dum hoc est in deo ipsa — atque ita et cetera, ut sit deus summum magnum et forma et ratione et ui et potestate. cum de isto conuenit apud omnes, — nemo enim negabit

4] cf. I Cor. 5, 6.

2 creatoris *scripsi:* creatore *M* (e *ex* ae *a m. 1*) *R* 5 acore *R*[3], acrore *MR*[1] desipuit *Scal:* decepit *MR* (*cf. autem I 246, 12; 260, 7*) 6 duo *scripsi:* quo *MR* 8 lipientibus *M* etiam (*s. u. a m. 1*) *M* 11 praeṣtṛụferendo *M*, praestruendo *R*[1], praeferendo *R*[3] 12 ostendemus *M*, ostendimus *R uulgo* 17 credimus non *MR*, non credimus *F* non ita *MR*, ita non *F* 21 constitutum *refer ad* summum magnum, *non ad* deum (*cf. infra l. 23:* quae summum *sqq.*) 22 innatum — fine *seclusi: interpolata sunt ab eo, qui sequentia:* hunc enim statum (*id est summi magni statum*) *non intellexit. parenthesin indicaui* 23 cense<o uindica>ndum *fort.* 24 et cetera *scil.* summa magna 26 conuenit *MF,* conueniat *R uulgo*

deum summum magnum quid esse, nisi qui potuerit deum imum modicum quid e contrario pronuntiare, ut deum neget auferendo quod dei est — quae erit iam condicio ipsius summi magni? nempe, ut nihil illi adaequetur, id est, ut non sit aliud summum magnum, quia, si fuerit, adaequabitur, et si adaequabitur, non erit iam summum magnum, euersa condicione et, ut ita dixerim, lege, quae summo magno nihil C sinit adaequari. | ergo unicum sit necesse est summum magnum, — quod fuerit par non habendo — ne non sit summum magnum. ergo non aliter erit quam per quod habet esse, id est unicum omnino. proinde deus cum summum magnum sit, recte ueritas nostra pronuntiauit: deus, si non unus est, non est, non quasi dubitemus esse deum dicendo: si non unus, non est, sed quia quem confidimus esse, id eum definiamus esse, quod si non est, deus non est. [et summum scilicet Ↄ magnum] | porro ⟨si⟩ summum magnum unicum sit necesse est, ergo et deus unicus erit, non aliter deus, nisi summum magnum, nec aliter summum magnum, nisi parem non habens, nec aliter parem non habens, nisi unicus fuerit. | certe quemcumque alium deum induxeris, non alia poteris eum forma tueri deum quam ut et illi proprium diuinitatis adscripseris, sicut aeternum ita et summum magnum. duo ergo summa magna quomodo consistent, cum hoc sit summum magnum, par non habere, par autem non habere uni competat, in duobus esse nullo modo possit?

4. Sed argumentabitur quilibet posse et duo summa magna consistere, distincta atque disiuncta in suis finibus, et utique aduocabit exemplum regna terrarum, tanta numero et tamen summa magna in suis quibusque regionibus, et putabit ubique

1 poterit *Oehlerus* 8 summum magnum, — quod fuerit *scripsi:* quod fuerit summum magnum *MR* 14 id eum *Rig:* idem *MF*, iidem *R* 15 et summum scilicet magnum *seclusi: del.* et *Rig; neque uero hoc postulatur secundum ea quae antecedunt, sed:* unus scilicet. *interpolata sunt haec, ut aptius coniungerentur cum antecedentibus quae abhinc insertae sunt secundae editionis reliquiae* 16 si *addidi* 19 aliter *MR*, autem *F* 24 ⟨cum⟩ uni *Rig* ⟨et⟩ in *Oehlerus* 27 su*is *M* 29 utique *Urs*

humana diuinis conferenda. iam ergo si huic argumentationi locus dabitur, quid prohibet, non dico et tertium et quartum deum inducere, uerum tot iam numero quot et gentium reges? de deo agitur, cuius hoc principaliter proprium est, nullius exempli capere comparationem. hoc natura ipsa, si non aliquis Esaias, uel ipse per Esaiam deus, contionabitur: cui me similabitis? diuinis forsitan comparabuntur humana, deo non ita. aliud enim deus, aliud quae dei. denique qui exemplo uteris regis quasi summi magni, uide ne iam non possis eo uti. rex enim, etsi summum magnum est in suo solio usque ad deum, tamen infra deum; comparatus autem ad deum excidet iam de summo magno, translato in deum. hoc si ita, quomodo uteris eius rei exemplo ad dei comparationem quae, dum ad comparationem accedit, amittitur? | quid C nunc, si nec inter reges plurifarium uideri potest summum magnum, sed unicum et singulare, apud eum scilicet, qui rex regum ob summitatem magnitudinis et subiectionem ceterorum graduum quasi culmen dominationis excipitur? | sed Ↄ etiam [alterius formae] reges, qui singulares in unione imperii praesunt si⟨militer⟩ minutalibus, ut ita dixerim, regnis, ⟨si⟩ undique conferantur in examinationem, qua constet, quis eorum praecellat in substantiis et uiribus regni, in unum necesse est summitas magnitudinis eliquetur, omnibus gradatim per comparationis exitum de magnitudinis summa expressis et exclusis. | adeo etsi in disperso multifarium uidetur summum magnum, suis uiribus et sua natura et suo statu unicum est. proinde cum

7] Es. 40, 25.

8 non ita *Urs:* nostro *MF*, nostra *R* 10 eo uti *MR,* uti *F Oehlerus in sequentibus duas recensiones inter se commixtas agnosco:* 1) rex enim— etsi summum magnum usque ad deum, tamen infra deum—excidet 2) rex enim summum magnum est in suo solio, comparatus autem ad deum excidet 12 translato *Oehlerus:* translatio *MR* 19 alterius formae *seclusi, quippe quod prorsus careat sensu; interpolatum esse apparet, ut in aliquo certe diuersa esse uiderentur quae abhinc leguntur ab eis, quae antecedunt. ceterum secunda recensio (inde a l. 18) mihi quidem posterior esse uidetur, ut elegantior.* 20 si⟨militer⟩ minutalibus *scripsi:* si minutalibus *MFR*[3], si in minutalibus *R*[1] ⟨si⟩ undique *scripsi:* undique *MR*

duo dii conferuntur ut duo [reges et duo] summa magna, in alterum concedat necesse est unio summi magni ex sententia comparationis, quia summum uictoria sua constat, superato aemulo alio magno, non tamen summo, atque ex defectione aemuli solitudinem quandam de singularitate praestantiae suae possidens unicum est. ineluctabilis iste complexus in hoc sententiam constringit: aut negandum deum esse summum magnum, quod nemo patietur sapiens, aut nulli alii communicandum.

5. Aut quae ratio duo summa magna composuit? primo enim exigam, cur non plura, si duo, quando locupletiorem oporteret credi substantiam diuinitatis, si competeret ei numerus. honestior et liberalior Valentinus, qui simul ausus est duos concipere, Bython et Sigen, tum usque ad triginta Aeonum fetus, tamquam Aeneiae scrofae, examen diuinitatis effudit. quaecumque ratio plura summa magna non patitur admitti, eadem nec duo, ut ⟨et⟩ ipsa plura. [post unum] post unum enim numerus. quae potuit duo admittere, eadem potuit et plura. et duo enim multitudo, unione iam excessa. denique apud nos uis rationis istius ipso termino plures deos credi non sinit, quo nec duos illa regula unum deum sistens, qua deum id esse oporteat, cui nihil adaequetur, ut summo magno, unicum autem sit, cui nihil adaequetur. iam nunc duo summa magna, duo paria, cui operae pretio, cui emolumento deputarentur? quid interfuit numeri, cum duo paria non differant uno? una enim res est, quae eadem in duobus est. etiamsi plura essent paria, tantundem omnia ⟨quantum⟩ unum fuissent, nullo inter se differendo, qua paria. porro si

15] cf. Verg. Aen. VIII 43 sqq.

2 reges et duo *seclusi* 3 uictoria *M*, ex uictoria *R* 13 simul (= *simulac*) *MR*, ⟨cum⟩ semel *van der Vliet* 14 Bython *Rig:* Bythum *MR³F*, Bythium *R¹* Sigen, tum *scripsi:* Sigeneum *MR¹*, Sigen cum *R uulgo* 15 Aeneiae *Rig:* aeoneiae *MR¹*, aeoniae *R³* 17 et ipsa *scripsi:* ipsa *MR* post unum *seclusi* 19 et duo *scripsi:* post duo *MR³*, potest duo *R¹* excessa *R*, excessu *M* (*corr. m. 1*) 21 quo *Scal:* quod *MR* 22 ut summo—adaequetur *om. M* (*add. in mg. m. 2*) 27 quantum *addidi, sed nescio an melius secludatur* unum

neutrum ex duobus altero distat, ut ambo summa magna, qua dei ambo, neutrum plus altero praestat, nullam iam rationem numeri sui ostendunt, praestantiam non habentes. numerus autem diuinitatis summa ratione constare deberet, uel quoniam et cultura eius in anceps deduceretur. ecce enim duos intuens deos tam pares quam duo summa magna, quid facerem? si ambos colerem, uererer, ne abundantia officii superstitio potius quam religio existimaretur, quia duos tam pares et in altero ambos possem in uno demereri, hoc ipsum testimonio praestans parilitati et unitati eorum, dum alterum in altero uenerarer, dum in uno mihi duo sunt. si alterum colerem, aeque recogitarem, ne suffundere uiderer numeri uanitatem sine differentia superuacui, hoc est: tutius censerem neutrum colendum quam alterum cum scrupulo [colendum] aut ambos uane.

6. Sic adhuc uidemur disputare, quasi Marcion duos pares constituat. nam dum defendimus deum, summum magnum, unicum credi oportere, excludentes ab eo parilitatem, tamquam de duobus paribus de his retractauimus, nihilominus tamen docendo pares esse non posse secundum summi magni formam satis confirmauimus duos esse non posse. alioquin certi Marcionem dispares deos constituere, alterum iudicem, ferum, bellipotentem, alterum mitem, placidum et tantummodo bonum atque optimum. dispiciamus aeque et hanc partem, an diuersitas saltim duos capiat, si parilitas capere non potuit. porro et hic eadem regula summi magni patrocinabitur nobis, utpote quae totum statum uindicet diuinitatis. conueniens enim et quodammodo iniecta manu detinens aduersarii sensum non negantis creatorem deum, iustissime praescribo illi diuersitati locum non esse inter eos, quos ex aequo

1 iam ut *MR; transposui* iam, *quod hoc loco ferri nequit, post* nullam (*l. 2*) qua *MR*[3], quae *R*[1] 2 plus *fort. delendum* 7 facerem, si ambos colerem? *uulgo* 11 in unū *M* (*corr. m. 1*) 13 tutius *M*, ut tutius *R uulgo* 14 colendum *seclusi* 21 alioquin *MF*, alioqui *R* 28 et *om. F* 30 quos *van der Vliet:* qui *MR*

deos confessus non potest facere diuersos, non quia non et homines licet sub eadem appellatione diuersissimos esse, sed quia deus non erit dicendus, quia nec credendus, nisi summum magnum. cum ergo summum magnum cogatur agnoscere quem deum non negat, non potest admitti, ut summo magno aliquam adscribat diminutionem, qua subiciatur alii summo magno. desinit enim, si subiciatur. non est autem dei desinere de statu suo, id est de summo magno. nam et in illo deo potiore periclitari poterit summum magnum, si depretiari capit in creatore. ita cum duo dii pronuntiantur duo summa magna, necesse est neutrum altero aut maius sit aut minus, neutrum altero aut sublimius aut deiectius. nega deum quem dicis deteriorem; nega summum magnum quem credis minorem. deum uero confessus utrumque duo summa magna confessus es. nihil alteri adimes aut alteri adscribes. agnoscens diuinitatem negasti diuersitatem.

7. Temptabis ad haec de nomine dei concutere retractatum ut passiuo et in alios quoque permisso, quia scriptum sit: deus deorum stetit in ecclesia deorum, in medio autem deos diiudicabit, et: ego dixi, uos dii estis. nec tamen idcirco eis competat possessio summi magni, quia dii cognominentur; ita nec creatori. respondebo et stulto, qui nec hoc recogitauerit, ne tantundem et in deum Marcionis possit retorqueri, ut et illum deum dictum nec ideo tamen summum magnum probatum, sicut nec angeli aut homines creatoris. si communio nominum condicionibus praeiudicat, quanti nequam serui regum nominibus insultant, Alexandri et Darii et Olofernae? nec tamen ideo regibus id quod sunt detrahetur. nam et ipsa idola gentium dei uulgo, sed deus nemo ea re, qua deus dicitur. ita ego non nomini dei nec

19] Ps. 81, 1. 20] Ps. 81, 6.

1 et *om. F* 3 quia (*priore loco*) *MR*, quia ita *F* 6 diminutionem *MF*, deminutionem *R uulgo* 10 creatore (e *ex* ē) *M* 11 neutro *F* 15 es *MR*[3], est *R*[1] 17 conuertere *F* 20 diiudicabit *M*, diiudicauit *R* estis. nec *uulgo* 22 dii *M*, dei *R* 26 sic *R*[1] 28 olofernae *M* (*accipe pro nom. plur.*), Olofernis *R uulgo* 30 dei—nominis *om. F*

sono nec notae nominis huius summum magnum in creatore defendo, sed ipsi substantiae, cui nomen hoc contigit. hanc inueniens solam innatam infectam, solam aeternam et uniuersitatis conditricem, non nomini, sed statui, nec appellationi, sed condicioni eius summum magnum et adscribo et uindico. et ideo, quia deus iam uocari obtinuit substantia cui adscribo, nomini me adscribere putas, quia necesse est per nomen ostendam cui adscribam substantiae, scilicet qua constat qui deus dicitur. at summum magnum ex substantia, non ex nomine, deputatur. denique hoc et Marcion suo deo uindicans, secundum statum, non secundum uocabulum uindicat. id ergo summum magnum, quod deo adscribimus ex substantiae lege, non ex nominis sorte, contendimus ex pari esse debere in duobus, qui ea substantia constant, quae deus dicitur, quia in quantum dii uocantur, id est summa magna, substantiae scilicet merito innatae et aeternae ac per hoc magnae et summae, in tantum non possit summum magnum minus et deterius alio summo magno haberi. si summi magni felicitas et sublimitas et integritas stabit in deo Marcionis, stabit aeque et in nostro, si non et in nostro, aeque nec in Marcionis. ergo nec paria erunt duo summa magna, quia prohibet disposita iam regula summi magni comparationem non sustinens, nec disparia, quia et alia summi magni regula occurrit, diminutionem non admittens. haesisti, Marcion, in medio Ponti tui aestu. utrimque te fluctus ueritatis inuoluunt. nec pares nec dispares deos sistere potes. duo enim non sunt. quod pertineat proprie ad numeri retractatum, quamquam tota materia de duobus deis dimicetur, his interim lineis eum clusimus, intra quas de singularibus iam proprietatibus congrediemur.

1 notae *MR*, uoce uel notae R^1 *mg* 2 contigit, hanc *uulgo* 9 dicitur. at *scripsi:* dicitur, et *MR* 10 hoc et marcion *MR*, et hoc marcion *F* 14 constant *R*, consta(n)t *M* (n *s. u. a m. 1*), constat *F* quae *scripsi:* qua *MR* quia R^3, quia qui MR^1 16 et (*alt.*) *om.* R^3 22 sustinens *scripsi:* sustinentis *MR* 25 ueritatis inuoluunt *M*, inuoluunt ueritatis *R uulgo* 26 sunt; quod *uulgo* 27 retractatum. quamquam *uulgo* 28 eum *scripsi:* eam *MR* clusimus *M*, clausimus *R uulgo*

8. Primo, supercilio stuporem suum aedificant Marcionitae, quod nouum deum proferant, quasi nos ueteris dei pudeat. inflantur et pueri nouis calceis, sed a uetere paedagogo calceati mox uanam gloriam uapulabunt. nouum igitur audiens deum, in uetere mundo et in uetere aeuo et sub uetere deo ignotum inauditum, quem, tantis retro saeculis neminem et ipsa ignorantia antiquum, quidam Iesus Christus, et ille in ueteribus nominibus nouus, reuelauerit, nec alius antehac, gratias ago huic gloriae eorum, maximo adiutorio eius hinc iam haeresim probaturus, nouae scilicet diuinitatis professionem. haec erit nouitas, quae etiam ethnicis deos peperit nouo semper ac nouo titulo consecrationis cuiusque. quis deus nouus nisi falsus? ne Saturnum quidem tanta hodie antiquitas deum probabit, quia et illum nouitas aliquando produxerit, cum primum consecrauit. atenim uiua et germana diuinitas nec de nouitate nec de uetustate, sed de sua ueritate censetur. non habet tempus aeternitas. omne enim tempus ipsa est. quod facit, pati non potest. caret aetate quod non licet nasci. deus si est uetus, non erit, si est nouus, non fuit. nouitas initium testificatur, uetustas finem comminatur. deus autem tam alienus ab initio et fine est quam a tempore, arbitro et metatore initii et finis.

9. Scio quidem, quo sensu nouum deum iactitent, agnitione utique. sed ipsam nouitatem cognitionis percutientem rudes animas ipsamque naturalem nouitatis gratiositatem uolui repercutere, et hinc iam de ignoto deo prouocare. utique enim quem agnitione nouum opponunt, ignotum ante agnitionem demonstrant. age igitur, ad lineas rursum et in gradum! persuade deum ignotum esse potuisse. inuenio plane ignotis deis

29] cf. Act. 17, 23..

2 proferant *Pam:* praeferant *MR* 7 ipsa *R*[3], ipsum *MR*[1] Iesus Christus *R*[3], iē xp̄m *M*, Iesum Christum *R*[1] 10 nouae—professionem *nescio an spuria sint* 11 haec <enim> erit nouitas *fort.* 16 uestate *M* (tu *s. u. a m. 1*) 24 sed *scripsi:* sed et *MR* nouitatem cognitionis *Eng:* nouitatis cognitionem *MR, ego nescio, an omnino delenda sint uerba* nouitatis—ipsamque 29 *inuenio *M* (*syll.* in *in ras.*)

aras prostitutas, sed Attica idolatria est. item incertis deis, sed superstitio Romana est. porro incerti dei minus noti, ut minus certi, et proinde ignoti, qua minus certi. quem titulum incidemus ex duobus deo Marcionis? utrumque, opinor, et nunc incerto et retro ignoto. sicut enim ignotum eum fecit deus notus, creator, ita et incertum deus certus. sed non euagabor, uti dicam: deus si ignotus fuit latuitque, illum regio latebrarum obumbrauit, noua utique et ipsa et ignota et similiter nunc quoque incerta, certe inmensa aliqua et maior indubitate eo, quem abscondit. sed breuiter proponam et plenissime exequar, praescribens deum ignorari nec potuisse nomine magnitudinis nec debuisse nomine benignitatis, praesertim in utroque praelatiorem nostro creatore. sed quoniam animaduerto in quibusdam ad formam creatoris prouocari oportere omnis dei noui et retro ignoti probationem, hoc ipsum ratione fieri a nobis prius commendare debebo, quo constantius utar rationis editae patrocinio. ante omnia quidem quale est, ut qui deum agnoscis creatorem et priorem de notitia confiteris, non eisdem modis et alium scias tibi examinandum, quibus iam in alio didicisti deum nosse? omnis res anterior posteriori normam praeministrauit. duo nunc dei proponuntur, ignotus et notus. de noto uacat quaestio. esse eum constat, quia notus non fuisset nisi esset. de ignoto instat altercatio. potest enim et non esse, quia si esset, notus fuisset. quod ergo quaeritur, quamdiu ignoratur, in incerto est, quamdiu quaeritur, et potest non esse, quamdiu in incerto est. habes deum certum, qua notum, et incertum, qua ignotum. si ita est, ecquid tibi uidetur iusta ratione defendi, ut ad normam et

1 idolatriast *M* (e *s. u. a m. 1*) deis *M*, diis *R* 4 ex duobus diis *F* 10 indubitate *M*, indubitato *R* 13 praelationem *M* (*corr. m. 1*) 19 alium (u *ex* a *a m. 1*) *M* 20 didicisti *R*[3], didicistis *M* (s *eras.*), didicistis *R*[1] 25 quando ignoratur *van der Vliet* in incerto *R*, incerto *M* (*corr. m. 1*) 26 in incerto *R*, incerto *M* (*corr. m. 1*) 27 ita est *M* (*del.* est *m. 2 et adscripsit margini* ſ = sunt) 28 ecquid *R*, haec quid *MF*

formam et regulam certorum probentur incerta? ceterum si ad hanc causam, et ipsam adhuc incertam, etiam argumenta de incertis adhibeantur, series implicabitur quaestionum ex ipsorum quoque argumentorum aeque incertorum retractatu periclitantium de fide per incertum, et ibitur in illas iam indeterminabiles quaestiones, quas apostolus non amat; sin de certis et indubitatis et absolutis regulae partibus, incertis et dubiis et inexpeditis praeiudicabunt. plane in quibus diuersitas status inuenitur, fortassean non prouocentur incerta ad formam certorum, ut liberata a reliqua comparationis prouocatione per diuersitatem status principalis. cum uero duo dii proponuntur, communis est illis status principalis. quod enim deus est, ambo sunt: innati infecti aeterni. hic erit status principalis; cetera uiderit Marcion, si in diuersitate disposuit. posteriora enim ⟨non⟩ sunt in retractatu, immo nec admittentur, si de principali statu constet. porro constat, quia dii ambo: et ita de quorum statu constat communem esse, cum sub eo ad probationem deuocantur si incerta sunt. ad eorum certorum formam prouocanda erunt, cum quibus de communione status principalis censentur, ut proinde et de probatione communicent. hinc itaque constantissime dirigam deum non esse, qui sit hodie incertus, quia retro ignotus, quando quem constat esse ex hoc ipso constet, quod numquam fuerit ignotus, [ideo nec incertus] 10. siquidem a primordio rerum conditor harum cum ipsis pariter compertus est, ipsis ad hoc prolatis, ut deus cognosceretur.

6] cf. I Tim. 1, 4.

2 ad hanc *R*, adhuc *M* 6 sin *R*[3], si non *MR*[1] amat. sin *uulgo* sin de certis . . . regulae partibus *scil.* argumenta adhibeantur 7 partibus incertis *uulgo* 8 praeiudicabunt *scil.* argumenta illa 9 incerta *om. Oehlerus nihil adnotans* 11 uero *MFR*[3], uere *R*[1] 12 dii *M*, dei *R* 15 non *addidi* 17 dii *MF*, dei *R* 18 si incerta sunt = *si quae incerta sunt* 21 communicentur *M* dirigam *MR*, dirigatur *F* 23 constat—ipso *om. F* constet *MF*, constat *R uulgo* 24 ideo nec incertus *seclusi:* ideo nec ⟨nunc⟩ incertus *Eng* *male hic distinguuntur capita* 25 harum *scripsi:* earum *MR*

nec enim si aliquanto posterior Moyses primus uidetur in templo litterarum suarum deum mundi dedicasse, idcirco a Pentateucho natales agnitionis supputabuntur, cum totus Moysei stilus notitiam creatoris non instituat, sed a primordio enarret, a paradiso et Adam, non ab Aegypto et Moyse recensendam. denique maior popularitas generis humani, ne nominis quidem Moysei compotes, nedum instrumenti, deum Moysei tamen norunt; etiam tantam idolatria dominationem obumbrante, seorsum tamen illum quasi proprio nomine 'deum' perhibent et 'deum deorum' et 'si deus dederit' et 'quod deo placet' et 'deo commendo.' uide, an nouerint quem omnia posse testantur. nec hoc ullis Moysei libris debent. ante anima quam prophetia. animae enim a primordio conscientia dei dos est; eadem nec alia et in Aegyptiis et in Syris et in Ponticis. [Iudaeorum enim deum dicunt animae deum.] noli, barbare haeretice, priorem Abraham constituere quam mundum. et si unius familiae deus fuisset creator, tamen posterior tuo non erat, etiam Ponticis ante eum notus. accipiat igitur ab antecessore formam, a certo incertus, a cognito incognitus: numquam deus latebit, numquam deus deerit, semper intellegetur, semper audietur, etiam uidebitur, quomodo uolet. habet deus testimonia: totum hoc quod sumus et in quo sumus. sic probatur et deus et unus, dum non ignoratur, alio adhuc probari laborante.

11. Et merito, inquiunt. quis enim non tam suis notus est quam extraneis? nemo. teneo et hanc uocem. quale est enim, ut aliquid extraneum deo sit? cui nihil extraneum esset, si quis esset, — quia dei hoc est, omnia illius esse et omnia ad

1 moysei *M*, Moysi *R* (*sic et infra 7. 12*) 8 idolatriā *M* (*corr. m. 1*), idololatria R^3, idolatriae R^1 10 deorum ⟨dicentes⟩ *fort.* 15 Iudaeorum —deum MR^3, *non praebent* R^1F, *seclusi ut sententiarum nexum turbantia. erant, opinor, olim adscripta eis, quae paulo supra leguntur:* seorsum tamen illum quasi proprio nomine perhibent 16 barbare *R*, barbarare *MR*, 18 accipiat *scripsi:* accipe *MR* 19 incertus MR^3, certus R^1 incognitus. numquam *uulgo* 20 intellegetur R^3, intellegitur MR^1 27 sit? cui *Eng.:* sit, cui *uulgo* 28 *parenthesin indicauit Eng:* esset? quia *uulgo*

illum pertinere — uel ne statim audiret a nobis: quid ergo illi cum extraneis? quod plenius suo loco audiet. at nunc satis est nullum probari cuius nihil probatur. sicut enim creator ex hoc et deus et indubitatus deus, quia omnia ipsius et nihil extraneum illi, ita et alius idcirco non deus, quia omnia non eius ideoque et extranea. denique si uniuersitas creatoris est, iam nec locum uideo dei alterius. plena et occupata sunt omnia suo auctore. si uacat aliquid spatii alicuius diuinitati in creaturis, plane falsae uacabit. patet mendacio ueritas. tanta uis idolorum cur non recipiat alicubi deum Marcionis? igitur et hoc ex forma creatoris expostulo, deum ⟨eius⟩ ex operibus cognosci debuisse alicuius proprii sui mundi et hominis et saeculi, quando etiam error orbis propterea deos praesumpserit, quos homines interdum confitetur, quoniam aliquid ab unoquoque prospectum uidetur utilitatibus et commodis uitae. ita et hoc ex forma dei creditum est diuinum esse, instituere uel demonstrare quid aptum et necessarium rebus humanis. adeo inde auctoritas accommodata si falsae diuinitati, unde praecesserat uerae, unam saltim cicerculam deus Marcionis propriam protulisse debuerat, ut nouus aliqui Triptolemus praedicaretur. aut exhibe rationem deo dignam, cur nihil condiderit, si est; quia condidisset, si fuisset, illo scilicet praeiudicio, quo et nostrum deum non alias manifestum est esse quam quia totum condidit hoc. semel enim praescriptio stabit non posse illos et deum confiteri creatorem et eum, quem uolunt aeque deum credi, non ad eius formam probare, quem et ipsi et omnes deum ⟨agnoscunt,⟩ ut, quando hoc ipso nemo creatorem deum dubitet, quia

6 et *om. F* 8 ⟨a⟩ suo *fort.* 9 alicuius ⟨alterius⟩ *susp. Eng* false *R*[1] 11 et hoc ex forma *M*, ex forma hoc et *R* 12 eius *addidi* 15 aliquid *om. R*[1] 16 hoc ex forma dei *fort. spuria* 18 necessarium *M*, necessarium sit *R uulgo* 19 si falsae *MR*[1], falsae *R*[3] *uulgo* 19 uerae. unam *uulgo* 21 aliqui *MF*, aliquis *R uulgo* 27 agnoscunt *addidi*, confitentur *add. van der Vliet*

totum hoc condidit, hoc ipso nemo debeat credere deum et illum, qui nihil condidit, nisi ratio forte proferatur. duplex ista uideatur necesse est, ut aut noluerit condere quid aut non potuerit. tertium cessat. sed non potuisse indignum deo est. noluisse an dignum, uolo inquirere. dic mihi, Marcion, uoluit deus tuus cognosci se quocumque in tempore an non? alio proposito et descendit et praedicauit et passus resurrexit quam uti cognosceretur? at sine dubio, si cognitus est, uoluit. nihil enim circa eum fieret, nisi uoluisset. qui ergo tantopere notitiam sui procurauit, ut in dedecore carnis exhiberetur, et quidem maiore, si falsae, — nam hoc turpius, si et mentitus est substantiam corporis — qui et maledictum in se creatoris admisit ligno suspensus, quanto honestius per aliqua propriae molitionis indicia cognitionem sui praestruxisset! maxime aduersus eum cognosci habens, apud quem ex operibus ab initio cognitus non erat. nam et quale est, ut creator quidem ignorans esse alium super se deum, ut uolunt Marcionitae, qui solum se etiam iurans adseuerabat. tantis operibus notitiam sui armauerit, quam potuerat non ita curasse secundum singularitatis suae praesumptionem, ille autem sublimior, sciens inferiorem deum tam instructum, nullam sibi prospexerit agnoscendo paraturam? quando etiam insigniora et superbiora opera debuisset condidisse, ut et deus ex operibus cognosceretur secundum creatorem et ex honestioribus potior et generosior creatore.

12. Ceterum et si esse eum possemus confiteri, sine causa esse eum deberemus argumentari. | sine causa enim esset qui C rem non haberet, quia res omnis causa est, ut sit aliquis, cuius res sit. porro in quantum nihil oportet esse sine causa, [id est sine re] quia si sine causa sit, proinde est atque si

12] cf. Deut. 21, 23. Gal. 3, 13. 17] cf. Es. 45, 22. 23.

9 nihil enim *R*, enim nihil *M* qui ergo *scripsi:* quid ergo *MR* 10 notitiam *sui *M* (sui *in ras.*) 11 *parenthesin indicaui* 13 suspensus. quanto *uulgo* 14 praestruxisset. maxime *uulgo* 21 nulla *R*[1] 22 et *R*[3]*F*, ut *MR*[1] 29 id est sine re *seclusi: interpolatum est ex 306, 4, ubi bene se habet, quia illic antecedit* deus. *Eng pro* nihil (28) *rescribendum putat* nemo proinde *MF*, perinde *R uulgo*

non sit. [non habens rei causam rem ipsam] in tantum deum dignius credam non esse quam esse sine causa. | sine causa est enim qui rem non habendo non habet causam. deus autem sine causa, id est sine re, esse non debet. | ita quotiens ostendo eum sine causa esse, tamquam sit, hoc constituo, non esse illum, quia si fuisset, omnino sine causa non fuisset. sic et ipsam fidem dico illum sine causa ab homine captare, aliter solito deum credere ex operum auctoritate formatum, quia nihil tale prospexit, per quod homo deum didicit. nam etsi credunt plerique in illum, non statim ratione credunt, non habentes dei pignus, opera eius deo digna. itaque hoc nomine cessationis et defectionis operum et impudentiae et malignitatis adfinis est: impudentiae, qua fidem non debitam sibi captat, cui praestruendae nihil prospexit, malignitatis, qua plures incredulitatis reos fecit, nihil fidei procurando.

13. Cum deum hoc gradu expellimus, cui nulla conditio tam propria et deo digna quam creatoris testimonium praesignarit, narem contrahentes impudentissimi Marcionitae conuertuntur ad destructionem operum creatoris. 'nimirum', inquiunt, 'grande opus et dignum deo mundus'! numquid ergo creator minime deus? plane deus. ergo nec mundus deo indignus: nihil etenim deus indignum se fecisset, etsi mundum homini, non sibi fecit, etsi omne opus inferius est suo artifice. et tamen, si quale quid fecisse indignum est deo, quanto indignius deo est nihil eum omnino fecisse! ** uel indignum, quo posset etiam digniorum auctor sperari. ut ergo aliquid

1 non—ipsam *seclusi: interpolata sunt ab eodem, qui et supra addidit* id est sine re, *defendit Eng pro* rei *rescribens* sui rem ipsam *MR*[3], res ipsa *R*[1] 2 sine—debet *prioris editionis esse iudico* 5 sit *om. F* 8 ope$\overset{\bar{u}}{r}$e *M* (*corr. m. 1*) *formatum* = μορφωθέντα (*sinnfällig, greifbar gemacht*) *ut uidetur, cf. Rom. 2, 20;* = *qui est* (γενόμενον) *interpretatur Eng* (*cf. Es. 43, 10*), *sed melius fortasse rescribetur* formato = *informato* 13 impudentiae *R*, inpudentia *M* qua *R*, quam *MF* 17 praesignarit *M*, praesignauerit *R* 22 fecisset *M*, fecit *R uulgo* 25 *lacunam signaui:* mallem eum fecisse *intercidisse uidetur*

et de isto huius mundi indigno loquar, cui et apud Graecos ornamenti et cultus, non sordium, nomen est, indignas uidelicet substantias ipsi illi sapientiae professores, de quorum ingeniis omnis haeresis animatur, deos pronuntiauerunt, ut Thales aquam, ut Heraclitus ignem, ut Anaximenes aërem, ut Anaximander uniuersa caelestia, ut Strato caelum et terram, ut Zeno aërem et aetherem, ut Plato sidera, quae genus deorum igneum appellat, cum de mundo, considerando scilicet et magnitudinem et uim et potestatem et honorem et decorem, opem fidem legem singulorum elementorum, quae omnibus gignendis alendis conficiendis reficiendisque conspirant, ut plerique physicorum, formidauerint, [initium ac finem mundo constare] ne substantiae eius, tantae scilicet, minus dei haberentur, quas colunt et Persarum magi et Aegyptiorum hierophantae et Indorum gymnosophistae. ipsa quoque uulgaris superstitio communis idolatriae, cum in simulacris de nominibus et fabulis ueterum mortuorum pudet, ad interpretationem naturalium refugit et dedecus suum ingenio obumbrat, figurans Iouem in substantiam feruidam et Iunonem eius in aëream secundum sonum Graecorum uocabulorum. item Vestam in ignem et Camenas in aquam et Magnam Matrem in terram seminalia demessam, lacertis aratam, lauacris rigatam. sic et, Osiris quod semper sepelitur et in uiuido quaeritur et cum gaudio inuenitur, reciprocarum frugum et uiuidorum elementorum et recidiui anni fidem argumentantur, sicut aridae et ardentis naturae sacramenta leones Mithrae philosophantur. et superiores quidem situ aut statu substan-

7] cf. Plato Tim. p. 40 A

7 quae *M*, quod *R* 12 formidauerint *R*, formidauerunt *MF* formidauerint *scil. deum eum pronuntiare* initium—constare *seclusi* 13 constare *MR*, stare *F*, dare *Rig N*, constituere *van der Vliet* 15 ierofantae *MF* 16 in simulacris *scil. et in statuis, in quibus insculpta sunt nomina, et in tabulis, in quibus depictae sunt fabulae ueterum mortuorum* 19 Iunonem ⟨uxorem⟩ eius *susp. Eng* 20 aeriam *M* 21 aquam *MF*, aquas *R* 23 Osiris *R*[1], ostris *M*, Osirin *R*[3] 26 naturae *om. F* mitrae *M*, mire *F*

tias sufficit facilius deos habitas quam deo indignas. ad humilia deficiam? unus, opinor, de sepibus flosculus, non dico de pratis, una cuiuslibet maris conchula, non dico de rubro, una tetraonis pinnula, taceo de pauo, sordidum artificem pronuntiabit tibi creatorem?

14. At cum et animalia inrides minutiora, quae maximus artifex de industria ingeniis aut uiribus ampliauit, sic magnitudinem in mediocritate probari docens quemadmodum uirtutem in infirmitate secundum apostolum, imitare, si potes, apis aedificia, formicae stabula, aranei retia, bombycis stamina, sustine, si potes, illas ipsas lectuli et tegetis tuae bestias, cantharidis uenena, muscae spicula, culicis et tubam et lanceam. qualia erunt maiora, cum tam modicis aut iuuaris aut laederis, ut nec in modicis despicias creatorem? postremo te tibi circumfer, intus ac foris considera hominem: placebit tibi uel hoc opus dei nostri, quod tuus dominus, ille deus melior, adamauit, propter quem in haec paupertina elementa de tertio caelo descendere laborauit, cuius causa in hac cellula creatoris etiam crucifixus est? sed ille quidem usque nunc nec aquam reprobauit creatoris, qua suos abluit, nec oleum, quo suos ungit, nec mellis et lactis societatem, qua suos infantat, nec panem, quo ipsum corpus suum repraesentat, etiam in sacramentis propriis egens mendicitatibus creatoris. at tu, super magistrum discipulus et seruus super dominum, sublimius illo sapis, destruens quae ille desiderat. uolo inspicere, si ex fide saltim, ut non et ipse quae destruis adpetas. aduersaris caelum, et libertatem caeli in habitationibus captas: despicis terram — plane inimicae iam tuae, carnis, matricem — et

8] cf. II Cor. 12, 9. 18] cf. II Cor. 12, 2. 24] cf. Matth. 10, 24; Luc. 6, 40.

2 deficiam. unus *uulgo* 3 de pratis—non dico *om. F* 4 tetraonis *R*³, tetra pauonis *MR*¹ pinnula *M*, pennula *R* pauone *F* 8 docens *R*, dicens *M* 10 aranei *M*, araneae *R* 17 adamaū** *M* 19 creator *F* 20 suo *M* 25 destruens *FR*³, destrues *MR*¹ 27 caelū *M*, caelo *R* 28 plane *om. F* inimicę *M*, inimica *R*¹, inimice *R*³*F* iam tuae carnis matricem *uulgo: impugnat Marcion carnem nuptias auferendo; inde caro inimica eius uocatur*

omnes medullas eius uictui extorques; reprobas et mare, sed usque ad copias eius, quas sanctiorem cibum deputas. rosam tibi si obtulero, non fastidies creatorem. hypocrita, ut apocarteresi probes te Marcionitam, id est repudiatorem creatoris, — nam haec apud uos pro martyrio adfectari debuisset, si uobis mundus displiceret — in quamcumque materiam resolueris, substantiam creatoris uteris. quanta obstinatio duritiae tuae! depretias in quibus et uiuis et moreris.

15. Post haec, uel ante haec, cum dixeris esse et illi conditionem suam et suum mundum et suum caelum, — de caelo quidem illo tertio uidebimus, si et ad apostolum uestrum discutiendum peruenerimus — interim, quaecumque substantia eius est, cum suo utique deo apparuisse debuerat. at nunc quale est, ut dominus anno quinto decimo Tiberii Caesaris reuelatus sit, substantia uero anno quinto decimo iam Seueri imperatoris nulla omnino comperta sit? quae friuolis creatoris praecellens utique latere desisset, non latente iam domino suo et auctore. et ideo, si ipsa non potuit manifestari in hoc mundo, quomodo dominus paruit eius in hoc mundo? si dominum cepit hic mundus, cur substantiam capere non potuit, nisi domino fortasse maiorem? iam nunc de loco quaestio est, pertinens et ad mundum illum superiorem et ad ipsum deum eius. ecce enim, si et ille habet mundum suum infra se, super creatorem, in loco utique fecit eum, cuius spatium uacabat inter pedes suos et caput creatoris. ergo et deus ipse in loco erat et mundum in loco faciebat, et erit iam locus ille maior et deo et mundo. nihil enim non maius est id quod capit eo

3 ut apocarteresi R^3G, muta porrocaractē$^{\text{re}}$, si *M* (*corr. m. 1*), muta porcatere si R^1 4 Marcionitam id est repudiatorem R^3, id est repudiatorem Marcionitam MR^1 7 substantiam *M*, substantia *R* 10 *parenthesin indicauit Eng* 11 et *om. F* 14 anno quinto decimo *scripsi:* a. XV *M*, a XII *R uulgo* 15 reuelatus sit$^{\text{anno}}$ *M* (anno *s. u. add. m. 2*) anno quinto decimo *scripsi:* a. XV *MR*, ad XV *Pam* 18 et ideo *M* (et deo *in mg. a m. 3*) 21 domino *R*, dominum *MF* 23 supra *M* (*corr. m. 1*)

quod capitur. et uidendum, ne qua adhuc illic uacent subsiciua, in quibus et tertius aliqui stipare deus se cum mundo suo possit. ergo iam incipe deos computare. erit enim et locus deus, non tantum qua deo maior, sed et qua innatus et infectus ac per hoc aeternus et deo par, in quo semper deus fuerit. dehinc si et ille mundum ex aliqua materia subiacente molitus est innata et infecta et contemporali deo, quemadmodum de creatore Marcion sentit, redigis et hoc ad maiestatem loci, qui et deum et materiam, duos deos, clusit. et materia enim deus secundum formam diuinitatis, innata scilicet et infecta et aeterna. aut si de nihilo molitus est mundum, hoc et de creatore sentire cogetur, cui materiam subicit in substantiam mundi. sed ex materia et ille fecisse debebit, eadem ratione occurrente illi quoque, [deo] quae opponitur creatori, ut aeque deo. atque ita tres interim mihi deos numera Marcionis, factorem et locum et materiam. proinde et creatorem in loco facit, utique eadem condicione censendo, et materiam ei subicit, utique innatam et infectam et hoc nomine aeternam, ut dominum. amplius et malum materiae deputans, innatum innatae, infectum infectae et aeternum aeternae, quartum iam hinc deum fecit. habes igitur in superioribus tres substantias diuinitatis, in inferioribus quattuor. his cum accedunt et sui Christi, alter qui apparuit sub Tiberio alter qui a creatore promittitur, manifestam iam fraudem Marcion patitur ab eis, qui duos illum deos inferre praesumunt, cum nouem adsignet, licet nesciens.

16. Non comparente igitur mundo alio sicut nec deo eius, consequens est, ut duas species rerum, uisibilia et inuisibilia, duobus auctoribus deis diuidant et ita suo deo inuisibilia defendant. quis autem poterit inducere in animum, nisi spiritus haereticus, eius esse inuisibilia, qui nihil uisibile praemiserit,

1 subsiciua *Rig:* subsciua *MR*[1] (*in mg.* alias suscidiua) *R*[3] (*in mg.* alias subscisiua), subscidiua *F* 2 deus * se *M* (se *in ras.*) 12 substantiam *M*, substantia *R uulgo* 14 deo *seclusi* opponitur *scripsi:* opponeretur *MR* ut aeque deo *coniunge cum* illi quoque 18 dominum *scripsi* (= *sicut dominus eius est, scil. innatus infectus aeternus*)*:* domino *MR* 20 hinc *Urs:* hic *MR* 30 eius (*sc. potius*) esse inuisibilia *ex ellipsi Tertulliano sollemni*

quam eius, qui uisibilia operatus inuisibilium quoque fidem fecerit, cum iustius multo sit aliquibus exemplariis adnuere quam nullis? uidebimus et apostolus cui auctori inuisibilia deputet, cum et illum explorauerimus. nunc enim communibus plurimum sensibus et argumentationibus iustis secuturae scripturarum quoque aduocationi fidem sternimus, confirmantes diuersitatem hanc uisibilium et inuisibilium deo creatori deputandam, sicuti tota operatio eius ex diuersitatibus constat, ex corporalibus et incorporalibus, ex animalibus et inanimalibus, ex uocalibus et mutis, ex mobilibus et statiuis, ex genitalibus et sterilibus, ex aridis et sucidis, ex calidis et frigidis. sic et hominem ipsum diuersitas temperauit, tam in corpore quam in sensu. alia membra fortia alia infirma, alia honesta alia inhonesta, alia gemina alia unica, alia comparia alia disparia. proinde et in sensu nunc laetitia nunc anxietas nunc amor nunc odium nunc ira nunc lenitas. quod si ita est, ut aemula inter se conditionis uniuersitas ista modulata sit, iam igitur et uisibilibus inuisibilia debentur, non alteri auctori deputanda quam cui et aemula eorum. ⟨qui⟩ ipsum creatorem diuersum notant, iubentem quae prohibuit et prohibentem quae iussit, percutientem et sanantem, cur in hac sola specie uniformem eum capiunt, uisibilium solummodo conditorem, quem proinde credendum sit et uisibilia et inuisibilia condidisse quemadmodum et uitam et mortem, et mala et pacem? et utique, si illa inuisibilia maiora sunt uisibilibus creatoris suo loco magnis, sic quoque congruit eius esse maiora, cuius et magna, quia nec magna, nedum maiora, ei competant, cuius nec modica comparent.

3] cf. Col. 1, 16.

7 deo creatori *R*[3] *mg*, adeo creatori *M*, a deo creatore *R*[1] *uulgo* 10 m$\overset{u}{o}$tis *M* (*corr. m. 1*) 11 sucidis *M*, siccis *R* 16 si $\overset{i}{*}$ta *M* 16 aemulae inter se condicionis *fort.* 19 eorum, ipsum *uulgo* qui *addidi* 20 notant *MR*, notantia *Urs* 21 sanantem. cur *uulgo*, sanantem: cur *Eng*, *improbans quod supra addidi* qui 25 creatoris *scripsi:* creaturis *MR*

17. His compressi erumpunt dicere: 'sufficit unicum hoc opus deo nostro, quod hominem liberauit summa et praecipua bonitate sua et omnibus locustis anteponenda'. o deum maiorem, cuius tam magnum opus non potuit inueniri quam in homine dei minoris! enimuero prius est, ut eum probes esse per quae deum probari oportet, per opera, tunc deinde per beneficia. primo enim quaeritur, an sit, et ita, qualis sit. alterum de operibus, alterum de beneficiis dinoscetur. ceterum non quia liberasse dicitur hominem, ideo esse eum constat, sed si esse constiterit, tunc et liberasse dicetur, ut et an liberauerit constet, quia potuerit et esse et non liberasse. quomodo ergo, quia liberasse dicetur, etiam esse credetur, cum potuerit et esse et non liberasse?

Nunc, in isto articulo ab ignoti dei quaestione deducto si satis constitit tam nihil illum condidisse quam debuisse condidisse, uti cognosceretur ex operibus, quia si fuisset, cognosci debuisset, et utique a primordio rerum, — deum enim non decuisset latuisse — regrediar necesse est ad originem quaestionis dei ignoti, ut ceteros quoque ramulos eius excutiam. primo enim quaeri oportebit, qui postea se protulerit in notitiam cur postea et non a primordio rerum quibus utique necessarius, qua deus, et quidem necessarior quo melior latere non debuit. non enim potest dici non fuisse aut materiam aut causam cognoscendi deum, cum et homo a primordio esset in saeculo, cui nunc subuenit, et malitia creatoris, aduersus quam ut bonus subuenit. igitur aut ignorauit et causam et materiam suae reuelationis necessariae aut dubitauit

1 hoc *om. Oehlerus* (*mendose*) 5 eum probes *M*, probet eum *R* 8 dinoscetur *M*, dei dinoscitur *R* 14 nunc in *uulgo* deducto si *scripsi:* deductus *MG*, deducta *R*, deducto *Gel* 17 *parenthesin indicaui* 18 decuisset *Iun:* decuisse *MR* latuisse. regrediar *uulgo* 22 deus et *uulgo* necessarior quo melior *van der Vliet:* melior quo necessarior *MR*, quo melior necessarior *Eng* 23 *abundare mihi uidentur uerba* latere non debuit, *cum ad* necessarius *mente supplendum sit* erat

aut non potuit aut noluit. omnia haec deo indigna, maxime optimo. sed et hunc locum alibi implebimus exprobratione serae reuelationis, sicut nunc sola demonstratione.

18. Processerit, age, iam in notitiam quando uoluit, quando potuit, quando hora fatalis aduenit. fortasse enim anabibazon ei obstabat aut aliquae maleficae aut Saturnus quadratus aut Mars trigonus. nam et mathematici plurimum Marcionitae, nec hoc erubescentes, de ipsis etiam stellis uiuere creatoris. tractandum est hic de reuelationis qualitate, an digne reuelatus sit, ut constet, an uere, et ita credatur esse quem digne constiterit reuelatum. digna enim deo probabunt deum. nos definimus deum primo natura cognoscendum, dehinc doctrina recognoscendum, natura ex operibus, doctrina ex praedicationibus. sed cui nulla natura est naturalia instrumenta non suppetunt. ergo uel praedicationibus reuelationem sui debuerat operari, maxime aduersus eum reuelandus, qui et conditionis et praedicationis operibus tot ac tantis uix tamen hominem fide impleuerat. quomodo itaque cognitus est? si per humanam coniecturam, nego deum alias cognosci posse quam per semetipsum, nec tantum ad formam prouocans creatoris uerum et ad condicionem tam diuinae magnitudinis quam humanae mediocritatis, ne maior deo homo uideri possit, qui eum non ultro uolentem cognosci suis uiribus quodammodo in publicum agnitionis extraxerit, cum humana mediocritas facilius deos fingere sibi norit secundum totius aeui experimenta quam uerum sectari, quem natura iam intellegunt. alioquin, si sic homo deum commentabitur, quomodo Romulus Consum et Tatius Cloacinam et Hostilius Pauorem et Metellus Alburnum et quidam ante hoc tempus Antinoum, hoc aliis licebit; nos Marcionem nauclerum nouimus, non regem nec imperatorem.

6 ei* *M* 8 etiam *deleri uult van der Vliet* 9 est *scripsi:* et *MR* reuelatus *scripsi:* cognitus *MR* (*cf. infra l. 18 ubi pro* reuelatus *rescribendum erat* cognitus. *miro quodam casu haec inter se commutata sunt*) 12 dehinc *M*, deinde *R uulgo* 17 hominum fidem *Urs* 18 cognitus *scripsi:* reuelatus *MR* 19 nego *Kellnerus* (*van der Vliet*)*:* nega *M*, negas *R* 23 cognosci *R*, cognoscis *MF* 28 Pauorem *R*, pauonem *MF*

19. 'Immo', inquiunt Marcionitae, 'deus noster, etsi non ab initio, etsi non per conditionem, sed per semetipsum reuelatus est in Christo Iesu'. dabitur et in Christum liber de omni statu eius — distingui enim materias oportet, quo plenius et ordinatius retractentur —: interim satis erit ad praesentem gradum ita occurrere, ut ostendam Christum Iesum non alterius dei circumlatorem quam creatoris, et quidem paucis. anno quinto decimo Tiberii Christus Iesus de caelo manare dignatus est, spiritus salutaris Marcionis. [salutis] qui ita uoluit quoto quidem anno Antonini maioris de Ponto suo exhalauerit aura canicularis, non curaui inuestigare. de quo tamen constat, Antoninianus haereticus est, sub Pio impius. a Tiberio autem usque ad Antoninum anni fere centum quindecim et dimidium anni cum dimidio mensis. tantundem temporis ponunt inter Christum et Marcionem. cum igitur sub Antonino primus Marcion hunc deum induxerit, sicut probauimus, statim, qui sapis, plana res est: praeiudicant tempora quod sub Antonino primum processit sub Tiberio non processisse, id est deum Antoniniani imperii Tiberiani non fuisse, atque ita non a Christo reuelatum quem constat a Marcione primo praedicatum. hoc nunc ut probem constare, quod superest ab ipsis aduersariis sumam. separatio legis et euangelii proprium et principale opus est Marcionis, nec poterunt negare discipuli eius quod in summo instrumento habent, quo denique initiantur et indurantur in hanc haeresim. nam hae sunt 'Antithesîs' Marcionis, id est contrariae oppositiones, quae conantur discordiam euangelii cum lege committere, ut ex diuersitate sen-

2 non *om. F* 4 distingi *M* 9 salutis *seclusi* (*per dittographiam ortum uidetur*)*:* salutem *Urs* *post* Marcionis *grauius distinxi.* *intellege:* (eum) qui ita uoluit, *scil. Marcionem; deleri haec uoluit Scal* 10 aura R^3, aula MR^1 12 Antoninianus *Gel:* antoninus *MR* 14 *tantundem *M* 15 Marcion. cum *M* 19 Antoniniani *Rig:* antonini *MR* 20 primo MR^1, primum R^3 21 ut (*concessiue intellegendum*) probes *fort.* quod *om. M* 25 indurantur MGR^3, indicantur R^1, inducantur *F* antithesis *MF*, antitheses *R uulgo* (*sic ubique*) 27 euangelii *om.* R^1

tentiarum utriusque instrumenti diuersitatem quoque argumententur deorum. igitur cum ea separatio legis et euangelii ipsa sit, quae alium deum euangelii insinuauerit aduersus deum legis, apparet ante eam separationem deum in notitia non fuisse, qui ab argumento separationis innotuit, atque ita non a Christo reuelatum qui fuit ante separationem, sed a Marcione commentatum, qui instituit separationem aduersus euangelii legisque pacem, quam retro inlaesam et inconcussam ab apparentia Christi usque ad audaciam Marcionis illa utique ratio seruauit, quae non alium deum et legis et euangelii tuebatur praeter creatorem, aduersus quem tanto post tempore separatio a Pontico inmissa est.

20. Huic expeditissimae probationi defensio quoque a nobis necessaria est aduersus obstrepitacula diuersae partis. aiunt enim Marcionem non tam innouasse regulam separatione legis et euangelii quam retro adulteratam recurasse. o Christe, patientissime domine, qui tot annis interuersionem praedicationis tuae sustinuisti, donec tibi scilicet Marcion subueniret! nam et ipsum Petrum ceterosque, columnas apostolatus, a Paulo reprehensos opponunt, quod non recto pede incederent ad euangelii ueritatem, ab illo certe Paulo, qui adhuc in gratia rudis, trepidans denique, ne in uacuum currisset aut curreret, tunc primum cum antecessoribus apostolis conferebat. igitur si feruenter adhuc, ut neophytus, aduersus Iudaismum aliquid in conuersatione reprehendendum existimauit, passiuum scilicet ⟨uindicans⟩ conuictum, postmodum et ipse usu omnibus omnia futurus, ut omnes lucraretur, Iudaeis quasi Iudaeus et eis, qui sub lege, tamquam in lege, tu illam solius conuersationis, placiturae postea accusatori suo, reprehensionem suspectam uis haberi etiam de praedicationis

19] cf. Gal. 2, 9. 20] cf. Gal. 2, 14. 22] cf. Gal. 2, 2. 24] cf. Gal. 2, 11—14. 26] cf. I Cor. 9, 22. 20.

8 $\overset{\text{il}}{\text{laesam}}$ *M* (il *add. m. 1*) inconcussam *R*, inconclusam *M* 16 recu$\overset{\text{r}}{*}$asse *M* (r *s. u. a m. 1*) 18 tibi scilicet *M*, scilicet tibi *R*³*G*, *om.* scilicet *R*¹ 22 currisset *M*, cucurrisset *R* 26 uindicans *suppleuit van der Vliet* 30 suspectam *MR*³, susceptam *R*¹

erga deum praeuaricatione. atquin de praedicationis unitate, quod supra legimus, dexteras iunxerant, et ipsa officii distributione de euangelii societate condixerant. sicut et alibi: siue ego, inquit, siue illi, sic praedicamus. sed et si quosdam falsos fratres inrepsisse descripsit, qui uellent Galatas ad aliud euangelium transferre, ipse demonstrat adulterium illud euangelii non ad alterius dei et Christi fidem transferendam, sed ad disciplinam legis conseruandam habuisse intentionem, deprehendens scilicet illos circumcisionem uindicantes et obseruantes tempora et dies et menses et annos Iudaicarum caerimoniarum, quas iam exclusas agnouisse debuerant, secundum innouatam dispositionem creatoris olim de hoc ipso praedicantis per prophetas suos, ut per Esaiam: uetera transierunt, inquit, ecce noua, quae ego nunc facio. sic et per Hieremiam: et disponam testamentum, non quale disposui ad patres uestros, cum illos eduxissem de terra Aegypti; et alibi: renouate uobis nouamen nouum, et circumcidimini deo uestro, et circumcidimini praeputia cordis uestri. hanc ergo circumcisionem iam sistens apostolus et hoc nouamen, illas quoque uetustates caerimoniarum dissuadebat, de quibus idem conditor earum quandoque cessaturis profitebatur per Osee: et auertam omnes iocunditates eius et dies festos eius et neomenias et sabbata et omnes caerimonias eius. sic enim et per Esaiam: neomenias uestras et sabbata et diem magnum non sustineo, ferias et ieiunium et dies festos uestros odit anima mea. quodsi et creator omnia haec iam pridem recusauerat et apostolus ea

2] cf. Gal. 2, 9. 3] I Cor. 15, 11. 4] cf. Gal. 2, 4. 5] cf. Gal. 1, 6. 7. 9] cf. Gal. 4, 10. 13] Es. 43, 18. 19. 15] Hier. 38, 31. 32. 17] Hier. 4, 3. 4. 22] Os. 2, 11. 25] Es. 1, 13. 14.

2 dexteras *M*, dextras *R* 3 condixerant, sicut et alibi. siue *uulgo* 5 galathas *M* (*pro more*) 9 reprehendens *Urs* 10 caerimoniarum *MF*, caeremoniarum *R uulgo* (*sic et infra*) 14 sic et per Hieremiam *scripsi:* et alibi *MR* (*cf. l. 17*) 17 et alibi *scripsi:* sic et per Hieremiam *M* (per *in mg. add. m. 1*) *R* nouamen *R*, nouam et *MF* 27 fest** (os *s. u. a m. 1*) *M*

iam recusanda pronuntiabat, ipsa sententia apostoli consentanea decretis creatoris probat non alium deum ab apostolo praedicatum quam cuius decreta cupiebat iam agnosci, falsos et apostolos et fratres notans in hac causa, qui euangelium Christi creatoris transferrent a nouitate praenuntiata a creatore ad uetustatem recusatam a creatore.

21. Ceterum si, qua nouum deum praedicans, ueteris dei legem cupiebat excludere, quare de deo quidem nouo nihil praescribit, sed de uetere lege solummodo, nisi quoniam fide manente in creatorem sola lex eius concessare debebat? ut et psalmus ille praececinerat: disrumpamus a nobis uincula eorum et abiciamus eorum iugum a nobis; ex quo scilicet tumultuatae sunt gentes et populi meditati sunt inania; adstiterunt reges terrae et magistratus conuenerunt in unum aduersus dominum et aduersus Christum eius. et utique, si alius deus praedicaretur a Paulo, nulla disceptatio esset seruandae legis necne, non pertinentis scilicet ad dominum nouum et aemulum legis. ipsa enim dei nouitas atque diuersitas abstulisset non modo quaestionem ueteris et alienae legis uerum omnem eius mentionem. sed hic erat totus status quaestionis, quid, cum idem deus legis in Christo praedicaretur, legi eius derogaretur. stabat igitur fides semper in creatore et Christo eius, sed conuersatio et disciplina nutabat. nam et alii de idolothyto edendo, alii de mulierum uelamento, alii de nuptiis uel repudiis, nonnulli et de spe resurrectionis disceptabant, de deo nemo. nam ⟨si⟩ fuisset haec quoque quaestio disceptata, et ipsa apud apostolum inueniretur, uel quanto principalis. quodsi post apostolorum tempora adulterium ueritas passa est circa dei regulam,

11] Ps. 2, 3. 13] Ps. 2, 1. 2. 24] cf. I Cor. cap. 10. 25] cf. I Cor. cap 11. cf. I Cor. cap. 7. 26] cf. I Cor. cap. 15.

1 sententia apostoli *M*, apostoli sententia *R* 4 qui *R*, quae *MF* 7 si quasi *Rig* 11 praececinerat *M*, praecinuerat *R* a nobis uincula *M*, uincula a nobis *R* 15 conuenerunt *MF*, circumuenerunt *R* 21 totius *susp. Eng* quid *scripsi:* quod *MR* 22 legi MR^1, lege R^3 24 alii dei de *F* 26 si R^3, *om.* MR^1

ergo iam apostolica traditio nihil passa est in tempore suo circa dei regulam, et non alia agnoscenda erit traditio apostolorum quam quae hodie apud ipsorum ecclesias editur. nullam autem apostolici census ecclesiam inuenias, quae non in creatore christianizet. aut si hae erunt a primordio corruptae, quae erunt integrae? nimirum aduersariae creatoris. exhibe ergo aliquam ex tuis apostolici census, et obduxeris. igitur cum omnibus modis constet alium deum in regula sacramenti istius non fuisse a Christo usque ad Marcionem quam creatorem, satis iam et probatio nostra munita est, qua ostendimus notitiam dei haeretici ex euangelii et legis separatione coepisse, et definitio superior instructa est, non esse credendum deum, quem homo de suis sensibus composuerit, nisi plane prophetes, id est non de suis sensibus. quod si Marcion poterit dici, debebit etiam probari; ** nihil retractare oportebit. hoc enim cuneo ueritatis omnis extruditur haeresis, cum Christus non alterius dei quam creatoris circumlator ostenditur.

22. Sed quomodo funditus euertetur antichristus, nisi ceteris quoque iniectionibus eius elidendis locus detur, relaxata praescriptionum defensione? accedamus igitur iam hinc ad ipsam dei personam, uel potius umbram et phantasma secundum Christum ipsius, per idque examinetur, per quod creatori praefertur. et utique erunt regulae certae ad examinandam dei bonitatem. sed prius est, ut inueniam illam et adprehendam, et ita ad regulas perducam. cum enim circumspicio tempora, nusquam est a primordio materiarum et introitu causarum, cum quibus debuerat inueniri, exinde agens, quo agere habuit. erat enim iam et mors et aculeus mortis, delictum, et ipsa malitia creatoris, aduersus quam subuenire deberet alterius

28] cf. I Cor. 15, 56.

1 iam *MR*, iam et *F* 3 ecclesias—census *om. F* 11 haeretici MR^3, haeretice R^1 15 *lacunam signaui:* si non poterit probari *supplenda censeo* oportebit *scripsi:* oportebat *MR* 18 euertetur *R*, euentetur *MF* 23 examinandum *F* 26 introitu *M*, in introitu *R* 27 quo *MR* (*cf. 336, 27*), quod *Urs* agere *scripsi:* agi *MR* 28 et mors *M*, mors *R*

dei bonitas, † primae huic regulae diuinae bonitatis occurrens, si se naturalem probaret, statim succurrens, ut causa coepit. omnia enim in deo naturalia et ingenita esse debebunt, ut sint aeterna, secundum statum ipsius, ne obuenticia et extranea reputentur ac per hoc temporalia et aeternitatis aliena. ita et bonitas perennis et iugis exigetur in deo, quae in thesauris naturalium proprietatum reposita et parata antecederet causas et materias suas, et primam quamque susciperet, non despiceret et destitueret, si antecedebat. denique non minus et hic quaeram, cur non a primordio operata sit bonitas eius, quam de ipso quaesiuimus, cur non a primordio sit reuelatus? quidni? qui per bonitatem reuelari haberet, si qui fuisset. non posse quid deo non licet, nedum naturalibus suis fungi. quae si continentur, quo minus currant, naturalia non erunt. et otium enim sui natura non nouit; hinc censetur, si agat. sic nec noluisse uidebitur exercere bonitatem, interim naturae nomine. natura enim se non potest nolle, quae se ita dirigit, ut, si cessauerit, non sit. sed cessauit aliquando in deo Marcionis de opere bonitas: ergo non fuit naturalis bonitas, quae potuit aliquando cessasse, quod naturalibus non licet. et si non erit naturalis, iam nec aeterna credenda nec deo par, quia non aeterna, dum non naturalis, quae denique nullam sui perpetuitatem aut de praeterito constituat aut de futuro repromittat. nam ut a primordio non fuit, et in finem sine dubio non erit. potest enim et non esse quandoque, sicut non fuit aliquando. igitur cum constet in primordio cessasse bonitatem dei illius — ⟨non⟩ enim a primordio liberauit hominem — et uoluntate potius eam quam infirmitate cessasse, iam uoluntas subpressae bonitatis finis inuenietur malignitatis.

1 *uerba* primae—occurrens *et* statim—coepit (*l. 2*) *suo loco extare uix crediderim; si supra 318, 27 post* inueniri *inserueris, nihil desiderabis.* 2 coepit *R*, cepit *MF* 4 obuenticia *M*, obuenientia *R uulgo* 9 non minus et hic *M*, ut hic non minus *R* 12 quiduis *Lat* 14 quae si *R*, quasi *M* 15 agat *Ciacconius:* agatur *MR* 17 se MR^3 (*priore loco*), si R^1 18 cessauerit *fort.* 19 bonitas *Pam:* bonitatis *MR* 24 nam—erit *bis in M comparent* ut a primordio *scripsi:* et a primordio *MR* 27 ⟨non⟩ enim R^3, enim MR^1

quid enim tam malignum quam nolle prodesse cum possis, quam utilitatem cruciare, quam iniuriam sinere? totum denique creatoris elogium in illum rescribetur, qui saeuitias eius bonitatis suae mora iuuit. nam in cuius manu est quid ne fiat, eius iam deputatur, cum fit. homo damnatur in mortem ob unius arbusculae delibationem, et exinde proficiunt delicta cum poenis et pereunt iam omnes, qui paradisi nullum caespitem norunt. et hoc melior aliqui deus aut nescit aut sustinet? si ut ex hoc melior inueniretur, quanto creator deterior haberetur, satis et in isto consilio malitiosus, qui et illum uoluit oneratum, operationibus eius admissis, et saeculum in uexatione detinuit. quid de tali medico iudicabis, qui nutriat morbum mora praesidii et periculum extendat dilatione remedii, quo pretiosius aut famosius curet? talis et in deum Marcionis dicenda sententia est, mali permissorem, iniuriae fautorem, gratiae lenocinatorem, benignitatis praeuaricatorem, quam non statim causae suae exhibuit; plane exhibiturus, si natura bonus et non accessione, si ingenio optimus et non disciplina, si ab aeuo deus et non a Tiberio, immo, quod uerius, a Cerdone et Marcione.

Tiberio nunc deus ille praestiterit, ut imperio eius diuina bonitas in terris dedicaretur, 23. aliam illi regulam praetendo: sicut naturalia, ita rationalia esse debere in deo omnia. exigo rationem bonitatis, quia nec aliud quid bonum haberi liceat, quod non rationaliter bonum sit, nedum ut ipsa bonitas inrationalis deprehendatur. facilius malum, cui rationis aliquid adfuerit, pro bono habebitur quam ut bonum ratione desertum non pro malo iudicetur. nego rationalem bonitatem dei Marcionis iam hoc primo, quod in salutem processerit hominis alieni. scio dicturos atquin hanc esse principalem

2 utilitatem cruciare *MF*, utilitate cruciari *R* 6 proficiunt *MF*, prosiliunt *R* 9 si ut *MR*[3], sicut *R*[1] haberetur, satis *van der Vliet:* haberetur? satis *uulgo* 10 satis est *susp. Eng* oneratum *R*. honeratum *MF* 11 admissis, et *Pam:* admisisset *MR*[1], admissi et *R*[3] 16 praeuacatorem *M* 17 exhibiturus, si natura bonus, exhibiturus *MR* 21 diuina bonitas in terris *R*, diuina in terris bonitas *M* dedicaretur. aliam *uulgo: satis infeliciter hic distinguuntur capita* 22 ita rationalia *MR*, naturalia *F* esse debere *M*, esse *R*

et perfectam bonitatem, cum sine ullo debito familiaritatis in extraneos uoluntaria et libera effundatur, secundum quam inimicos quoque nostros et hoc nomine iam extraneos diligere iubeamur. cur ergo non a primordio hominem respexit, a primordio extraneum? cessando praeiudicauit cum extraneo nihil sibi esse. ceterum disciplinam diligendi extraneum uel inimicum antecessit praeceptum diligendi proximum tamquam te ipsum. quod etsi ex lege creatoris, et tu quoque illud excipere debebis, ut a Christo non destructum, sed potius extructum. nam quo magis proximum diligas, diligere iuberis inimicum et extraneum. exaggeratio est debitae bonitatis exactio indebitae. antecedit autem debita indebitam, ut principalis, ut dignior, ut ministra et comite sua [id est indebita] prior. igitur cum prima bonitatis ratio sit in rem suam exhiberi ex iustitia, secunda autem in alienam ex redundantia iustitiae super scribarum et Pharisaeorum, quale est secundam ei rationem referri, cui deficit prima, non habenti proprium hominem ac per hoc quoque exiguae? porro exigua, quae suum non habuit, quomodo in alienum redundauit? exhibe principalem rationem, et tunc uindica sequentem. nulla res sine ordine rationalis potest uindicari; tanto abest, ut ratio ipsa in aliquo ordinem amittat. sit nunc et a secundo gradu incipiens ratio bonitatis, in extraneum scilicet: nec secundus

2] cf. Matth. 5, 44; Luc. 6, 27. 7] cf. Leu. 19, 18; Matth. 5, 43. 9] cf. Matth. 5, 17. 16] cf. Matth. 5, 20.

2 effundatur *scripsi:* effunditur *MR* 4 cur *M*, cum *R uulgo* hominem—primordio *om. F* 5 extraneum, cessando *uulgo* 8 et—quoque *ut saepius; ceterum facillime rescripseris:* est, tu quoque 9 Christo ⟨tuo⟩ *fort.* 13 ut ministra *MF*, ministra *R uulgo* id est indebita *seclusi* indebita. prior igitur *uulgo* 17 ei *scil. bonitati; aliter enim non intellegetur quod infra sequitur* exiguae. *sed cum propter illud* non habenti proprium hominem *paene necessario intellegendum sit* ei *scil. deo Marcionis, nescio an spuria sint iudicanda uerba* ac—redundauit cui *MR*, scilicet iuuando alium, cui *Pam* (*ex cod. N, qui habet haec uerba s. u. a manu librarii ipsius addita*) habenti *Lat:* habentis *MR* 19 exhibe *Rig:* exhibere *MR* 21 ratio ipsa *id est deus* 23 bonitatis *coniunge cum* gradu

illi gradus ratione constabit, alio modo destructus. tunc enim rationalis habebitur uel secunda in extraneum bonitas, si sine iniuria eius operetur, cuius est res. quamcumque bonitatem iustitia prima efficit rationalem. sicut in principali gradu, cum in rem suam exhibetur, rationalis erit si iusta sit, sic et in extraneum rationalis uideri poterit, si non sit iniusta. ceterum qualis bonitas quae per iniuriam constat, et quidem pro extraneo? fortasse enim pro domestico aliquatenus rationalis habeatur bonitas iniuriosa. pro extraneo uero, cui nec proba legitime deberetur, qua ratione tam iniusta rationalis defendetur? quid enim iniustius, quid iniquius et improbius quam ita alieno benefacere seruo, ut domino eripiatur, ut alii uindicetur, ut aduersus caput domini subornetur, et quidem, quod indignius, in ipsa adhuc domo domini, de ipsius adhuc horreis uiuens, sub ipsius adhuc plagis tremens? talis adsertor etiam damnaretur in saeculo, nedum plagiator. non aliter ** deus Marcionis, inrumpens in alienum mundum, eripiens deo hominem, patri filium, educatori aluminum, domino famulum, ut eum efficiat deo impium, patri inreligiosum, educatori ingratum, domino nequam. oro te, si rationalis bonitas talem facit, qualem faceret inrationalis? non putem impudentiorem quam qui in aliena aqua alii deo tingitur, ad alienum caelum alii deo expanditur, in aliena terra alii deo sternitur, super alienum panem alii deo gratiarum actionibus fungitur, de alienis bonis ob alium deum nomine elemosynae et dilectionis operatur. quis iste deus tam bonus, ut homo ab illo malus fiat, tam propitius, ut alium illi deum, et dominum quidem ipsius, faciat iratum?

24. Sed deus sicut aeternus et rationalis, ita, opinor, et perfectus in omnibus: eritis enim perfecti quemad-

30] Matth. 5, 48.

4 primo *fort.* sicut *scripsi:* sic et *MR* cum in rem suam exhibetur, rationalis erit *scripsi:* rationalis erit, cum in rem suam exhibetur *MR* 5 sit. sic *uulgo* 13 quod *Eng:* quo *MR* 16 *lacunam signaui:* autem agit *intercidisse puto* 18 aluminum *M*, alumnum *R* 21 non putem *MR*[1], an putem *R*[3] 25 elemosinae *MF*, eleemosynae *R* 27 ipsius *MF*, *om. R*

modum pater uester, qui in caelis est. exhibe perfectam quoque bonitatem eius, etsi de imperfecta satis constat, quae neque naturalis inuenitur neque rationalis. nunc et alio ordine traducetur: nec iam imperfecta, immo et defecta, exigua et exhausta, quae, minor numero materiarum suarum, non in omnibus exhibetur. non enim omnes salui fiunt, sed pauciores omnibus et Iudaeis et Christianis creatoris. pluribus uero pereuntibus quomodo perfecta defenditur bonitas ex maiore parte cessatrix, paucis aliqua, pluribus nulla, cedens perditioni, partiaria exitii? quodsi plures salui non erunt, erit iam non bonitas, sed malitia perfectior. sicut enim bonitatis operatio est, quae facit saluos, ita malignitatis, quae non facit saluos. magis autem non faciens saluos, dum paucos facit, perfectior erit in non iuuando quam ⟨in⟩ iuuando. non poteris et in creatorem referre bonitatis in omnes defectionem. quem enim iudicem tenes, dispensatorem, si forte, bonitatis ostendis intellegendum, non profusorem, quod tuo deo uindicas. usque adeo hac sola eum praefers bonitate creatori. quam si solam profitetur et totam, nulli deesse debuerat. sed nolo iam de parte maiore pereuntium imperfectae bonitatis arguere deum Marcionis: sufficit ipsos, quos saluos facit, imperfectae salutis inuentos imperfectam bonitatem eius ostendere, scilicet anima tenus saluos, carne deperditos, quae apud illum non resurgit. unde haec dimidiatio salutis nisi ex defectione bonitatis? quid erat perfectae bonitatis quam totum hominem redigere in salutem, totum damnatum a creatore, totum a deo optimo adlectum? quod sciam, et caro tingitur apud illum, et caro de nuptiis tollitur, et caro in confessione nominis desaeuitur. sed et si carni delicta reputantur, praecedit animae reatus et

2 eius. etsi *uulgo* 3 rationalis, nunc *uulgo* 5 quae *in libr. mss. post* suarum *traditum huc transposui* 7 et (*prius*) *om. F* 14 in *addidi* non poteris ⟨autem⟩ et *fort.* 15 bonitatis *scripsi:* bonitatem *MR* (*potueris et rescribere:* bonitatem in omnes defectiuam) 17 tuo deo *M,* tuo *R,* deo tuo *Pam* usque adeo *notione rariore* = *quin etiam* 18 creatori, quam *uulgo* 20 imperfectae *Oehlerus* (*in notis*): inperfectum *MR* 24 quid erat *MR,* quid enim tam *Lat* 27 sciam *Rig:* si iam *MR*

culpae principatus animae potius adscribendus, cui caro ministri nomine occurrit. carens denique anima caro hactenus peccat. ita et in hoc iniusta bonitas et sic quoque imperfecta, innocentiorem substantiam relinquens in exitium, obsequio, non arbitrio delinquentem. cuius Christus etsi non induit ueritatem, ut tuae haeresi uisum est, imaginem tamen eius subire dignatus est. ipsum quod mentitus est illam, aliquid ei † debuit debuisse. quid est autem homo aliud quam caro, siquidem nomen hominis materia corporalis, non animalis, ab auctore sortita est? et fecit hominem deus, inquit, limum de terra, non animam; anima enim de afflatu: et factus est homo in animam uiuam; quis? utique qui de limo: et posuit deus hominem in paradiso; quod finxit, non quod flauit: qui caro nunc, non qui anima. itaque si ita est, quo ore contendes perfectum bonitatis titulum, quae non iam a partitione speciali hominis liberandi defecit, sed a proprietate generali? si plena est gratia et solida misericordia, quae soli animae salutaris est, plus praestat haec uita, qua toti et integri fruimur. ceterum ex parte resurgere multari erit, non liberari. erat et illud perfectae bonitatis, ut homo, liberatus in fidem dei optimi, statim eximeretur de domicilio atque dominatu dei saeui. at nunc et febriculas, o Marcionita, et ceteros tribulos et spinas dolor carnis tuae tibi edit; nec fulminibus tantum aut bellis et pestibus aliisque plagis creatoris sed et scorpiis eius obiectus, in quo te putas liberatum de regno eius, cuius te muscae adhuc calcant? si de futuro erutus es, cur non et de praesenti, ut perfecte? alia est nostra condicio apud auctorem, apud iudicem, apud offensum principem generis. tu

9—13] Gen. 2, 7. 8. 22] cf. Gen. 3, 18.

2 denique = *namque* hactenus = *non amplius* 7 ipsum *MR*, ipso *Oehlerus* debuit *MR*³*G*, debui *R*¹, habuit *Iun*, debet tribuisse *fort.* 15 bonitatis *MR*³*G*, bonitate *R*¹ 21 dei sui *F* 22 febriculas *Eng:* febricitas *MR*, febricitates *Lat* 23 edit; nec *Eng:* edit, nec *uulgo* 25 obiectus, in *Eng:* obiectus. in *uulgo* 26 exutus *F* es *R*, est *M* 27 perfecte? alia *M*, perfecta est. alia *R*¹, perfecta sis. alia *R*³

tantummodo bonum deum praefers. non potes autem perfecte bonum ostendere a quo non perfecte liberaris.

25. Quod adtinet ad bonitatis quaestionem, his lineis deduximus eam minime deo adaequare, ut neque ingenitam neque rationalem neque perfectam, sed et improbam et iniustam et ipso iam bonitatis nomine indignam, quod scilicet in quantum deo congruat, in tantum deum non esse conueniat qui de tali bonitate etiam praeferatur, nec de tali modo uerum et sola. iam enim et hoc discuti par est, an deus de sola bonitate censendus sit. negatis ceteris adpendicibus sensibus et adfectibus, quos Marcionitae quidem a deo suo abigunt in creatorem. nos uero [et] agnoscimus in creatore ut deo dignos, et ex hoc quoque negabimus deum in quo non omnia, quae deo digna sint, constent. si aliquem de Epicuri schola deum adfectauit Christi nomine titulare, ut quod beatum et incorruptibile sit neque sibi neque alii molestias praestet — hanc enim sententiam ruminans Marcion remouit ab illo seueritates et iudiciarias uires —: aut in totum inmobilem et stupentem deum concepisse debuerat — et quid illi cum Christo, molesto et Iudaeis per doctrinam et sibi per Iesum? — aut et de ceteris motibus eum agnouisse. — et quid illi cum Epicuro, nec sibi nec Christianis necessario? ecce enim hoc ipso, quod retro quietus, qui nec notitiam sui aliquo interim opere curauerit, post tantum aeui senserit in hominis salutem, utique per uoluntatem, nonne concussibilis tunc fuit nouae uoluntati, ut et ceteris motibus uideatur obnoxius? quae enim uoluntas sine concupiscentiae stimulo est? [quis uolet quod non concupiscet?] sed et cura accedet uoluntati. quis enim uolet

2 bonum *MR*^{3}*G*, deum *R*^{1} 4 adaequare *M*, adaequari *R uulgo* 6 iam *om. F* 7 deo—tantum *om. F* 10 sit, negatis *uulgo* 12 et *seclusi* dignos. et *uulgo* et—quoque (*hic incipit apodosis*) *cf. 321, 8* 14 scola *M* 20 per ihm *M*, per Iesum *R* (*intellege per carnalem suam naturam*), sensum *Urs* et [de] ceteris motibus e⟨um obnoxi⟩um *fort.* 26 enim *scripsi:* autem *MR* 27 quis uolet quod non concupiscet *om. MGR*^{3}, *quam ob rem seclusi, sed nescio an et hic duae recensiones sint agnoscendae:* 1) quae uoluntas—stimulo est? sed et cura accedet uoluntati. igitur cum. 2) quis enim uolet quod non concupiscet? quis concupiscet et non curabit? igitur cum

quid et concupiscet, et non curabit? igitur cum et uoluit et concupiit in hominis salutem, iam et sibi et aliis negotium fecit, Epicuro nolente, consiliario Marcionis. nam et aduersarium sibi constituit: ipsum illud, aduersus quod et uoluit et concupiit et curauit, siue delictum siue mortem, inprimis ipsum arbitrum eorum et dominum hominis, creatorem. porro nihil sine aemulatione decurret, quod sine aduersario non erit. denique uolens et concupiscens et curans hominem liberare, hoc ipso iam aemulatur et eum, a quo liberat, aduersus eum scilicet sibi liberaturus, et ea, de quibus liberat, in alia liberaturus. proinde autem aemulationi occurrant necesse est officiales suae in ea, quae aemulatur: ira discordia odium dedignatio indignatio bilis nolentia offensa. haec omnia si aemulationi adsistunt, aemulatio autem liberando homini procurat, liberatio autem hominis operatio bonitatis est, non poterit ea bonitas sine suis dotibus, id est sine sensibus et adfectibus, per quos administratur aduersus creatorem, ne sic quoque inrationalis praescribatur, si careat et sensibus et adfectibus debitis. haec multo plenius defendemus in causa creatoris, in qua et exprobrantur.

26. At hic sufficit peruersissimum deum ostendi in ipso praeconio solitariae bonitatis, qua nolunt ei adscribere eiusmodi motus animi, quos in creatore reprehendunt. si enim neque aemulatur neque irascitur neque damnat neque uexat, utpote qui nec iudicem praestat, non inuenio, quomodo illi disciplinarum ratio consistat, et quidem plenior. quale est enim, ut praecepta constituat non executurus, ut delicta prohibeat non uindicaturus, quia non iudicaturus, extraneus scilicet ab omnibus sensibus seueritatis et animaduersionis? cur enim

1 q̄d *M,* quod *R* curabit R^3, curauit MR^1 2 concupiit ⟨et curauit⟩ *fort. cf. l. 5 et 8* 3 Marcione *Urs* 6 ipsum *om. F* dominum, hominis *uulgo* hominis—curans *om. F* 10 aduersus ** eum *M* liberaturus, et ea *Urs:* liberaturus eum MR^3F, liberaturus cum R^1 11 autem *scripsi:* enim *MR, om. F* 13 indignatio bilis R^3, indignabilis MR^1 15 procurrat *M* 16 non poterit *sc. esse, secundum ellipsin auctori sollemnem* 17 quos R^3, quom MR^1 19 hoc *F*

prohibet admitti quod non defendit admissum, cum multo rectius non prohibuisset quod defensurus non esset quam ut non defenderet quod prohibuisset? immo et permisisse directo debuit, sine causa prohibiturus, ut non defensurus. nam et nunc tacite permissum est quod sine ultione prohibetur. et utique non aliud prohibet admitti quam quod non amat fieri. stupidissimus ergo qui non offenditur facto quod non amat fieri, quando offensa comes sit frustratae uoluntatis. aut si offenditur, debet irasci; si irascitur, debet ulcisci. nam et ultio fructus est irae et ira debitum offensae et offensa, ut dixi, comes frustratae uoluntatis. sed non ulciscitur; ergo nec offenditur. si non offenditur, ergo nec laeditur uoluntas eius, cum fit quod noluit fieri; et fit iam delictum secundum uoluntatem eius, quia non fit aduersus uoluntatem quod non laedit uoluntatem. aut si hoc erit diuinae uirtutis siue bonitatis, nolle quidem fieri et prohibere fieri, non moueri tamen, si fiat, dicimus iam motum esse illum, | qui noluit, et C uane non moueri ad factum qui motus sit ad non faciendum. | quando noluit fieri; nolendo enim prohibuit. | non O autem et iudicauit nolendo fieri et idcirco prohibendo? non faciendum enim iudicauit et prohibendo pronuntiauit. ergo et ille iam iudicat. si indignum est deum iudicare, aut si eatenus dignum est deum iudicare, qua tantummodo nolit et prohibeat, non etiam defendat admissum, atquin nihil deo tam indignum quam non exequi quod noluit et prohibuit admitti: primo, quod qualicunque sententiae suae et legi debeat uindictam in auctoritatem et obsequii necessitatem, secundo, quia ⟨boni⟩ aemulum sit necesse est quod noluit admitti et

4 ut non *M*, non ut *R* 6 non (*alt. loco*) *om. F* 7 stupędissimus *M* (*corr. m. 1*) 12 si *scripsi:* sed *MR* 13 noluit fieri *M*, fieri noluit *R* 16 non* moueri *M* 17 qui noluit—faciendum = quando noluit—prohibuit. *secundam recensionem eam esse puto, quam prius auctor scripserit.* 20 autem *scripsi:* enim *MR* 21 prohibendo *scripsi:* prohibendum *MR* 24 admissum, atquin *van der Vliet:* admissum. atquin *uulgo* 28 boni *addidi*

nolendo prohibuit, malo autem parcere deum indignius sit quam animaduertere, et quidem deo optimo, qui non alias plane bonus sit, nisi mali aemulus, uti boni amorem odio mali exerceat et boni tutelam expugnatione mali impleat.

27. Sed iudicat plane malum nolendo et damnat prohibendo, dimittit autem non uindicando et absoluit non puniendo. o deum ueritatis praeuaricatorem, sententiae suae circumscriptorem! timet damnare quod damnat, timet odisse quod non amat, factum sinit quod fieri non sinit, mauult ostendere quid nolit quam probare. hoc erit bonitas imaginaria, disciplina phantasma et ipsa, transfunctoria praecepta, secura delicta. audite, peccatores, quique nondum hoc estis, ut esse possitis: deus melior inuentus est, qui nec offenditur nec irascitur nec ulciscitur, cui nullus ignis coquitur in gehenna, cui nullus dentium frendor horret in exterioribus tenebris: bonus tantum est. denique prohibet delinquere, sed litteris solis. in uobis est, si uelitis illi obsequium subsignare, ut honorem deo habuisse uideamini; timorem enim non uult. atque adeo prae se ferunt Marcionitae, quod deum suum omnino non timeant. 'malus enim', inquiunt, 'timebitur, bonus autem diligetur'. stulte, quem dominum appellas negas timendum, cum hoc nomen potestatis sit, etiam timendae? at quomodo diliges, nisi timeas non diligere? plane nec pater tuus est, in quem competat et amor propter pietatem et timor propter potestatem, nec legitimus dominus, ut diligas propter humanitatem et timeas propter disciplinam. sic denique plagiarii diliguntur, non etiam timentur. non enim timebitur nisi iusta et ordinaria dominatio. diligi autem potest etiam adultera; sollicitatione enim constat, non auctoritate, et adulatione, non potestate. quid denique

14] cf. Matth. 5, 30; 18, 8. Marc. 9, 43. 15] cf. Matth. 8, 12; Luc. 13, 28.

1 prohibuit. malo *uulgo* 3 plane *M*, plene *R uulgo* 4 et *MR*[3], ut *R*[1] 7 *sententiae *M* (*syll.* sen *in ras.*) 8 non *om. F* 11 phantasma. et ipsa transfunctoria *uulgo* 14 coquitur (qu *ex* g *a m. 1*) *M* geenna *M* (h *s. u. add. m. 1*) 16 literis *M* 18 prae se ferunt *MR*[3], se praeferunt *R*[1] 20 enim *scripsi:* autem *MR* diligetur *M*, diligitur *R* 22 etiam *om. F* at *R*, aut *M* 26 placiarii *M*

adulantius quam delicta non exequi? age itaque, qui deum non times quasi bonum, quid non in omnem libidinem ebullis, summum, quod sciam, fructum uitae omnibus, qui deum non timent? quid non frequentas tam sollemnes uoluptates circi furentis et caueae saeuientis et scaenae lasciuientis? quid non et in persecutionibus statim oblata acerra animam negatione lucraris? absit, inquis, absit! ergo iam times delictum et timendo probasti illum timeri, qui prohibet delictum. aliud est, si eadem dei tui peruersitate quae non times obseruas, qua et ille quod non uindicat prohibet. — multo adhuc uanius, cum interrogati: quid fiet peccatori cuique die illo? respondent abici illum. qua? si ab oculis, nonne et hoc iudicio agitur? iudicatur enim abiciendus, et utique iudicio damnationis; nisi si in salutem abicitur peccator, ut et hoc deo optimo competat. et quid erit abici, nisi amittere id, quod erat consecuturus, si non abiceretur, id est salutem? ergo salutis in detrimentum abicietur, et hoc decerni non poterit nisi ab irato et offenso et executore delicti, id est iudice.

28. Exitus autem illi abiecto quis? 'ab igni', inquiunt, 'creatoris deprehendetur'. adeone nullum habet elementum uel in hanc causam prouisum, quo peccatores suos uel sine saeuitia releget, ne illos dedat creatori? quid tunc creator? credo, sulphuratiorem eis gehennam praeparabit, ut blasphemis suis scilicet; nisi quod deus zelotes fortassean desertoribus aduersarii sui parcat. o deum usquequaque peruersum, ubique inrationalem, in omnibus uanum, atque ita neminem! cuius non statum, non condicionem, non naturam, non ullum ordinem uideo consistere, iam nec ipsum fidei eius sacramentum. cui enim rei baptisma quoque apud eum exigitur? si remissio

1 lege itaque *F* 4 circi furentis *MR*³*G*, circumfurenteis *R*¹, circum forentis *F* 9 quae *scripsi:* quem *MR* 11 die illo *Lat:* dei illorum *MR* respondent (*scil. Marcionitae cf. 328, 18 sqq.*) *MR*, respondebunt *Lat* 12 abici illum. qua? si ab oculis, nonne *scripsi:* abici illum quasi ab oculis. nonne *uulgo* 13 nisi si *MF*, nisi *R* 14 abicitur *M*, abiciatur *R*, abicietur *F* 19 igni *M*, igne *R* 23 sulphuratiorem *R*³, sulphuratonem *M*, sulphurationem *R*¹ praeparabit *R*³, praeparauit *MR*¹

delictorum est, quomodo uidebitur delicta dimittere qui non uidebitur retinere, quia, si retineret, iudicaret? si absolutio mortis est, quomodo absoluet a morte qui non deuinxit ad mortem? damnasset enim, si a primordio deuinxisset. si regeneratio est hominis, quomodo regenerat qui non generauit? iteratio enim non competit ei, a quo quid nec semel factum est. si consecutio est spiritus sancti, quomodo spiritum adtribuet qui animam non prius contulit? quia suffectura est quodammodo spiritus animae. signat igitur hominem numquam apud se resignatum, lauat hominem numquam apud se coinquinatum, et in hoc totum salutis sacramentum carnem mergit exortem salutis? nec rusticus terram rigabit fructum non relaturam, nisi tam uanus quam deus Marcionis. proinde, cum tantam siue sarcinam siue gloriam infirmissimae aut indignissimae carni imponit sanctitatem, quid aut onerat infirmam aut exornat indignam? quid non salute remunerat quam onerat uel exornat? quid fraudat mercedem operis, non rependens carni salutem? quid et honorem sanctitatis in illa mori patitur?

29. Quid dicam autem de disciplinae uanitate, qua sanctificat substantiam sanctam? non tingitur apud illum caro, nisi uirgo, nisi uidua, nisi caeleps, nisi diuortio baptisma mercata, quasi non etiam spadonibus ex nuptiis nata. sine dubio ex damnatione coniugii institutio ista constabit. uideamus, an iusta, non quasi destructuri felicitatem sanctitatis, ut aliqui Nicolaitae, adsertores libidinis atque luxuriae, sed qui sanctitatem sine nuptiarum damnatione nouerimus et sectemur et praeferamus, non ut malo bonum, sed ut bono melius. non enim proicimus, sed deponimus nuptias, nec praescribimus,

25] cf. Apoc. 2, 6. 15.

2 si retineret, iudicaret *scripsi:* retineret, si iudicaret *MR* 3 absoluet *scripsi:* absolueret *MR* deuixit *M* 4 damnasset . . . deuinxisset *scripsi:* deuinxisset . . . . damnasset *MR* 9 animae *scripsi:* anima *MR* 13 quam deus *M*, ut deus *R* cum *MR*, cur *Lat* 15 aut (*prius*) *Urs:* autem *R*. *om. M* 17 rependens *M,* reprehendens *R* 19 *uerba:* quid dicam—sanctam, *quae in libris mss. paulo supra l. 15 post* imponit sanctitatem *leguntur, huc transtuli* 20 tinguitur *M* 25 libidinis atque *et* nuptiarum (*26*) *in ras. M*

sed suademus sanctitatem, seruantes et bonum et melius pro uiribus cuiusque sectando, tunc denique coniugium exerte defendentes, cum inimice accusatur spurcitiae nomine in destructionem creatoris, qui proinde coniugium pro rei honestate benedixit in crementum generis humani, quemadmodum et uniuersum conditionis in integros et bonos usus. non ideo autem et cibi damnabuntur, quia operosius exquisiti in gulam committunt, [tunc] nec uestitus ideo accusabuntur, quia pretiosius comparati in ambitionem tumescunt. sic nec matrimonii res ideo despuentur, quia intemperantius diffusae in luxuriam inardescunt. multum differt inter causam et culpam, inter statum et excessum. ita huiusmodi non institutio, sed exorbitatio reprobanda est, secundum censuram institutoris ipsius, cuius est tam: crescite et multiplicamini, quam et: non adulterabis et uxorem proximi tui non concupisces, morte punientis et incestam, sacrilegam atque monstrosam in masculos et in pecudes libidinum insaniam. sed et si nubendi iam modus ponitur, quem quidem apud nos spiritalis ratio paracleto auctore defendit, unum in fide matrimonium praescribens, eiusdem erit modum figere, qui modum aliquando diffuderat; is colliget, qui sparsit; is caedet siluam, qui plantauit; is metet segetem, qui seminauit; is dicet: superest, ut et qui uxores habent sic sint atque si non habeant, cuius et retro fuit: crescite et multiplicamini: eiusdem finis, cuius et initium. non tamen ut accusanda caeditur silua, nec ut damnanda secatur seges, sed ut tempori suo parens. sic et conubii res non ut mala securem et falcem admittit sanctitatis, sed ut matura defungi, ut ipsi sanctitati reseruata, cui cedendo praestaret esse. unde

5] cf. Gen. 1, 28. 14] Gen. 1, 28. 15] Exod. 20. 17. 16] cf. Leu. 20, 11—17. 23] I Cor. 7, 29.

2 sectandum *fort.* 5 in crementum *R*, incrementum *MF* 8 tunc *seclusi:* ut *R*[3] *uulgo* 16 monstrosam *M*, monstruosam *R*, menstruosam *F* 21 diffunderat *M* 23 atque si *M*, quasi *R uulgo* 25 ut *om. R* 29 ipsi (i *ex* a) *M* cedendo *Kellnerus:* caedendo *MR*, credendo *F* praestaret esse *MR*[1], praestaret <et> esse *R*[3], praestaret messem *Oehlerus*

iam dicam deum Marcionis, cum matrimonium ut malum et impudicitiae negotium reprobat, aduersus ipsam facere sanctitatem, cui uidetur studere. materiam enim eius eradit, quia si nuptiae non erunt, sanctitas nulla est. uacat enim abstinentiae testimonium, cum licentia eripitur, quoniam ita quaedam in diuersis probantur. sicut et uirtus in infirmitate perficitur, sic et abstinentia nubendi in facultate dinoscitur. quis denique abstinens dicetur sublato eo, a quo abstinendum est? quae temperantia gulae in fame? quae ambitionis repudiatio in egestate? quae libidinis infrenatio in castratione? iam uero sementem generis humani compescere totum nescio an hoc quoque optimo deo congruat. quomodo enim saluum hominem uolet quem uetat nasci, de quo nascitur auferendo? quomodo habebit in quo bonitatem suam signet, quem esse non patitur? quomodo diliget cuius originem non amat? timet forsitan redundantiam subolis, ne laboret plures liberando, ne multos faciat haereticos, ne generosiores habeat Marcionitas ex Marcionitis. non erit humanior duritia Pharaonis nascentium enecatrix? nam ille animas adimit, hic non dat; ille aufert de uita, hic non admittit in uitam. nihil apud ambos de homicidio differt. sub utroque homo interficitur: sub altero iam editus, sub altero edendus. gratus esses, o dee haeretice. si esses, in dispositionem creatoris, quod marem et feminam miscuit: utique enim et Marcion tuus ex nuptiis natus est.

Satis haec de deo Marcionis, quem et definitiones unicae diuinitatis et condiciones statuum eius omnino non esse confirmant. sed et totius opusculi series in hoc utique succedet. proinde, si cui minus quid uidemur egisse, speret reseruatum

6] II Cor. 12, 9. 18] cf. Exod. 1, 22.

11 totum = *in totum, ut saepius* 12 optimo *R*, optime *M* 15 diliget *Eng:* diligit *MR* 16 forsitam *M* 18 humanior MR^1, immanior R^3 *uulgo* faraonis *M* 19 enecatrix. nam *uulgo* 20 de uita *M*, a uita *R* a homicidio *Oehlerus* (*mendose*) 22 si esses, in *scripsi:* si isses in *MR* 26 statuum R^3, statum MR^1 confirmant R^3, confirmantes MR^1 27 succedet *scripsi:* succedit *MR*

suo tempori, sicut et ipsarum scripturarum examinationem, quibus Marcion utitur.

LIBER SECVNDVS.

1. Occasio reformandi opusculi huius, cui quid acciderit primo libellulo praefati sumus, hoc quoque contulit nobis, uti duobus diis aduersus Marcionem retractandis suum cuique titulum et uolumen distingueremus pro materiae diuisione, alterum deum definientes omnino non esse, alterum defendentes digne deum esse, quatenus ita Pontico placuit alterum inducere alterum excludere. non enim poterat aedificare mendacium sine demolitione ueritatis. aliud subruere necesse habuit, ut quod uellet extrueret. sic aedificat qui propria paratura caret.

Oportuerat autem in hoc solum disceptasse, quod nemo sit deus ille, qui creatori superducitur, ut falso deo depulso regulis certis et unicam et perfectam praescribentibus diuinitatem nihil iam quaereretur in deum uerum. quem quanto constaret esse, — sic quoque, dum alium esse non constat — tanto qualemcumque sine controuersia haberi deceret, adorandum potius quam iudicandum et demerendum magis quam retractandum. [uel quam timendum ob seueritatem.] quid enim amplius homini necessarium quam cura in deum uerum, in quem, ut

1 tempori R^3, tempore MR^1 examinationem R^3, examinatione MR^1, exanimatum *F* 2 utitur *om. F* ADVERSVS MARCIONEM LIB PRIMVS EXPLICIT.; INCIPIT LIB II *M*, Explicit liber primus. Incipit liber 2° aduersus Marcionem *F* 5 libellulo *M*, libello *R* 6 diis *MF*, deis *R uulgo* suum *R*, sui *MF* 13 *primi capitis sententias non apte inter se cohaerere recte monuit van der Vliet (Studia ecclesiastica p. 64). hoc inde factum est, quod auctor, cum tertium edens hoc opus ex uno duos libros faceret, postrema uerba libri primi et prima libri secundi addidit. inde etiam euenit, ut pro* oportuerat quidem, *quod propter illud* at nunc (*334, 1*) *postulatur, nunc legamus:* oportuerat autem. *pro quo si restitueris* quidem *seclusis postmodum additis facile intelleges priorem sententiarum nexum nulla in re deficientem.* 17 constaret *fort.* 18 potius—demerendum *om. F* 20 uel—seueritatem *seclusit van der Vliet*

ita dixerim, inciderat, quia alius deus non erat? 2. at nunc negotium patitur deus omnipotens, dominus et conditor uniuersitatis. ideo tantum, opinor, quia a primordio notus est, quia numquam latuit, quia semper inluxit, etiam ante Romulum ipsum, nedum ante Tiberium; nisi quod solis haereticis cognitus non est, qui ei negotium faciunt, propterea alium deum existimantes praesumendum, quia quem constat esse reprehendere magis possunt quam negare, de arbitrio sensus sui pensitantes deum, proinde atque si caecus aliqui uel fluitantibus oculis ideo alium solem praesumere uelit mitiorem et salubriorem, quia quem uideat non uidet. unicus sol est, o homo, qui mundum hunc temperat: et quando non putas, optimus et utilis, et cum tibi acrior et infestior uel etiam sordidior atque corruptior, rationi tamen suae par est. eam si tu perspicere non uales, iam nec ullius alterius solis, si qui fuisset, radios sustinere potuisses, utique maioris. nam qui ⟨in⟩ inferiorem deum caecutis, quid in sublimiorem? quin potius infirmitati tuae parcis nec in periculum extenderis, habens deum certum et indubitatum et hoc ipso satis uisum, cum id primum conspexeris, eum esse, quem non scias nisi ex parte, qua uoluit ipse? sed deum quidem ut sciens non negas, ut nesciens retractas, immo et accusas quasi sciens, quem si scires, non accusares, immo nec retractares. reddens nomen illi negas substantiam nominis, id est magnitudinem, [quae deus dicitur] non tantam eam agnoscens, quantam si homo omnifariam nosse potuisset, magnitudo non esset. ipse ⟨Esaias,⟩

2 negotium patitur *sc. ab Marcionitis* 3 natus *F* 8 reprehendere *R*[3], reprehendendum *MR*[1] 9 pensitant *Lat* proinde atque si caecus aliqui *scripsi:* aliqui proinde atque si caecus *MR*, pensitantes deum aliqui (= aliquo modo), proinde *Eng* caecis *Salmasius* 11 quem uidet non uideat *fort.* 14 est *fort. delendum* 15 si tu *M*, tu si *R*, tu *F* ullius *R*[3], illius *MR*[1] 16 nam *sine dubio corruptum:* item *uelim rescribi*, iam *susp. Eng* 17 in inferiorem *R*, inferiorem *MF* 19 hoc *om. M* 21 ipse. sed *uulgo* sciens *R*, scines *M* 24 magnitudinem *Lat:* magnitudinis *MR* quae deus dicitur *seclusi* (*interpolatum esse uidetur ex 299, 14*) 26 ipse ⟨Esaias⟩ *scripsi:* Esaias *Lat*, ipse *MR*

iam [apostolus] tunc prospiciens haeretica corda: quis, inquit, cognouit sensum domini, aut quis illi consiliarius fuit? aut ad quem consultauit, aut uiam intellectus et scientiae quis demonstrauit ei? cui et apostolus condicet: o profundum diuitiarum et sophiae dei, ut ⟨in⟩inuestigabilia iudicia eius, utique dei iudicis, et ⟨in⟩inuestigabiles uiae eius, utique intellectus et scientiae, quas ei nemo monstrauit, nisi forte isti censores diuinitatis, dicentes: 'sic non debuit deus' et: 'sic magis debuit', quasi cognoscat aliquis, quae sint in deo, nisi spiritus dei. mundi autem habentes spiritum, non agnoscentes in sapientia dei per sapientiam deum, consultiores sibimet uidentur deo, quoniam sicut sapientia mundi stultitia est penes deum, ita et sapientia dei stultitia est penes mundum. sed nos scimus stultum dei sapientius hominibus et inualidum dei ualidius hominibus. et ita deus tunc maxime magnus, cum homini pusillus, et tunc maxime optimus, cum homini non bonus, et tunc maxime unus, cum homini duo aut plures. quodsi a primordio homo animalis, non recipiens quae sunt spiritus, stultitiam existimauit dei legem, ut quam obseruare neglexit, ideoque non habendo fidem etiam quod uidebatur habere ademptum est illi, paradisi gratia et familiaritas dei, per quam omnia dei cognouisset si oboedisset, quid mirum, si, redhibitus materiae suae et in ergastulum terrae laborandae relegatus in ipso opere prono et deuexo ad terram, usurpatum ex illa spiritum mundi uniuerso generi suo tradidit, dumtaxat animali et haeretico, non recipienti quae sunt dei?

1] Es. 40, 13. 14. 5] Rom. 11, 33. 10] cf. I Cor. 2, 11. 11] cf. I Cor. 1, 21. 15] I Cor. 1, 25. 19] cf. I Cor. 2, 14. 21] cf. Luc. 8, 18; Matth. 13, 12.

1 iam *MR*, enim *F* apostolus *seclusi* (*cf. infra l. 5*) tunc *om. R* 2 illi consiliarius *M*, consiliarius eius *R* 5 condicet *MF*, contradicet *R* 6 ininuestigabilia *R*, inuestigabilia *MF* 7 ininuestigabiles *R*, inuestigabiles *MF* 11 in sapientia *Pam:* insipientia *M* (a *ex* ā *m. 1*), insipientiam *R* 17 et tunc—bonus *om. F* 18 non *om. M* 22 ademptum *M* (a *eras.*) 24 redhibitus *MR*, redibitus *F*

aut quis dubitabit ipsum illud Adae delictum haeresin pronuntiare, quod per electionem suae potius quam diuinae sententiae admisit? nisi quod Adam numquam figulo suo dixit: non prudenter definxisti me. confessus est seductionem, non occultauit seductricem. rudis admodum haereticus fuit. non obaudiit, non tamen blasphemauit creatorem nec reprehendit auctorem, quem a primordio sui et bonum et optimum inuenerat et ipse, si forte, iudicem fecerat. [a primordio].

3. Igitur oportebit ineuntes examinationem in deum notum, si quaeritur in qua conditione sit notus, ab operibus eius incipere, quae priora sunt homine, ut statim cum ipso comperta bonitas eius et exinde constituta atque praescripta aliquem sensum suggerat nobis intellegendi, qualiter sequens rerum ordinatio euaserit. possunt autem discipuli Marcionis recognoscentes bonitatem dei nostri dignam quoque deo agnoscere per eosdem titulos, per quos indignam ostendimus in deo illorum. iam hoc ipsum, quod materia est agnitionis suae, non apud alium inuenit, sed de suo sibi fecit. prima denique bonitas creatoris, qua se deus noluit in aeternum latere, id est non esse aliquid, cui deus cognosceretur. quid enim tam bonum quam notitia et fructus dei? nam etsi nondum apparebat hoc bonum esse, quia nondum erat quicquam, cui appareret, sed deus praesciebat, quid boni apparituram esset, et ideo in suam summam commisit bonitatem, apparituri boni negotiatricem, non utique repentinam, nec obuenticiae [bonitatis] nec prouocaticiae animationis, quasi exinde censendam, quo coepit operari. si enim ipsa constituit initium exinde, quo coepit operari, non habuit initium ipsa, cum fecit. initio autem facto ab ea, ⟨ab ea⟩ etiam ratio temporum nata est, utpote quibus

3] cf. Es. 45, 9.

2 electionem R^3, lectionem MR^1 5 admodum MR^3GF, adhuc R^1 7 et bonum *MR*, bonum *Pam* 8 a primordio *seclusi: cum sequentibus coniungere uult Iun* 17 ipsum R^3, ipso MR^1 19 id est—cognosceretur *fort. delendum* (*cf. l. 22:* quia nondum erat quicquam, cui appareret) 25 bonitatis *seclusi* (*cf. 337, 6*) 26 animatio = προθυμία 27 ipsa *M*, ipse *R* 29 ab ea, ⟨ab ea⟩ *scripsi:* ab ea *MR*

distinguendis et notandis sidera et luminaria caelestia disposita sunt. erunt enim, inquit, in tempora et menses et annos. ergo nec tempus habuit ante tempus quae fecit tempus, sicut nec initium ante initium quae constituit initium. atque ita carens et ordine initii et modo temporis de inmensa et interminabili aetate censebitur nec poterit repentina uel obuenticia et prouocaticia reputari, non habens unde reputetur, id est aliquam temporis speciem, sed ⟨est⟩ aeterna et deo ingenita et perpetua praesumenda ac per hoc deo digna, suffundens iam hinc bonitatem dei Marcionis, non dico initiis et temporibus, sed ipsa malitia creatoris posteriorem, si tamen malitia potuit a bonitate committi.

4. Igitur cum cognoscendo deo hominem prospexisset bonitas dei ipsius, etiam hoc praeconio suo addidit, quod prius domicilium homini commentata est aliquam [postmodum] molem maximam, postmodum et maiorem, ut in magna tamquam in minore proluderet atque proficeret et ita de bono dei, id est de magno, ad optimum quoque eius, id est ad maius habitaculum, promoueretur. adhibet operi bono optimum etiam ministrum, sermonem suum: eructauit, inquit, cor meum sermonem optimum. agnoscat hinc primum fructum optimum, utique optimae arboris, Marcion. imperitissimus rusticus quidem malam in bonam inseruit. sed non ualebit blasphemiae surculus; arescet cum suo artifice et ita se bonae arboris natura testabitur. aspice ad summam, qualia sermo fructificauerit: et dixit deus: fiat, et factum est, et uidit deus quia bonum, non quasi nesciens bonum nisi uideret, sed quia bonum, ideo uidens, honorans et consignans et dispungens bonitatem operum dignatione conspectus. sic et

2] Gen. 1, 14. 20] Ps. 44, 2. 26] Gen. 1, 3. 4.

4 ante initium *om.* F 6 nec poterit repentina, uel obuenticia uel prouocaticia, reputari *fort.* 8 est *addidi:* et *add.* R^3, *om.* MR^1 11 postoriorem M 12 committi R^3, committere MR^1 14 dei *fort. delendum* 15 postmodum *seclusi* postmodum molem maximam *om.* F 16 maximam = *magnam, ut optimus = bonus* 18 habi^{ta}culum M 21 sermonem MR^3, uerbum sermonem R^1 23 malam in *scripsi:* in malam MR 24 surculus MR^3, sarculus R^1

benedicebat quae benefaciebat, ut tibi totus deus commendaretur, bonus et dicere et facere. maledicere adhuc sermo non norat, quia nec malefacere. uidebimus causas, quae hoc quoque a deo exegerunt. interim mundus ex bonis omnibus constitit, satis praemonstrans, quantum boni pararetur illi, cui praeparabatur hoc totum. quis denique dignus incolere dei opera quam ipsius imago et similitudo? eam quoque bonitas et quidem operantior operata est, non imperiali uerbo, sed familiari manu, etiam uerbo blandiente praemisso: faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. bonitas dixit; bonitas finxit de limo in tantam substantiam carnis, ex una materia tot qualitatibus exstructam; bonitas inflauit in animam, non mortuam, sed uiuam; bonitas praefecit uniuersis fruendis atque regnandis, etiam cognominandis; bonitas amplius delicias adiecit homini, ut, quamquam totius orbis possidens, in amoenioribus moraretur, translatus in paradisum — iam tunc de mundo in ecclesiam —; eadem bonitas et adiutorium prospexit, ne quid non boni. non est enim, inquit, bonum solum esse hominem. sciebat illi sexum Mariae et deinceps ecclesiae profuturum. sed et quam arguis legem, quam in controuersias torques, bonitas irrogauit, consulens homini, quo deo adhaereret, ne non tam liber quam abiectus uideretur, aequandus famulis suis, ceteris animalibus, solutis a deo et ex fastidio liberis, sed ut solus homo gloriaretur, quod solus dignus fuisset, qui legem a deo sumeret, utque animal rationale, intellectus et scientiae capax, ipsa quoque libertate rationali contineretur, ei subiectus, qui subiecerat illi omnia.
C | cuius legis obseruandae consilium bonitas pariter adscripsit: qua

9] cf. Gen. 1, 26. 13] cf. Gen. 2, 7. 14] cf. Gen. 2, 19. 16] cf. Gen. 2, 8. 18] Gen. 2, 18. 28] Gen. 2, 17.

13 in animam *MR*, animam *Pam*, in <eum> animam *Iun* 15 dilicias *M* 17 *parenthesin indicauit Eng, qui et quae antecedunt* (*inde a l. 11*) *rectius distinxit* 21 irrogauit *Eng:* erogauit *MR*, rogauit *Oehlerus* (*in notis*), eructauit *Henr. Hoppe* 23 ceteri* *M* (s *s. u. a m. 1*) 24 fastigio *Gel* 25 a *om. F* rationale, intellectus R^3, intellectus rationale MR^1 28 *uerba* cuius legis—obsequii *secundae editionis esse puto, cum quae 339, 3 leguntur:* porro si *sqq. arcte se applicent ad ea, quae proferuntur 338, 20—27*

die autem ederitis, morte moriemini. benignissime enim demonstrauit exitum transgressionis, ne ignorantia periculi neglegentiam iuuaret obsequii. | porro si legis imponendae ratio praecessit, sequebatur etiam obseruandae, ut poena transgressioni adscriberetur, quam tamen euenire noluit qui ante praedixit. | agnosce igitur bonitatem dei nostri interim uel hucusque ex operibus bonis, ex benedictionibus bonis, ex indulgentiis, ex prouidentiis, ex legibus et praemonitionibus bonis et benignis.

5. Iam hinc ad quaestiones † omnes, o canes, quos foras apostolus expellit, latrantes in deum ueritatis. haec sunt argumentationum ossa, quae obroditis: 'si deus bonus et praescius futuri et auertendi mali potens, cur hominem, et quidem imaginem et similitudinem suam, immo et substantiam suam, per animae scilicet censum, passus est labi de obsequio legis in mortem, circumuentum a diabolo? si enim et bonus, qui euenire tale quid nollet, et praescius, qui euenturum non ignoraret, et potens, qui depellere ualeret, nullo modo euenisset quod sub his tribus condicionibus diuinae maiestatis euenire non posset. quod si euenit, absolutum est e contrario deum neque bonum credendum neque praescium neque potentem; siquidem in quantum nihil tale euenisset, si talis deus, id est bonus et praescius et potens, in tantum ideo euenit, quia non talis deus'. ad haec prius est istas species in creatore defendere, quae in dubium uocantur, bonitatem dico et praescientiam et potentiam. nec immorabor huic articulo, praeeunte definitione etiam ipsius Christi ex operibus ineundae probationis. opera creatoris utrumque testantur, et bonitatem eius, qua bona, sicut ostendimus, et potentiam, qua tanta, et quidem ex nihilo. nam et si ex aliqua materia, ut quidam uolunt,

10] cf. Apoc. 22, 15. 27] cf. Ioh. 10, 25. 38.

8 praemonitionibus *Gel:* praemunitionibus *MR* 10 hominis *fort.* o canes *MR*[3], canes *R*[1] 12 obroditis. si *uulgo* 16 si <esset> enim *fort.* 23 quia euenit, ideo *fort.* euenit *MR*[3], uenit *R*[1] 27 Christi. ex *uulgo* probationis *MR*[1], probationes *R*[3] *uulgo*

hoc ipso tamen ex nihilo, dum non id fuerunt, quod sunt. postremo uel sic magna, dum bona, uel sic deus potens, dum omnia ipsius, unde et omnipotens. de praescientia uero quid dicam, quae tantos habet testes, quantos fecit prophetas? quamquam quis praescientiae titulus in omnium auctore, qui uniuersa utique ⟨et⟩ disponendo praesciit et praesciendo disposuit? certe ipsam transgressionem, quam nisi praescisset, nec cautionem eius delegasset sub metu mortis. igitur si et fuerunt in deo istae facultates, prae quibus nihil mali euenire homini aut potuisset aut debuisset, et nihilominus euenit, uideamus et hominis condicionem, ne per illam potius euenerit quod per deum euenire non potuit. liberum et sui arbitrii et suae potestatis inuenio hominem a deo institutum, nullam magis imaginem et similitudinem dei in illo animaduertens quam eiusmodi status formam. neque enim facie et corporalibus lineis, tam uariis in genere humano, ad uniformem deum expressus est, sed in ea substantia, quam ab ipso deo traxit, id est anima, ad formam dei, spondentis et arbitrii sui libertatem et potestatem, signatus est. hunc statum eius confirmauit etiam ipsa lex tunc a deo posita. non enim poneretur lex ei, qui non haberet obsequium debitum legi in sua potestate, nec rursus comminatio mortis transgressioni adscriberetur, si non et contemptus legis in arbitrii libertatem homini deputaretur. sic et in posteris legibus creatoris inuenias, proponentis ante hominem bonum et malum, uitam et mortem, sed nec alias totum ordinem disciplinae per praecepta dispositum a uocante deo, et minante et hortante, nisi et ad obsequium et ad contemptum libero et uoluntario homini.

6 qui *scripsi:* qua *MR*, quae *Eng* et *addidi* 18 anima MR^1, animae R^3 *uulgo* spondentis *MR*, respondentis *Lat* 19 libertatem et potestatem *scripsi:* libertate et potestate *MR* est *om. F* 21 legi *om. M* 22 transgressionis *M* (s *eras.*) 26 dispositum *scil. inuenias* 27 a uocante *scripsi:* auocante *MR* et hortante *Eng:* exhortante *MR*. ⟨et⟩ exhortante *Gel*, *ego olim delere uolui* exhortante *ut interpretamentum uocabuli* uocante 28 homini MR^1, homine R^3 *uulgo*

6. Sed quoniam ex hoc iam intellegimur eo struentes liberam hominis potestatem arbitrii sui, ut quod ei euenit non deo, sed ipsi debeat exprobrari, ne et tu hinc iam opponas non ita illum institui debuisse, si libertas et potestas arbitrii exitiosa futura esset, hoc quoque prius defendam ita institui debuisse, quo fortius commendem et ita institutum et digne deo institutum, potiore ostensa ea causa, quae ita fecit institui. bonitas dei et ratio eius huic quoque instituto patrocinabuntur, in omnibus conspirantes apud deum nostrum. nec ratio enim sine bonitate ratio est nec bonitas sine ratione bonitas, nisi forte penes deum Marcionis inrationaliter bonum, sicut ostendimus. oportebat deum cognosci. bonum hoc utique et rationale. oportebat dignum aliquid esse, quod deum cognosceret. quid tam dignum prospici posset quam imago dei et similitudo? et hoc bonum sine dubio et rationale. oportebat igitur imaginem et similitudinem dei liberi arbitrii et suae potestatis institui, in qua hoc ipsum imago et similitudo dei deputaretur, arbitrii scilicet libertas et potestas. in quam rem ea substantia homini accommodata est, quae huius status esset, adflatus dei, utique liberi et suae potestatis. sed et alias quale erat, ut totius mundi possidens homo non inprimis animi sui possessione regnaret, aliorum dominus sui famulus? habes igitur et bonitatem dei agnoscere ex dignatione et rationem ex dispositione. sola nunc bonitas deputetur quae tantum homini largita sit, id est arbitrii libertatem; aliud sibi ratio defendat: in eiusmodi institutionem. nam bonus natura deus solus. qui enim quod est sine initio habet, non institutione habet illud. sed natura. homo autem, qui totus ex institutione est, habens initium, cum initio sortitus est formam, qua esset, atque ita non natura in bonum dispositus est, sed institutione, non suum habens bonus esse, quia non natura in bonum dispo-

1 intellegimur eo *Rig:* intelligimus eos *MR* 2 homini *fort.* 8 et *om. F* 18 potestas, in *uulgo* 20 et suae—quale *om. F* 22 aliorum dominus, sui famulus? *uulgo* 23 et *om. F* 25 defendat in *uulgo* 26 in eiusmodi institutionem (*hoc est* institutionem in eiusmodi *scil. in talem statum*) *MR*, id est eiusmodi institutionem *Eng*

situs est, sed institutione, secundum institutorem bonum, scilicet bonorum conditorem. ut ergo bonum iam suum haberet homo, emancipatum sibi a deo, et fieret proprietas iam boni in homine et quodammodo natura, de institutione adscripta est illi quasi libripens emancipati a deo boni libertas et potestas arbitrii, quae efficeret bonum ut proprium iam sponte praestari ab homine, — quoniam hoc et ratio bonitatis exigeret, uoluntarie exercendae, ex libertate scilicet arbitrii, non fauente institutioni non seruiente — ut ita demum bonus consisteret homo, si secundum institutionem quidem, sed ex uoluntate iam bonus inueniretur, quasi de proprietate naturae, proinde ut et contra malum — nam et illud utique deus prouidebat — ut fortior homo praetenderet, liber scilicet et suae potestatis. quia si careret hoc iure, ut bonum quoque non uoluntate obiret sed necessitate, usurpabilis etiam malo futurus esset ex infirmitate seruitii, proinde et malo sicut bono famulus. tota ergo libertas arbitrii in utramque partem concessa est illi, ut sui dominus constanter occurreret et bono sponte seruando et malo sponte uitando, quoniam et alias positum hominem sub iudicio dei oportebat iustum illud efficere de arbitrii sui meritis, liberi scilicet. ceterum nec boni nec mali merces iure pensaretur ei, qui aut bonus aut malus necessitate fuisset inuentus, non uoluntate. in hoc et lex constituta est, non excludens, sed probans libertatem de obsequio sponte praestando uel transgressione sponte committenda: ita in utrumque exitum libertas patuit arbitrii. igitur si et bonitas et ratio dei inuenitur circa libertatem arbitrii concessam homini, non oportet omissa prima definitione bonitatis atque rationis, quae ante omnem tractatum constituenda est, post ⟨e⟩ factis praeiudicare non ita deum insti-

5 libripense mancipati *MR*[1] 7 *parenthesin indicaui* hoc et *scripsi:* et hoc *MR* 8 non *deleri uult Urs* 9 institutioni *Rig:* institutionis *MR* 12 ut et contra *R*, ut contra *M*, et contra *F* 13 ut fortior (*als der überlegene*) *MR*[1], fortior *R*[3] 14 careret *Rig:* caperet *MR* obiret *R*[3], abiret *MR*[1] 16 sicut ⟨et⟩ *fort.* 18 et a bono *F* 25 exitus libertati *fort.* 29 e *addidi*

tuere debuisse, quia aliter quam deo deceret euasit, sed dispecto, quia ita debuerit instituere, saluo eo quod dispectum est cetera explorare. ceterum facile est offendentes statim in hominis ruinam, antequam condicionem eius inspexerint, in auctorem referre quod accidit, quia nec auctoris examinata sit ratio. denique et bonitas dei a primordio operum perspecta persuadebit nihil a deo mali euenire potuisse, et libertas hominis recogitata se potius ream ostendet ⟨eius,⟩ quod ipsa commisit.

7. Hac definitione omnia deo salua sunt: et natura bonitatis et ratio dispositionis et praescientiae et potentiae copia. exigere tamen a deo debes et grauitatem summam et fidem praecipuam in omni institutione eius, ut desinas quaerere, an deo nolente potuerit quid euenire. tenens enim grauitatem et fidem dei, bonis et rationalibus institutionibus eius uindicandas, nec illud miraberis, quod deus non intercesserit aduersus ea, quae noluit euenire, ut conseruaret ea, quae uoluit. si enim semel homini permiserat arbitrii libertatem et potestatem et digne permiserat, sicut ostendimus, utique fruendas eas ex ipsa institutionis auctoritate permiserat, fruendas autem, quantum in ipso, secundum ipsum, id est secundum deum, id est in bonum, — quis enim aduersus se permittet aliquid? — quantum uero in homine, secundum motus libertatis ipsius, — quis enim non hoc praestat ei, cui quid semel frui praestat, ut pro animo et arbitrio suo fruatur? — igitur consequens erat, uti deus secederet a libertate semel concessa homini, id est contineret in semetipso et praescientiam et praepotentiam suam, per quas intercessisse potuisset, quominus homo male libertate sua frui adgressus in periculum laberetur. si enim intercessisset, rescidisset arbitrii libertatem, quam ratione et bonitate permiserat. denique puta intercessisse, puta rescidisse illum arbitrii liber-

1 quia *Lat:* qui *MR* deo *MR*[1], deum *R*[3] *uulgo* 8 ostendet *Lat:* ostendit *MR* eius *add. Eng* 13 ut *M*, et *R* 15 bonis et (*cf. 344, 18*) *scripsi:* boni sed *MR* 27 semetipso *M*, ipso *R* 31 intercessisse *R*, intercessione *M*

tatem, dum reuocat ab arbore, dum ipsum circumscriptorem C colubrum a congressu feminae arcet: | nonne exclamaret Marcion: o dominum futtilem, instabilem, infidelem, rescindentem quae instituit? cur permiserat liberum arbitrium, si intercedit? cur intercedit, si permisit? eligat, ubi semetipsum erroris notet, Ɔ ⟨in⟩ institutione an in rescissione. | nonne tunc magis deceptus ex impraescientia futuri uideretur, cum obstitisset? et quod quasi ignorans, quomodo euasurum esset, indulserat, quis non diceret? sed et si praescierat male hominem institutione sua usurum, quid tam dignum deo quam grauitas, quam fides institutionum qualiumcumque? uidisset homo, si non bene dispunxisset quod bene acceperat. ipse legi reus fuisset, cui obsequi noluisset, non ⟨deus.⟩ aut legislator ipse fraudem legi suae faceret, non sinendo praescriptum eius impleri? | haec dignissime peroraturus in creatorem, si libero arbitrio hominis ex prouidentia et potentia, qua exigis, obstitisset, nunc tibi insusurra pro creatore, et grauitatem [et patientiam] et fidem ⟨in⟩ institutionibus suis functo ut et rationalibus et bonis.

8. Usque enim ad uiuendum solummodo produxerat hominem, ut non ad recte uiuendum, in respectu dei scilicet legisque eius. igitur uiuere quidem illi ipse praestiterat, facto in ani-

21] cf. Gen. 2, 7.

3 futtilem *M*, futilem *R uulgo* 6 in *add. Gel* nonne tunc—impleri *prioris editionis reliquias esse censeo. quae enim legis inde a l. 14:* haec dignissime *sqq. apte coniungi non possunt nisi cum eis, quae hic habes:* nonne exclamaret Marcion *etc. hoc satis docent uerba* peroraturus in creatorem, *quae non quadrant nisi ad ea, quae hic legis:* o dominum futtilem *sqq.* 9 sua usurum *R*, suasurum *M* 12 dispunxisset *Rig:* depinxisset *MR*[1], depunxisset *R*[3] acceperat. ipse *MR*, acceperat, ⟨ut⟩ ipse *Lat* 13 non ⟨deus.⟩ aut *scripsi:* non ut *MR* 16 qua *scripsi* (*cf. 347, 25* qua uoluit): quas *MR* 17 et patientiam *seclusi* (*cf. 343, 11 et supra l. 10*) 18 ⟨in⟩ institutionibus *Eng:* institutionibus *MR* 19 usque *scripsi* (*cf. quae l. 21 leguntur*): neque *MR, intellego autem: denn nur soweit hatte er den Menschen ins Dasein gerufen, daß er leben konnte* 20 ut non *scil.* produxerit eum usque ad recte uiuendum dei scilicet *M*, scilicet dei *R uulgo* 21 eius *om. F* illi *R*[3], ille *MR*[1] ipse *om. F* (*fort. recte*)

mam uiuam, recte uero uiuere demandarat, admonito in legis obsequium. ita non in mortem institutum hominem probat qui ⟨et⟩ nunc cupit in uitam restitutum, malens peccatoris paenitentiam quam mortem. igitur sicut deus homini uitae statum induxit, ita homo sibi mortis statum adtraxit, et hoc non per infirmitatem, sicuti nec per ignorantiam, ne quid auctori imputaretur. nam etsi angelus qui seduxit, sed liber et suae potestatis qui seductus est, sed imago et similitudo dei fortior angelo, sed adflatus dei generosior spiritu materiali, quo angeli constiterunt, — qui facit, inquit, spiritus angelos et apparitores flammam ignis — quia nec uniuersitatem homini subiecisset infirmo dominandi et non potiori angelis, quibus nihil tale subiecit. sic nec legis pondus imposuisset — si grauis lex — inualido sustinendi, nec quem excusabilem sciret nomine imbecillitatis, eum definitione mortis conuenisset. postremo non libertate nec potestate arbitrii fecisset infirmum, sed potius defectione earum. atque adeo eundem hominem, eandem substantiam animae, eundem Adae statum eadem arbitrii libertas et potestas uictorem efficit hodie de eodem diabolo, cum secundum obsequium legum dei administratur.

9. Quoquo tamen, inquis, modo substantia creatoris delicti capax inuenitur, cum adflatus dei, id est anima, in homine deliquit nec potest non ad originalem summam referri corruptio portionis. ad hoc interpretanda erit qualitas animae. inprimis tenendum quod Graeca scriptura signauit, adflatum nominans, non spiritum. quidam enim de Graeco interpretantes non

4] cf. Ez. 18, 23; 33, 11; II Petr. 3, 9. 11] Ps. 103, 4. 26] cf. Gen. 2, 7.

3 et *addidi* 10 *parenthesin indicaui* 14 *parenthesin indicaui* 15 eum *Rig:* cum *MR* conuenisset. postremo *uulgo* 17 *malim:* sed potius defectione earum fecisset infirmum 20 dei *scripsi:* eius *MR* 21 quoquo tamen modo = *aliquo tamen modo (Eng), sed nescio an lacuna sit statuenda sic fere explenda:* quoquo—modo ⟨institutionem audebis defendere legislatoris⟩ 23 originalem *R*, originem *M*

recogitata differentia nec curata proprietate uerborum pro adflatu spiritum ponunt et dant haereticis occasionem spiritum dei delicto infuscandi, id est ipsum deum. et usurpata iam quaestio est. intellege itaque adflatum minorem spiritu esse, ut aurulam eius, et si de spiritu accidit, non tamen spiritum. nam et aura uento rarior, et si de uento aura, non tamen uentus. [aura] capit etiam imaginem spiritus dicere flatum. nam et ideo homo imago dei, id est spiritus; deus enim spiritus. imago ergo spiritus flatus. porro imago ueritati non usquequaque adaequabitur. aliud est enim secundum ueritatem esse, aliud ipsam ueritatem esse. sic et adflatus, cum imago sit spiritus, non potest ita imaginem dei comparare, ut, quia ueritas, id est spiritus, id est deus, sine delicto est, ideo et imago, id est adflatus, ⟨id est homo,⟩ non debuerit admisisse delictum. in hoc erit imago minor ueritate et adflatus spiritu inferior, habens illas utique lineas dei, qua inmortalis, [anima] qua libera et sui arbitrii, qua praescia plerumque, qua rationalis, capax intellectus et scientiae, tamen et in his imago et non usque ad ipsam uim diuinitatis; sic nec usque ad integritatem a delicto, quia hoc soli deo cedit, id est ueritati, et hoc solum imagini non licet. sicut enim imago, cum omnes lineas exprimat ueritatis, ui tamen ipsa caret, non habens motum, ita et anima, imago spiritus, solam uim eius exprimere non ualuit, id est non delinquendi felicitatem. ceterum non esset anima, sed spiritus, nec homo qui animam sortitus est, sed deus. et alias autem non omne, quod dei erit, deus habebitur, ut expostules deum et adflatum, id est uacuum a delicto, quia dei sit adflatus. nec tu enim, si in tibiam flaueris,

2 spiritum *R*, spirituum *MF* 4 spiritu *Pam:* spiritum *MR* 5 ut aurulam eius, et si de spiritu accidit *scripsi:* etsi de spiritu accidit ut aurulam eius *MR* 6 uento—aura *om. F* 7 aura *seclusi* 9 flatus *M*, afflatus *R* 12 compariare *Ciacconius* (*sed* imaginem dei *intellege hominem*) 13 id est deus *deleri uult Eng* ideo et imago, id est adflatus, ⟨id est homo⟩ *scripsi:* ideo et adflatus id est imago *MR* 14 debuerit *om. M* 16 anima *seclusi* 22 ueritati sui *M* 24 felicitatem *MR*, facultatem *Pam* 25 nec homo—sed deus *om. F*

hominem tibiam feceris, quamquam de anima tua flaueris. sicut et deus de spiritu suo. denique cum manifeste scriptura dicat flasse deum in faciem hominis et factum hominem in animam uiuam, non in spiritum uiuificatorem, separauit eam a condicione factoris. opus enim aliud sit necesse est ab artifice, id est inferius artifice. nec urceus enim factus a figulo ipse erit figulus; ita nec adflatus factus a spiritu ideo erit spiritus. ipsum quod anima uocitatus est flatus, uide, ne etiam de adflatus condicione transierit in aliquam diminutiorem qualitatem. ergo, inquis, dedisti animae infirmitatem supra negatam. plane, cum illam exigis deo parem, id est delicti inmunem, dico infirmam; cum uero ad angelum prouocatur, fortiorem defendam necesse est dominum uniuersitatis, cui iam angeli administrant, qui etiam angelos iudicaturus est, si in dei lege constiterit, quod in primordio noluit. hoc ipsum ergo potuit adflatus dei admittere; potuit, sed non debuit. potuisse enim habuit per substantiae exilitatem, qua adflatus, non spiritus, non debuisse autem per arbitrii potestatem, qua liber, non seruus, adsistente amplius demonstratione non delinquendi sub comminatione moriendi, qua substrueretur substantiae exilitas et regeretur sententiae libertas. itaque non per illud iam uideri potest anima deliquisse, quod illi cum deo adfine est, id est per adflatum, sed per illud, quod substantiae accessit, id est per liberum arbitrium, a deo quidem rationaliter adtributum, ab homine uero qua uoluit agitatum. quod si ita se habet, omnis iam dei dispositio de mali exprobratione purgatur. libertas enim arbitrii non ei culpam suam respuet, a quo data est, sed a quo non ut debuit administrata est. quod denique malum describes creatori? si delictum hominis, non erit dei quod est hominis, nec idem habendus est delicti auctor qui inuenitur interdictor, immo et condemnator. si mors malum, nec mors

3] cf. Gen. 2, 7. 13] cf. Hebr. 1, 14. 14] cf. I Cor. 6, 3.

8 ne etiam *M*, etiam ne *R* 9 diminutiorem *MF*, deminutiorem *R* *uulgo* 26 habet *Leopoldus:* habent *MR* 29 describes *R*, discribes *M* 31 condemnator, si mortem, [malum] *fort.*

comminatori suo, sed contemptori faciet inuidiam, ut auctori. contemnendo enim eam fecit, non utique futuram, si non contempsisset.

10. Sed et si [non] ab homine in diabolum transcripseris mali elogium, ut in instinctorem delicti, uti sic quoque in creatorem dirigas culpam ut in auctorem diaboli, — qui facit, ⟨inquit,⟩ angelos spiritus — ergo quod factus a deo est, id est angelus, id erit eius qui fecit, quod autem factus a deo non est, id est diabolus, id est delator, superest ut ipse sese fecerit, deferendo de deo, et quidem falsum, primo, quod deus illos ex omni ligno edere uetuisset, dehinc, quasi morituri non essent, si edissent, tertio, quasi deus illis inuidisset diuinitatem. unde igitur malitia mendacii et fallaciae in homines et infamiae in deum? a deo utique non, qui et ⟨hunc⟩ angelum ex forma operum bonorum instituit bonum. denique sapientissimus omnium editur ante quam diabolus; nisi malum est sapientia. et si euoluas Ezechielis prophetiam, facile animaduertes tam institutione bonum angelum illum quam sponte corruptum. in persona enim principis Sor ad diabolum pronuntiatur: et factus est sermo domini ad me dicens: fili hominis, sume planctum super principem Sor et dices: haec dicit dominus: tu es resignaculum similitudinis, qui scilicet integritatem imaginis et similitudinis resignaueris, corona decoris — hoc ut eminentissimo angelorum, ut archangelo, ut sapientissimo omnium —: in deliciis paradisi dei tui natus es; — illic enim, ubi deus in secunda animalium figurae formatione angelos fecerat, — lapidem optimum indutus es, sardium, topazium, smaragdum, carbunculum, sapphirum, iaspin, lyncurium, achaten, amethystum, chrysolithum, beryl-

5] Ps. 103, 4. 18] Ez. 28, 11—16.

1 contemtori *M* 2 contemsisset *M* 3 et si R^3, et si non MR^1, etsi nunc *Iun* 5 *parenthesin indicaui* facit *MF*, fecit *R* 6 inquit *addidi* 9 de *om. F* 12 mendacii *om. F* 13 hunc *addidi* 14 denique = *nam* 18 persona* *M*, personam *R* 23 ⟨plenus sapientiae⟩ corona *Pam* 27 es *Pam:* est *MR* thopazium *M* 28 smaracdum *M* lyncurium *Rig:* lycirium *M*, ligurium *R* 29 chrysolitum *M*

lum, onychinum, et auro replesti horrea tua et thesauros tuos. ex qua die conditus es, cum Cherub imposui te in monte sancto dei, fuisti in medio lapidum igneorum. fuisti inuituperabilis in diebus tuis, ex qua die conditus es, donec inuentae sunt laesurae tuae: de multitudine negotiationis tuae promas tuas replesti et deliquisti, et cetera, quae ad suggillationem angeli, non ad illius principis proprie pertinere manifestum est eo, quod nemo hominum in paradiso dei natus sit, ne ipse quidem Adam, translatus potius illuc, nec cum Cherub impositus in monte sancto dei, id est in sublimitate caelesti, de qua satanan dominus quoque decidisse testatur, nec inter lapides igneos demoratus, inter gemmantes siderum ardentium radios, unde etiam quasi fulgur deiectus est satanas. sed ipse auctor delicti in persona peccatoris uiri denotabatur, retro quidem inuituperabilis a die conditionis suae, a deo in bonum conditus ut a bono conditore inuituperabilium conditionum et excultus omni gloria angelica et apud deum constitutus, qua bonus apud bonum, postea uero a semetipso translatus in malum. ex quo enim, inquit, apparuerunt laesurae tuae, illi eas reputans, quibus scilicet laesit hominem electum a dei obsequio. et deliquit ex illo, ex quo delictum seminauit, atque ita exinde negotiationis, id est malitiae suae, multitudinem exercuit, delictorum scilicet censum. non minus et ipse liberi arbitrii institutus, ut spiritus. nihil enim deus proximum sibi non libertate eiusmodi ordinasset. quem tamen et praedamnando testatus est ab institutionis forma libidine propria conceptae ultro malitiae

14] cf. Luc. 10, 18. 20] Ez. 28, 15. 23] cf. Ez. 28, 16.

1 onychium *Gel* 2 Cherub imposui *Oehlerus:* cherubin posui *MR* (*defendit Eng,* Cherubin *a Tertulliano pro singulari acceptum putans*) 4 igneorum, fuisti *uulgo* 11 cherub impositus *Oehlerus:* cherubin positus *MR* (*cf. supra ad l. 2*) 12 satanan MR^1, satanam R^3 *uulgo* 22 electum (= elicitum) *MR,* eiectum *Ciacconius* et ⟨ipse autem⟩ deliquit *fort.* deliquit ex illo *M,* ex illo deliquit *R* 25 scilicet censum *Oehlerus:* scilicet et censuum *MR* 27 et praedamnando *MR,* non praedamnando *F*

exorbitasse. et commeatum operationibus eius admetiendo rationem bonitatis suae egit, eodem consilio differens extinctionem diaboli quo hominis restitutionem. certamini enim dedit spatium, ut et homo eadem arbitrii libertate elideret inimicum, qua succiderat illi, probans suam, non dei culpam, et ita salutem digne per uictoriam recuperaret, et diabolus amarius puniretur ab eo, quem eliserat ante, deuictus, et deus tanto magis bonus inueniretur, sustinens hominem gloriosiorem in paradisum ad licentiam decerpendae arboris uitae iam de uita regressurum.

11. Igitur usque ad delictum hominis deus a primordio tantum bonus, exinde iudex et seuerus et, quod Marcionitae uolunt, saeuus: statim mulier in doloribus parere et uiro seruire damnatur, sed quae ante sine ulla contristatione per benedictionem incrementum generis audierat, — *crescite*, tantum, *et multiplicamini* — sed quae in adiutorium masculo, non in seruitium fuerat destinata; statim et terra maledicitur, sed ante benedicta; statim tribuli et spinae, sed ante foenum et herbae et arborum fructuosa; statim sudor et labor panis, sed ante ex omni ligno uictus inmunis et alimenta secura. exinde homo ad terram, sed ante de terra; exinde ad mortem, sed ante ad uitam; exinde in scorteis uestibus, sed ante sine scrupulo nudus. ita prior bonitas dei secundum naturam, seueritas posterior secundum causam. illa ingenita, haec accidens; illa propria, haec accommodata; illa edita, haec adhibita. nec natura enim inoperatam debuit continuisse bonitatem nec causa dissimulatam euasisse seueritatem. alteram sibi, alteram rei deus praestitit. incipe nunc etiam iudicis statum ut adfinem mali arguere, qui idcirco alium deum somniasti, solummodo bonum, quia non potes iudicem; quamquam et illum aut iudicem ostendimus, aut si non iudicem, certe peruersum

12] cf. Gen. 3, 16. 14] Gen. 1, 22. 16] cf. Gen. 3, 17. 18] cf. Gen. 3, 19. 20] cf. ib. 21] cf. Gen. 3, 21.

1 ex operationibus *F* 5 succiderat MR^3, succederet R^1, succederat *F* 8 sustinens = *expectans* 18 arborum fructuosa = *arbores fructuosae* (*Eng*) 20 exinde—terra *om. M* 23 seueritas posterior R^3, seuerior posteritas MR^1 30 aut *scripsi* (*loco priore*): ut *MR* ostendimus. aut *uulgo*

ac uanum disciplinae non uindicandae, id est non iudicandae, constitutorem. non reprobas autem deum iudicem qui non iudicem deum probas: ipsam sine dubio iustitiam accusare debebis, quae iudicem praestat, aut † da eam in species malitiae deputare, id est iniustitiam in titulos bonitatis adscribere. tunc enim iustitia malum, si iniustitia bonum. porro cum cogeris iniustitiam de pessimis pronuntiare, eodem iugo urgeris iustitiam de optimis censere. nihil enim aemulum mali non bonum, sicut et boni aemulum nihil non malum. igitur quanto malum iniustitia, tanto bonum iustitia. nec species solummodo, sed tutela reputanda bonitatis, quia bonitas, | nisi iustitia regatur, ut iusta sit, | non erit bonitas, | si iniusta sit |. nihil enim bonum quod iniustum, bonum autem omne quod iustum.

12. Ita si societas et conspiratio bonitatis atque iustitiae separationem earum non potest capere, quo ore constitues diuersitatem duorum deorum in separatione, seorsum deputans deum bonum et seorsum deum iustum? illic consistit bonum ubi et iustum. a primordio denique creator tam bonus quam et iustus. pariter utrumque processit. bonitas eius operata est mundum, iustitia modulata est, quae etiam, dum mundum iudicauit ex bonis faciendum, [quia] cum bonitatis consilio iudicauit. iustitiae opus est, quod inter lucem et tenebras separatio pronuntiata est, inter diem et noctem, inter caelum et terram, inter aquam superiorem et inferiorem, inter maris coetum et aridae molem, inter luminaria maiora et minora,

23] cf. Gen. 1, 4. 25] cf. Gen. 1, 7. 26] cf. Gen. 1, 16.

2 *intellege: damit aber, daß du einen nicht richtenden Gott billigst, schaffst du den richtenden nicht aus dem Wege* (*Eng*) 4 aut da eam *M*, aut det eam R^{1}, aut et eam R^{3}, aut eandem *Eng: sed displicet omnino illud* aut, *quia re diuersum non sit* in species malitiae deputare *ab eo quod antecedit:* accusare. *nescio igitur, an rescribendum sit:* quae iudicem praestat. aude eam in species malitiae deputare. 16 separationem *M*, separatione *R* eorum *M* (earum *in mg. a m. 1*) non potest capere, quo *Lat:* non potest (p^{o}tes* *M*) carere. quo *MR*, non potes cauere. quo *Oehlerus* 21 dum *MR*, tum *Gel* 22 quia *seclusi*

diurna atque nocturna, inter marem et feminam, [et] inter arborem agnitionis [mortis] et uitae, inter orbem et paradisum, inter aquigena et terrigena animalia. omnia ut bonitas concepit, ita iustitia distinxit. totum hoc iudicato dispositum et ordinatum est. omnis situs habitus effectus motus status ortus occasus singulorum elementorum iudicia sunt creatoris, ne putes eum exinde iudicem definiendum, quo malum coepit, atque ita iustitiam de causa mali offusces. his enim modis ostendimus eam cum auctrice omnium bonitate prodisse, ut et ipsam ingenitam deo et naturalem nec obuenticiam deputandam, quae in domino inuenta sit arbitratrix operum eius.

13. At enim ut malum postea erupit atque inde iam coepit bonitas dei cum aduersario agere, aliud quoque negotium eadem illa iustitia dei nacta est, iam secundum aduersationem dirigendae bonitatis, ut, seposita libertate eius, qua et ultro deus bonus, pro meritis cuiusque pensetur, dignis offeratur, indignis denegetur, ingratis auferatur, proinde omnibus aemulis uindicetur. ita omne hoc iustitiae opus procuratio bonitatis est: quod iudicando damnat, quod damnando punit, quod, ut dicitis, saeuit, utique bono, non malo proficit. denique timor iudicii ad bonum, non ad malum confert. non enim sufficiebat bonum per semetipsum commendari, iam sub aduersario laborans. nam et si commendabile per semetipsum, non tamen et conseruabile, quia expugnabile iam per aduersarium, nisi uis aliqua praeesset timendi, quae bonum etiam nolentes adpetere et custodire compelleret. ceterum tot inlecebris mali expugnantibus bonum quis illud appeteret, quod impune contemneret? quis custodiret quod sine periculo amitteret? legis mali uiam latam et multo frequentiorem: nonne omnes illa laberentur,

2] cf. Gen. 2, 9. 28] cf. Matth. 7, 13.

1 feminam *Gel:* feminam et *MR* 2 mortis *seclusi* 6 elementorum *in MR post* habitus *traditum huc transtuli* (*cf. 307, 10*) creatoris ne *uulgo* ne *M*, nec *R* 10 nec *R*, ne *M* 14 aduersationem *Eng* (*cf. I 154, 9*): aduersionem *MR*, auersionem *Scal* 15 seposita R^3, se possit a MR^1 19 damnat *M* (*in ras.*) 28 quis—amitteret *om. F* 29 frequentio$\overset{\text{r}}{*}$em *M* (r *add. m. 1*) illa laberentur *M*, illaberentur *R*

si nihil in illa timeretur? horremus terribiles minas creatoris, et uix a malo auellimur. quid, si nihil minaretur? hanc iustitiam malum dices, quae malo non fauet? hanc bonum negabis, quae bono prospicit? qualem oportet deum uelles? qualem malis expediret? sub quo delicta gauderent? cui diabolus inluderet? illum bonum iudicares deum, qui hominem posset magis malum facere securitate delicti? quis boni auctor, nisi qui et exactor? proinde quis mali extraneus, nisi qui et inimicus? quis inimicus, nisi qui et expugnator? quis expugnator, nisi qui et punitor? sic totus deus bonus est, dum pro bono omnia est. sic denique omnipotens, quia et iuuandi et laedendi potens. minus est tantummodo prodesse, quia non aliud quid possit quam prodesse. de eiusmodi qua fiducia bonum sperem, si hoc solum potest? quomodo innocentiae mercedem secter, si non et nocentiae spectem? diffidam necesse est, ne nec alteram partem remuneret qui utramque non ualuit. usque adeo iustitia etiam plenitudo est diuinitatis ipsius, exhibens deum perfectum, et patrem et dominum, patrem clementia dominum disciplina, patrem potestate blanda dominum seuera, patrem diligendum pie dominum timendum necessarie, diligendum, quia malit misericordiam quam sacrificium, et timendum, quia nolit peccatum, diligendum, quia malit paenitentiam peccatoris quam mortem, et timendum, quia nolit peccatores sui iam non paenitentes. ideo lex utrumque definit: diliges deum et: timebis deum. aliud obsecutori proposuit, aliud exorbitatori.

14. Ad omnia tibi occurrit deus idem: percutiens sed et sanans, mortificans sed et uiuificans, humilians sed et subli-

21] cf. Os. 6, 6; Prou. 21, 3. 22] cf. Ez. 33, 11. 24] Matth. 22, 37; Marc. 12, 30; Luc. 10, 27. 25] Leu. 19, 14. 32.

3 dicas *F* 4 prospicit *R*³, non prospicit *MR*¹ oporteret *Eng* 5 malis *scripsi* (*cf. 357, 26*): males *M*, malles *R* (*Eng*), malle *Oehlerus* expediret. sub *uulgo* 9 quis expugnator *om. F* 12 quia non *M* (*in ras.*) 13 quam *R*³, cum *MR*¹ 15 spectem *R*³, speciem *MGR*¹ 16 remuneret *M*, remuneretur *R uulgo* 19 dominum (*alt. loco*) *R*, deum *M* 25 obsecutori (ori *ex* uri *a m. 1*) *M*

mans, condens mala sed et pacem faciens, ut etiam et hic respondeam haereticis. 'ecce', enim inquiunt, 'ipse se conditorem profitetur malorum dicens: ego sum qui condo mala'. amplexi enim uocabuli communionem duas malorum species in ambiguitate turbantem, quia mala dicuntur et delicta et supplicia, passim uolunt eum conditorem intellegi malorum, ut et malitiae auctor renuntietur. nos autem adhibita distinctione utriusque formae, separatis malis delicti et malis supplicii, malis culpae et malis poenae, suum cuique parti definimus auctorem, malorum quidem peccati et culpae diabolum, malorum uero supplicii et poenae deum creatorem, ut illa pars malitiae deputetur ista iustitiae, mala condentis iudicii aduersus mala delicti. de his ergo creator profitetur malis quae congruunt iudici. quae quidem illis mala sunt, quibus rependuntur. ceterum suo nomine bona, qua iusta et bonorum defensoria et delictorum inimica atque in hoc ordine deo digna. aut proba ea iniusta, ut probes malitiae deputanda, id est iniustitiae mala, quia si iustitiae erunt, iam mala non erunt, sed bona, malis tantummodo mala, quibus etiam directo bona pro malis damnantur. constitue igitur iniuste hominem diuinae legis uoluntarium contemptorem id retulisse, quod noluit caruisse, iniuste malitiam aeui illius imbribus, dehinc et ignibus caesam, iniuste Aegyptum foedissimam, superstitiosam, amplius hospitis populi conflictatricem, decemplici castigatione percussam. indurat cor Pharaonis, sed meruerat in exitium subministrari qui iam negauerat deum, qui iam legatos eius totiens superbus excusserat, qui iam populo laborem operis adiecerat; postremo, qua Aegyptius, olim deo reus fuerat gentilis ido-

3] Es. 45, 7. 25] cf. Exod. 4, 21. 10, 20. 26] cf. Exod. 5, 1—4. 27] cf. Exod. 5, 5—14

1 et hic *MR* = *auch in diesem Punkte* (*Eng*); *sed cum* etiam et *nusquam alibi inueniatur*, *nescio an* ad haec, *rescribendum sit* et hinc *Rig* 2 enim *om. F* 7 ut et *M*, ut *R*, et *F* 8 delicti . . . supplicii *R*[3], delictis . . . suppliciis *MR*[1] 12 condentis *MR*[1], condenti *R*[3] iudicii *editio Migniana* (*van der Vliet*): iudicia *MR* 13 delicti *MR*[1], delicta *R*[3] 20 damnant *M* 21 contemtorem *M* quod *M*, quo *R* noluit *MR*[1], uoluit *R*[3] *uulgo* 25 sed *R*[3], et *MR*[1] indurarat *mauult Eng*

latriae, ibim et corcodrillum citius colens quam deum uiuum. impendit et ipsum populum, sed ingratum. inmisit et pueris ursos, sed inreuerentibus in prophetam. uindicanda erat procacitas aetatis uerecundiam debentis.

15. Iustitiam ergo primo iudicis dispice; cuius si ratio constiterit, tunc et seueritas et per quae seueritas decurrit rationi et iustitiae reputabuntur. ac ne pluribus inmoremur, adserite causas [ceteras] quoque, ut sententias condemnetis, excusate delicta, ut iudicia reprobetis. nolite reprehendere iudicem, sed reuincite malum iudicem. nam et si patrum delicta de filiis exigebat, duritia populi talia remedia compulerat, ut uel posteritatibus suis prospicientes legi diuinae oboedirent. quis enim non magis filiorum salutem quam suam curet? sed et si benedictio patrum semini quoque eorum destinabatur, sine ullo adhuc merito eius, cur non et reatus patrum in filios quoque redundaret, [sicut gratia, ita et offensa] ut per totum genus et gratia decurreret et offensa? saluo eo, quod postea decerni habebat: non dicturos acidam uuam patres manducasse et filiorum dentes obstipuisse, id est non sumpturum patrem delictum filii nec filium delictum patris, sed unumquemque delicti sui reum futurum, ut post duritiam populi duritia legis edomita iustitia iam non genus, sed personas iudicaret. quamquam si euangelium ueritatis accipias, ad quos pertineat sententia reddentis in filios patrum delicta cognosces, ad illos scilicet, qui hanc ultro sibi sententiam fuerant inrogaturi: sanguis illius super capita nostra et filiorum nostrorum. hoc itaque homini prouidentia dei censuit, quod iam audierat.

2] cf. Exod. 32, 35. cf. IIII Reg. 2, 23—24 18] cf. Hier. 38, 29. 25] Matth. 27, 25.

1 ibim *R*, ibi *MF* corcodrillum *M*, corcodillum *F*, crocodilum *R uulgo* 2 inpedit *M* 3 *uerba* uindicanda—debentis, *quae in libris mss. in cap. 16 p. 356, 5 post* debitum est iustitiae *inueniuntur, huc transtulit van der Vliet* 5 dispice *MR*³, despice *R*¹ 8 ceteras *seclusi* 10 et si *M*, et *R* ex filiis *Gel* 16 *uerba* sicut—offensa *nexum uerborum turbant: alterius editionis sunt correctio sic intellegenda:* ut per totum genus sicut gratia ita et offensa decurreret. 19 obstipuisse *MF*, obstupuisse *R uulgo* sumturum *M* 20 fili *M* 27 hoc *MR*³, hac *R*¹ homini *Eng:* omnis *MR*

16. Bona igitur et seueritas quia iusta, si bonus iudex, id est iustus. item cetera bona, per quae opus bonum currit bonae seueritatis, siue ira siue aemulatio siue saeuitia. debita enim omnia haec sunt seueritatis, sicut seueritas debitum est iustitiae. atque ita non poterunt iudici exprobrari quae iudici accidunt, carentia et ipsa culpa sicut et iudex. quid enim, si medicum quidem dicas esse debere, ferramenta uero eius accuses quod secent et inurant et amputent et constrictent, quando sine instrumento artis medicus esse non possit? sed accusa male secantem, importune amputantem, temere inurentem, atque ita ferramenta quoque eius ut mala ministeria reprehende. proinde est enim, cum deum quidem iudicem admittis, eos uero motus et sensus, per quos iudicat, destruis. deum nos a prophetis et a Christo, non a philosophis nec ab Epicuro erudimur. qui credimus deum etiam in terris egisse et humani habitus humilitatem suscepisse ex causa humanae salutis, longe sumus a sententia eorum, qui nolunt deum curare quicquam. inde uenit ad haereticos quoque definitio eiusmodi: si deus irascitur et aemulatur et extollitur et exacerbatur, ergo et corrumpetur, ergo et morietur. bene autem, quod Christianorum est etiam mortuum deum credere et tamen uiuentem in aeua aeuorum. stultissimi, qui de humanis diuina praeiudicant, ut, quoniam in homine corruptoriae condicionis habentur huiusmodi passiones, idcirco et in deo eiusdem status existimentur. discerne substantias et suos eis distribue sensus, tam diuersos quam substantiae exigunt, licet uocabulis communicare uideantur, — nam et dexteram et oculos et pedes dei legimus, nec ideo tamen humanis comparabuntur, quia de appellatione sociantur — quanta erit diuersitas diuini corporis et humani sub eisdem nominibus membrorum, tanta

4 seueritatis *Iun:* seueritati *MR* 5 iustitia. euindicanda erat procacitas aetatis uerecundiam debentis *MR* (*cf. quae annotaui 355, 3*) 6 accidunt *F*, accedunt *MR* sicut et *MF*, sicut *R* 8 secent et inurant *R*[3], secent tensuram *MF*, secent tonsuram *R*[1] 22 aeua *scripsi:* aeuo *MR* 23 praedicant *Gel* quoniam *MR*[3], quomodo *R*[1] 27 *parenthesin indicaui*

erit et animi diuini et humani differentia sub eisdem licet uocabulis sensuum, quos tam corruptorios efficit in homine corruptibilitas substantiae humanae quam incorruptorios in deo efficit incorruptibilitas substantiae diuinae. certe deum confiteris creatorem. certe, inquis. quomodo ergo in deo humanum aliquid existimas, et non diuinum omne? quem deum non negas confiteris non humanum, siquidem deum confitendo praeiudicasti utique illum ab omni humanarum condicionum qualitate diuersum. porro cum pariter agnoscas hominem a deo inflatum in animam uiuam, non deum ab homine, satis peruersum est, ut in deo potius humana constituas quam in homine diuina, et hominis imaginem deo induas potius quam dei homini. et haec ergo imago censenda est dei in homine, quod eosdem motus et sensus habeat animus humanus quos et deus, licet non tales, quales deus; pro substantia enim et status eorum et exitus distant. denique contrarios eorum sensus, lenitatem dico patientiam misericordiam ipsamque matricem earum bonitatem, cur diuina praesumitis? nec tamen perfecte ea obtinemus, quia solus deus perfectus. ita et illas species, irae dico et exasperationis, non tam feliciter patimur, quia solus deus de incorruptibilitatis proprietate felix. irascetur enim, sed non *, exacerbabitur, sed non periclitabitur, mouebitur, sed non euertetur. omnia necesse est adhibeat propter omnia, tot sensus quot et causas: et iram propter scelestos et bilem propter ingratos et aemulationem propter superbos et quicquid non expedit malis. sic et misericordiam propter errantes et patientiam propter † non respicientes et praestantiam propter merentes

1 diuini R^3, diuinitas MR^1 licet uo- *in ras.* *M* 12 imaginem *MF*, imagine *R uulgo* deo *scripsi:* deum *MR* induas *F*, inbuas *MR* 13 homini *MF*, hominem *R uulgo* 14 animus humanus *M*, humanus animus *R uulgo* 20 irae dico R^3, praedico MR^1 22 *lacunam signaui:* conturbabitur *siue* exturbabitur (*Eng*) *uel tale aliquid intercidit* 24 quot et causae ⟨sunt⟩ *fort.* bilem MR^1, exacerbabilem R^3G 27 non respicientes *MR*, non resipiscentes *Pam; ego* non *delendum putauerim et uerbum respiciendi interpretandum secundum Luc. 9, 62* praestantia = προστασία *Fürsorge, Schutz ut uidetur; cf. praesto esse alicui*

et quicquid bonis opus est. quae omnia patitur suo more, quo eum pati condecet, propter quem homo eadem patitur, aeque suo more.

17. Haec ita dispecta totum ordinem dei iudicis operarium et, ut dignius dixerim, protectorem catholicae et summae illius bonitatis ostendunt, quam ⟨ut⟩ semotam a iudiciariis sensibus et in suo statu puram nolunt Marcionitae in eodem deo agnoscere, pluente super bonos et malos et solem suum oriri faciente super iustos et iniustos, quod alius deus omnino non praestat. nam etsi hoc quoque testimonium Christi in creatorem Marcion de euangelio eradere ausus est, sed ipse mundus inscriptus est et omni a conscientia legitur. et erit haec ipsa patientia creatoris in iudicium Marcionis, illa patientia, quae expectat paenitentiam potius peccatoris quam mortem et mauult misericordiam quam sacrificium, auertens destinatum iam exitium Niniuitis et largiens spatium uitae Ezechiae lacrimis et restituens statum regni Babylonis tyranno paenitentia functo: illam dico misericordiam, quae et filium Saulis moriturum ex deuotione populo concessit et Dauid delicta in domum Uriae confessum uenia liberauit et ipsum Israhel totiens restituit quotiens iudicauit, totiens refouit quotiens et increpuit. non solum igitur iudicem aspiciens conuertere et ad optimi exempla: notans cum ulciscitur considera cum indulget; repende austeritati lenitatem. cum utrumque conueneris in creatore, inuenies in eo et illud, propter quod alterum deum credis. ueni denique ad inspectationem doctrinarum disciplinarum praeceptorum consiliorumque eius. dices forsitan haec etiam humanis legibus determinari. sed ante Lycurgos et Solonas omnes Moyses et deus. nulla posteritas non a primordiis accipit. tamen non

7] cf. Matth. 5, 45. 12] cf. Exod. 33, 11. 13] cf. Os. 6, 6; Prou. 21, 3. 14] cf. Ion. 3, 10. 15] cf. IIII Reg. 20, 3—5. 16] cf. Dan. 4, 33. cf. I Reg. 14, 39. 17] cf. I Reg. 14, 45. 18] cf. II Reg. 12, 13.

3 ita *R*. itaque *M* 5 ut *addidi* 7 pluente *scripsi:* pluentem *MR* faciente *scripsi:* facientem *MR* 10 <eo> inscriptus *fort.* 11 erit haec (*sc. bonitas*) et ipsa *fort.* 14 destinatum iam *M*, iam destinatum *R uulgo* 16 babyllonis *M* 18 populo *R*³, populi *MR*¹ 20 refouit (re *s. u. a m. 1*) *M* 21 optumi *M* 22 nota *Gel* 24 quod *Urs:* quem *MR* 27 lygurgos *M*

a tuo deo didicit creator meus praescribere: *non occides, non adulterabis, non furaberis, non falsum testimonium dices, alienum non concupisces, honora patrem et matrem, et diliges proximum tuum ut temetipsum.* ad haec innocentiae et pudicitiae, iustitiae et pietatis principalia consulta accedunt etiam humanitatis praescripta, cum septimo quoque anno seruitia libertate soluuntur, cum eodem tempore agro parcitur egenis cedendo locum, ⟨cum⟩ boui etiam terenti uincula oris remittuntur ad fructum praesentis laboris, quo facilius in pecudibus praemeditata humanitas in hominum refrigeria erudiretur.

18. Sed quae potius legis bona defendam quam quae haeresis concu⟨tere concu⟩piit? ut talionis definitionem, oculum pro oculo dentem pro dente et liuorem pro liuore repetentis. non enim iniuriae mutuo exercendae licentiam sapit, sed in totum cohibendae uiolentiae prospicit, ut, quia durissimo et infideli in deum populo longum uel etiam incredibile uideretur a deo expectare defensam, edicendam postea per prophetam: *mihi defensam, et ego defendam, dicit dominus,* interim commissio iniuriae metu uicis statim occursurae repastinaretur et licentia retributionis prohibitio esset prouocationis, ut sic improbitas a se tuta cessaret, dum secunda permissa prima terretur et prima deterrita nec secunda committitur, qua et alias facilior timor talionis per eiusdem saporem passionis. nihil amarius quam id ipsum pati, quod feceris aliis. et si lex aliquid cibis detrahit et inmunda pronuntiat animalia, quae aliquando benedicta sunt, consilium exercendae continentiae intellege et frenos impositos illi gulae agnosce, quae, cum panem ederet angelorum, cucumeres et pepones Aegyptiorum

1] Exod. 20, 12—16. 4] Leu. 19, 18. 7] cf. Leu. 25, 4. 8] cf. Deut. 25, 4. 12] cf. Exod. 21, 24. 13] cf. Exod. 21, 25. 17] Rom. 12, 19. Deut. 32, 35. cf. Hebr. 10, 30.

1 praescribere *R*, proscribere *MF* 4 temetipsum *M*, te ipsum *R* 5 innocentiae *respicit ad:* non occides et pudicitiae *scripsi:* pudicitiae et *MR* 8 cum *addidi* 11 bona *praedicatiuum intellege* 12 concu⟨tere concu⟩piit *scripsi:* concupiit *MR* 14 motuo (u *above* o) *M* (*corr. m. 1*) 21 a se tuta *scripsi:* astuta *MGR*[3], aestuata *R*, extincta *Oehlerus* 23 eiusdem *scripsi:* eundem *MR*

desiderabat. agnosce simul et comitibus gulae, libidini scilicet atque luxuriae, prospectum, quae fere uentris castigatione frigescunt; — manducauerat enim populus et biberat et surrexerat ludere — proinde, ut et pecuniae ardor restingeretur ex parte, qua de uictus necessitate causatur, pretiosorum ciborum ambitio detracta est; postremo, ut facilius homo ad ieiunandum deo formaretur, paucis et non gloriosis escis adsuefactus est, nihil de lautioribus esuriturus. reprehendendus sane creator, quod cibos potius populo suo abstulit quam ingratioribus Marcionitis. sacrificiorum quoque onera et operationum et oblationum negotiosas scrupulositates nemo reprehendat, quasi deus talia sibi proprie desiderauerit, qui tam manifeste exclamat: quo mihi multitudinem sacrificiorum uestrorum? et: quis exquisiuit ista de manibus uestris? sed illam dei industriam sentiat, qua populum pronum in idolatriam et transgressionem eiusmodi officiis religioni suae uoluit adstringere, quibus superstitio saeculi agebatur, ut ab ea auocaret illos, sibi iubens fieri, quasi desideranti, ne simulacris faciendo delinqueret.

19. Sed et in ipsis commerciis uitae et conuersationis humanae domi ac foris adusque curam uasculorum omnifariam distinxit, ut istis legalibus disciplinis occurrentibus ubique nec ullo momento uacarent a dei respectu. quid enim faceret beatum hominem quam: in lege domini uoluntas eius et in lege domini meditabitur die ac nocte? quam legem non duritia promulgauit auctoris, sed ratio summae benignitatis, populi potius duritiam edomantis et rudem obsequio fidem operosis officiis dedolantis, ut nihil de arcanis adtingam significantiis legis, spiritalis scilicet et propheticae

3] cf. Exod. 32, 6. 13] Es. 1, 11. 12. 24] Ps. 1, 2.

1 libidini *M* (*in ras.*) 3 *parenthesin indicauit Eng* 4 restingeretur *M*, restringeretur *R* 7 est *scripsi:* et *MR*, ut *van der Vliet* 19 faciendo *scripsi:* faciendis *MR* 21 omni<a omni>fariam *fort.* 23 nec (= *ne quidem*) *scripsi:* ne *MR* ullo momento *Rig:* ulli momento *MR*³, ulli momenta *R*¹ 24 quam in lege *uulgo* eius? et *uulgo* 25 nocte. quam *uulgo* 29 significantiis *R*³, significantis *MR*¹

et in omnibus paene argumentis figuratae. sufficit enim in praesenti, si simpliciter hominem deo obligabat, ut nemo eam reprobare debeat, nisi cui non placet deo deseruire. ad hoc beneficium, non onus, legis adiuuandum etiam prophetas eadem bonitas dei ordinauit, docentes deo digna: auferre nequitias de anima, discere benefacere, exquirere iudicium, iudicare pupillo et iustificare uiduam, diligere quaestiones, fugere improborum contactum, dimittere conflictam integram, dissipare scripturam iniustam, infringere panem esurienti et tectum non habentem inducere in domum tuam, nudum si uideris, contegere et domesticos seminis tui non despicere, compescere linguam a malo et labia, ne loquantur dolum, declinare a malo et facere bonum, quaerere pacem et sectari eam, irasci et non delinquere, id est in ira non perseuerare siue saeuire, non abire in concilium impiorum nec stare in uia peccatorum nec in cathedra pestilentium sedere. sed ubi? uide quam bonum et iocundum habitare fratres in unum, meditantes die ac nocte in lege domini, quia bonum scilicet fidere in deum quam fidere in hominem et sperare in deum quam sperare in hominem. qualis enim apud deum merces homini? et erit tamquam lignum, quod plantatum est iuxta exitus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo, et folium eius non decidet et omnia, quaecumque faciet, prosperabuntur illi. innocens autem et purus corde, qui non accipiet in uanum nomen dei et non iurabit ad proximum suum in dolo, iste accipiet benedictionem a domino et misericordiam a deo salutificatore suo. oculi

5—7] cf. Es. 1, 16—18 6] cf. Deut. 10, 18. 7—11] cf. Es. 58, 6. 7. 11—13] cf. Ps. 33, 14. 15. 13] cf. Ps. 4, 5. 13—15] cf. Ps. 1, 1. 16] Ps. 132, 1. 18—20] cf. Ps. 117, 8. 9. 20] Ps. 1, 3. 24] cf. Ps. 23, 4. 5. 27] Ps. 32, 18.

4 etiam *MR*^{3}, sed etiam *R*^{1} 7 uideam *M* dirigere *Harrisius* 8 integram *R*, in integram *M*, in integrum *Eng* 9 et *R*, ut *MF* 13 quaere *M* 16 <quam> iucundum *Pam* 18 deum *MR*, dominum *Pam* 19 deum *MR*, dominum *Pam* 24 illi *om.* *M* 25 accipiet *MR*^{1}, accepit *R*^{3} iurabit *scripsi:* iurauit *MR* 27 misericordia *M* salutari suo *F*

enim domini super timentes eum, sperantes in misericordiam ipsius, ad deliberandas animas eorum de morte, utique aeterna, et nutricandos eos in fame, utique uitae aeternae. multae enim pressurae iustorum, et ex omnibus liberabit eos dominus. honorabilis mors in conspectu domini sanctorum eius. dominus custodibit omnia ossa eorum et non comminuentur. redimet dominus animas seruorum suorum. pauca ista de tantis scripturis creatoris intulimus, et nihil, puto, iam ad testimonium dei optimi deest, quod satis et praecepta bonitatis et promissa consignant.

20. Sed enim sepiae isti, quorum ⟨in⟩ figuram illud quoque pisculentum de cibis lex recusauit, ut traductionem sui sentiunt, tenebras hinc blasphemiae interuomunt atque ita intentionem uniuscuiusque iam proximam dispargunt, iactitando et adseuerando ea, quae relucentem bonitatem creatoris infuscent. sed et per istas caligines sequemur nequitiam et in lucem extrahemus ingenia tenebrarum, obicientia creatori uel maxime fraudem illam et rapinam auri et argenti, mandatam ab illo Hebraeis in Aegyptios. age, infelicissime haeretice, te ipsum expostulo arbitrum, cognosce in utramque gentem prius, et ita de auctore praecepti iudicabis. reposcunt Aegyptii de

4] Ps. 33, 20. 6] Ps. 115, 6. 7] Ps. 33, 21. 8] Ps. 33, 23. 13] cf. Leu. 11, 10; Deut. 14, 10. 19] cf. Exod. 3, 22; 11, 2; 12, 35. 36. 20] cf. Exod. 11, 2.

5 liberabit *R*[3], liberauit *MR*[1] 7 custodibit *Eng:* custodiuit *MR*[1], custodit *R*[3] et non comminuentur *M*, et non comminuetur *R*[1], unum ex ipsis non comminuetur *R*[3] *uulgo* 8 redimet *Pam:* redemit *MR* 10 deest *M*, deesse *R* 12 sepiae *MGR*[3], saepe *R*[1] ⟨in⟩ figuram *Eng:* figura *MR* illud quoque ... recusauit: sepias *scil.*, *qui ut non squamigeri a lege edi uetantur* (*Eng*) 14 intentionem ... dispargunt *intellege: und machen so die Anstrengung jedes einzelnen* (*Verfolgers*), *wenn sie* (*ihnen*) *schon ganz nah ist, zu nichte. dispergere = irritum facere, ad nihilum redigere cf. 178, 9.* (*alibi* intentionem dispergere *est: die Aufmerksamkeit zerstreuen cf. 209, 6*) 15 iactitando *MF*, iactando *R* 18 obicientia *R*, obiacentia *M*, obiacientia *F* 19 mandatam *Rig:* mandata *MR*

Hebraeis uasa aurea et argentea. contra Hebraei mutuas petitiones instituunt, adlegantes sibi quoque eorundem patrum nomine ex eodem scripturae instrumento mercedes restitui oportere illius operariae seruitutis pro lateris deductis, pro ciuitatibus et uillis aedificatis. quid iudicabis, optimi dei elector? Hebraeos fraudem agnoscere debere an Aegyptios compensationem? nam et aiunt ita actum per legatos utrimque, Aegyptiorum quidem repetentium uasa, Iudaeorum uero reposcentium operas suas. et tamen has iniustitia renuntiauerunt sibi Aegyptiis: hodie aduersus Marcionitas amplius adlegant Hebraei, negantes compensationi satis esse quantumuis illud auri et argenti, ⟨si⟩ sexcentorum milium operae per tot annos uel singulis nummis diurnis aestimentur. quae autem pars maior, repetentium uasa an incolentium uillas et urbes? querela ergo maior Aegyptiorum an gratia Hebraeorum? ut solo iniuriarum iudicio Hebraei Aegyptios repercuterent, liberi homines in ergastulum subacti, ut solas scapulas suas scribae eorum apud subsellia sua ostenderent flagellorum contumeliosa atrocitate laceratas: non paucis lancibus et scyphis pauciorum utique diuitum, sed totis ubique et ipsorum facultatibus et popularium omnium conlationibus satisfaciendum Hebraeis pronuntiassent. igitur si bona Hebraeorum causa, bona iam et causa, id est mandatum, creatoris, qui et Aegyptios gratos fecit nescientes et suum populum in tempore expeditionis angusto aliquo solatio tacitae compensationis expunxit. plane minus exigi iussit. Hebraeis enim etiam filios Aegyptii restituere debuerant.

4] cf. Exod. 1, 14.

4 lateris (= *lateribus*) *M*, laternis *F*, laterinis *R uulgo* (*probat Eng*) eductis *susp. Eng* 9 has iniustitia (= iniuria) *scripsi:* hasi iustitia *M*, has iustitia *R*, uasis istis *Rig.* uasis iustitia *Oehlerus*, has in iustitio *Eng* 10 ibi *Oehlerus* Aegyptiis *scripsi:* Aegyptii *MR; intellego: und doch leisteten sie auf diese* (*Frohnarbeiten*) *mit Unrecht zum Vorteil der Aegyptier Verzicht* 11 compensationi *R*, compensationē *M* (~ *eras. m. 1*) 12 si *add. R*³ 17 subacti? ut *uulgo* 19 laceratas? non *uulgo* 20 sed totis ubique *scripsi:* ubique, sed totis *MR* 22 pronuntiassent *scripsi:* pronuntiasset *MR*, pronuntiasses *Rig* 23 gratoṛu (s *superscr.*) *M* (*corr. m. 1*) 26 minus = *parum, ut uidetur* enim etiam *MR*³, etiam *R*¹

21. Sic et in ceteris contrarietates praeceptorum ei exprobras ut mobili et instabili, prohibenti sabbatis operari et iubenti arcam circumferri per dies octo, id est etiam sabbato, in expugnatione ciuitatis Iericho. nec sabbati enim inspicis legem, opera humana, non diuina prohibentem. siquidem: sex, inquit, diebus operare et facies omnia opera tua, septima autem die sabbata domino deo tuo; non facies in ea omne opus. quod? utique tuum. consequens enim est, ut ea opera sabbato auferret, quae sex diebus supra indixerat, tua scilicet, id est humana et cotidiana. arcam uero circumferre neque cotidianum opus uideri potest neque humanum, sed et rarum et sacrosanctum et ex ipso tunc dei praecepto utique diuinum. quod et ipsum quid significaret edissererem. nisi longum esset figuras argumentorum omnium creatoris expandere, quas forsitan nec admittis. sed plus est, si de absolutis reuincamini, simplicitate ueritatis, non curiositate, sicut et nunc certa distinctio est sabbati humana, non diuina opera prohibentis. ideoque qui sabbatis ligna tum legerat morti datus est. suum enim opus fecerat, lege interdictum. qui uero arcam sabbatis circumtulerant, impune gesserunt. non suum enim sed dei opus, ex praecepto scilicet ipsius, administrauerant.

22. Proinde et similitudinem uetans fieri omnium, quae in caelo et in terra et in aquis, ostendit et causas. [idolatriae scilicet substantiam cohibentes.] subicit enim: non adorabitis ea

2] cf. Ios. 6, 3—4. 5] Exod. 20, 9—10. 17] cf. Num. 15, 32—36. 25] Exod. 20, 5.

1 exprobras *R*, exprobas *M* 2 prohibenti . . . iubenti *Leopoldus:* prohibentis . . . iubentis *MR* 4 iericho *MF*, Hiericho *R* 9 auferret *MF*, auferet *R* 13 ipsum *scripsi:* ipse *MR* 14 nisi *M*, nimis *R* 18 ligna tum legerat *scripsi:* lignatum egerat *M*, lignatum igerat *F*, lignatum ierat *R uulgo* 21 sed dei opus *M*, opus, sed dei *R uulgo* 24 causam *fort.* idolatriae—cohibentes *seclusi: neque enim causae cohibent idolatriam, sed praeceptum dei; frustra autem cum Ursino pro* cohibentes *rescripseris* cohibens *nisi simul ordiñem uerborum sic inuerteris:* subicit enim, idolatriae—cohibens scilicet *M* (*in mg.* quae *add. m. 3*), scilicet quae *R*, scilicet caecae *Oehlerus*

neque seruietis illis. serpentis autem aenei effigies postea praecepta Moysi a domino non ad idolatriae titulum pertinebat, sed ad remediandos eos, qui a serpentibus infestabantur. et taceo de figura remedii. sic et Cherubin et Seraphin aurea in arcae figuratum exemplum; certe simplex ornamentum. adcommodata suggestui, longe diuersas habendo causas ab idolatriae condicione, ob quam similitudo prohibetur, non uidentur similitudinum prohibitarum legi refragari, non in eo similitudinis statu deprehensa, ob quem similitudo prohibetur. diximus de sacrificiorum rationali institutione, auocante scilicet ab idolis ad deum officia ea, quae si rursus eiecerat dicens: quo mihi multitudinem sacrificiorum uestrorum? hoc ipsum uoluit intellegi, quod non sibi ea proprie exegisset. non enim bibam, inquit, sanguinem taurorum, quia et alibi ait: deus aeternus non esuriet nec sitiet. nam etsi ad oblationes Abelis aduertit et holocausta Noë odoratus est libenter, quae iocunditas siue uiscerum berbicinorum siue nidoris ardentium uictimarum? sed animus simplex et deum metuens offerentium ea, quae a deo habebant et pabuli et suauis olentiae, gratiae apud deum deputabatur, non quae fiebant exigentem, sed illud, propter quod fiebant, ob honorem dei scilicet. si cliens diuiti aut regi nihil desideranti tamen aliquid uilissimi munusculi obtulerit, quantitas et qualitas muneris infuscabit diuitem et regem, an delectabit titulus officii? at si cliens ei munera ⟨uel⟩ ultro uel etiam indicta ordine suo offerat et sollemnia regis obseruet, non ex fide tamen nec corde puro nec pleno circa cetera quoque obsequio,

2] cf. Num. 29, 8—9. 12] Es. 1, 11. 14] ib. 15] Es. 40, 28. 16] cf. Gen. 4, 4. cf. Gen. 8, 21.

1 efficies *M* 4 Cherubin et Seraphin *neutr. gen. cf. Exod.* 25, 17 (*Eng*) in arcae figuratum exemplum (*scil. erant.*) = εἰς τυπικὸν παράδειγμα ἦν τῆς κιβωτοῦ 10 auocante *Pam:* auocantis *MF,* auocanti *R* 16 abelis *M,* abel *R* aduertit R^3, aduertis MR^1 17 berbicinorum *MF,* ueruecinorum *R* 21 exigentem *van der Vliet:* exigentis *MR* 22 dei scilicet *M,* scilicet dei *R* 24 infuscabit... delectabit *R,* infuscauit... delectauit *MF* 25 uel *add. Eng* indicta *scripsi:* dicta *M,* dicto *R,* ex edicto *Lat* 27 obsequio *van der Vliet:* obsequia *MR*

nonne consequens, ut rex ille uel diues exclamet: quo mihi multitudinem munerum tuorum? *** plenus sum et sollemnitates et dies festos et uestra sabbata dicendo, quae secundum libidinem suam, non secundum religionem dei celebrando sua iam, non dei fecerant. condicionalem idcirco et rationalem demonstrauit recusationem eorum, quae administranda praescripserat.

23. Si uero etiam circa personas aut leuem uultis intellegi, cum reprobat aliquando probatos, aut improuidum, cum probat quandoque reprobandos, quasi iudicia sua aut damnet praeterita aut ignoret futura, atquin nihil tam ⟨et⟩ bono et iudici conuenit quam pro praesentibus meritis et reicere et adlegere. adlegitur Saul, sed nondum despector prophetae Samuelis. reicitur Salomon, sed iam a mulieribus alienis possessus et idolis Moabitarum et Sidoniorum mancipatus. quid faceret creator, ne a Marcionitis reprehenderetur? bene adhuc agentes praedamnaret iam propter futura delicta? sed dei boni non erat nondum merentes praedamnare. proinde peccantes nunc non recusaret propter pristina benefacta? sed iusti iudicis non erat rescissis iam bonis pristinis scelera donare. aut quis hominum sine delicto, ut eum deus semper adlegeret, quem numquam posset recusare? uel quis item sine aliquo bono opere, ut eum deus semper recusaret, quem numquam posset adlegere? exhibe bonum semper, et non recusabitur; exhibe malum semper, et numquam adlegetur. ceterum si ** idem homo, ut in utroque

1] Es. 1, 11. 2] cf. Es. 1. 11. 3] cf. Es. 1, 13. 12] cf. I Reg. 9, 16. 13] cf. I Reg. 15, 15. 14] cf. I Reg. 11, 1.

2 *lacunam signaui:* proinde igitur et deus populi sui officia recusat *uel similia interciderunt; necesse enim est dirimi exemplum a re.* 4 dicendo *MR:* ⟨odit anima mea, uestra⟩ dicendo *Pam* 5 celebrando *R*[3], celebrabant deo *MR*[1] fecerant. condicionalem *van der Vliet:* fecerant condicionalem *uulgo* 8 aut leuem *scripsi:* aut legem *M*, legem *R*[1], leuem *R*[3] *uulgo* 11 et bono *van der Vliet (cf. 367, 1):* bono *MR* 23 adlegere *M*, eligere *R*, elegere *F* 25 adlegetur *MR*[1], eligetur *R*[3] *lacunam signaui:* non semper *intercidisse puto* homo est in *Eng*, *nihil putans deesse*

pro temporibus, in utroque dispungetur a deo et bono et iudice, qui non leuitate aut improuidentia sententias uertit sed censura grauissima et prouidentissima merita temporis cuiusque dispensat.

24. Sic et paenitentiam apud illum praue interpretaris, quasi proinde mobilitate uel improuidentia, immo iam ex delicti recordatione paeniteat, quoniam quidem dixerit: paenituit, quod regem fecerim Saul, praescribens scilicet paenitentiam confessionem sapere mali operis alicuius uel erroris. porro non semper. euenit enim ⟨et⟩ in bonis factis paenitentiae confessio, ad inuidiam et exprobrationem eius. qui beneficii ingratus extiterit. sicut et tunc circa personam Saulis onerandam adnuntiatur a creatore, qui non deliquerat, cum Saulem adsumit in regnum et sancto spiritu auget; optimum enim adhuc — qualis, inquit, non erat in filiis Israhelis — dignissime adlegerat. sed nec ignorauerat ita euenturum. nemo enim te sustinebit improuidentiam adscribentem deo ei, quem deum non negans confiteris et prouidum. haec enim illi propria diuinitas constat. sed malum factum Saulis, ut dixi, onerabat paenitentiae suae professione, quam uacante delicto circa Saulis adlectionem consequens est inuidiosam potius intellegi, non criminosam. ecce, inquis, criminosam eam animaduerto circa Niniuitas, dicente scriptura Ionae: et paenituit dominum de malitia, quam dixerat facturum se illis, nec fecit. sicut et ipse Ionas ad deum: propterea praeueni profugere in Tharsos, quia cognoueram te esse misericordem et miserescentem, patientem et plurimum misericordiae, paenitentem malitiarum. bene igitur, quod praemisit optimi dei titulum, patientissimi scilicet super

7] I Reg. 15, 11. 15] cf. I Reg. 9, 2. 23] Ion. 3, 10. 25] Ion. 4, 2.

5 illum *om.* *R*[1] 6 mobilitate *R*, immobilitate *MF* 8 fecerit *R*[1] 10 et *add. van der Vliet* 12 onerandam *scripsi:* honorandam *MR* 16 nec *R*, ne *MF* 22 criminosam (*alterum*) *om.* *F* 23 nineuitas *M* 25 deum *MR*, dominum *Pam* 26 tharsos *MF*, Tarsos *R uulgo*

malos et abundantissimi misericordiae et miserationis super agnoscentes et deplangentes delicta sua, quales tunc Niniuitae. si enim optimus qui talis, de isto prius cessisse debebis, non competere in talem, id est in optimum, etiam malitiae concursum. et quia et Marcion defendit arborem bonam malos quoque fructus non licere producere, sed malitiam tamen nominauit ***, quod optimus non capit, numquid aliqua interpretatio subest earum malitiarum intellegendarum, quae possint et in optimum decucurrisse? subest autem. dicimus denique malitiam nunc significari non quae ad naturam redigatur creatoris, quasi mali, sed quae ad potestatem, quasi iudicis; secundum quam enuntiarit: ego sum qui condo mala, et: ecce ego emitto in uos mala, non peccatoria, sed ultoria, quorum satis diluimus infamiam ut congruentium iudici. sicut autem, licet mala dicantur, non reprehenduntur in iudice nec hoc nomine suo malum iudicem ostendunt, ita et malitia haec erit intellegenda nunc, quae ex illis malis iudiciariis deputata cum ipsis competat iudici. nam et apud Graecos interdum malitiae pro uexationibus et laesuris, non pro malignitatibus ponuntur, sicut et in isto articulo. atque adeo si eius malitiae paenituit creatorem quasi creaturam, reprobandae scilicet et delictum iudicandae, atquin nec hic ullum admissum criminosum reputabitur creatori, qui iniquissimam ciuitatem digne meritoque decreuerat abolendam. ita quod iuste destinauerat, non male destinans, ex iustitia, non ex malitia destinarat: sed poenam ipsam malitiam nominauit ex malo et merito passionis ipsius. ergo, dices, si malitiam iustitiae nomine excusas, quia iuste exitium destinarat in Niniuitas, sic quoque culpandus est, qui iustitiae utique non paenitendae paenitentiam gessit.

6] cf. Ion. 3, 10. 12] Es. 45, 7. 13] Hier. 18, 11.

5 et Marcion *MR*, Marcion *Pam* 7 *lacunam signaui:* deus creator quam erat exacturus de Niniuitis poenam (*cf. infra l. 26*) *uel similia supplenda sunt* 8 earum *MR*, ⟨etiam⟩ earum *Pam* 21 creaturam *scripsi:* creaturae *MR* et delictum *MR*[1], et deletui *R*[3], et de delicto *Oehlerus* 22 iudicandae *scripsi:* uindicandae *MR* atquin *scripsi:* atqui *MR* hic *om. Gel* 26 passionis *R*[3], et passionis *MR*[1]

immo nec iustitiae, inquam, paenitebit deum, et superest iam agnoscere, quid sit paenitentia dei. non enim, si hominem ex recordatione plurimum delicti, interdum et ex alicuius boni operis ingratia paenitet, ideo et deum proinde. in quantum enim deus nec malum admittit nec bonum damnat, in tantum nec paenitentiae boni aut mali apud eum locus est. nam et hoc tibi eadem scriptura determinat, dicente Samuhele Sauli: discidit dominus regnum Israhelis de manu tua hodie et dabit illud proximo tuo, optimo super te, et scindetur Israhel in duas partes, et non conuertetur neque paenitentiam aget, quia non sicut homo est ad paenitendum. haec itaque definitio in omnibus aliam formam diuinae paenitentiae statuit, quae neque ex improuidentia neque ex leuitate neque ex ulla boni aut mali operis damnatione reputetur, sicut humana. quis ergo erit mos paenitentiae diuinae? iam relucet, si non ad humanas condiciones eam referas. nihil enim aliud intellegetur quam simplex conuersio sententiae prioris, quae etiam sine reprehensione eius possit admitti, etiam in homine, nedum in deo, cuius omnis sententia caret culpa. nam et in Graeco sono paenitentiae nomen non ex delicti confessione, sed ex animi demutatione compositum est, quam apud deum pro rerum uariantium sese occursu fieri ostendimus.

25. Iam nunc, ut omnia eiusmodi expediam, ad ceteras pusillitates et infirmitates et incongruentias, ut putatis, interpretandas purgandasque pertendam. 'inclamat deus: Adam, ubi es? scilicet ignorans ubi esset, et causato nuditatis pudore an de arbore gustasset interrogat, scilicet incertus'. immo nec incertus admissi nec ignorans loci. enimuero oportebat conscientia peccati delitescentem euocatum prodire in conspectum

8] I Reg. 15, 28. 29. 26] Gen. 3, 9. 27] cf. Gen. 3, 10. 28] cf. Gen. 3. 11.

13 poenitentiae *M* 16 relucescet *susp. Eng* 17 intelleg^{e}itur *M* (*corr. m. 1*) 22 occursu fieri *Urs:* occursu rei *MR*[1], occursura rei *R*[3] (*in adnotationibus*), occursu regi *Rig* 30 delitiscentem *M* prodire *R*, prodere *MF*

domini, non sola nominis inclamatione, sed cum aliqua iam tunc admissi suggillatione. nec enim simplici modo, id est interrogatorio sono legendum est: Adam, ubi es? sed impresso et incusso et imputatiuo: Adam, ubi es! id est in perditione es, id est iam hic non es, ut et increpandi et dolendi exitus uox sit. ceterum qui totum orbem comprehendit manu uelut nidum, cuius caelum thronus et terra scabellum. nimirum huius oculos aliqua paradisi portio euaserat, quominus illi, ubicumque Adam, ⟨et⟩ ante euocationem uiseretur, tam latens quam de interdicta fruge sumens! speculatorem uineae uel horti tui lepus aut furunculus non latet: ⟨et⟩ deum puta, de sublimioribus oculatiorem, aliquid subiecti praeterire non posse. stulte, qui tantum argumentum diuinae maiestatis et humanae instructionis naso agis! interrogat deus quasi incertus, ut, et hic liberi arbitrii probans hominem, in causa aut negationis aut confessionis daret ei locum sponte confitendi delictum et hoc nomine releuandi, sicut de Cain sciscitatur, ubinam frater eius, quasi non iam uociferatum a terra sanguinem Abelis audisset, [sed] ut et ille haberet potestatem ex eadem arbitrii potestate sponte negandi delicti et hoc nomine grauandi, atque ita nobis conderentur exempla confitendorum potius delictorum quam negandorum, ut iam tunc initiaretur euangelica doctrina: ex ore tuo iustificaberis et ex ore tuo damnaberis. nam etsi Adam propter statum legis deditus morti est, sed spes ei salua est, dicente domino: ecce Adam factus est tamquam unus ex nobis, de futura scilicet adlectione hominis in diuinitatem. denique quid sequitur? et

3] Gen. 3, 9. 6] cf. Es. 10, 14. 7] cf. Es. 66, 1. 17] cf. Gen. 4, 9. 18] cf. Gen. 4, 10. 23] Matth. 12, 37. 25] Gen. 3, 22. 27] ib.

3 adam, ubi es *M*, ubi es, Adam *R* 4 ubi es! *Eng:* ubi es? *R uulgo* 9 Adam, ⟨et⟩ ante *scripsi:* adam* ante *M*, Adam ante *R uulgo* 11 orti *MF* lepus *scripsi:* lupus *MR* ⟨et⟩ deum puta *Eng:* deum puto *MR* 14 interrogat *MR*, interrogabat *Pam* ut *om. Pam* 15 hic *MR*[1], hinc *R*[3] probans *R*[3], inprobans *MR*[1] 16 aut confessionis *R*[3], aut ut confessionis *MR*[1] 19 sed *seclusit Eng* 23 doctrina *in ras. M* iustificaberis *MFR*[3], coniustificaberis *R*[1] 27 et nun *M*

nunc, ne quando extendat manum et sumat de ligno uitae et uiuat in aeuum. interponens enim 'et nunc', praesentis temporis uerbum, temporalem et ad praesens dilationem uitae fecisse se ostendit. ideoque nec maledixit ⟨nec⟩ ipsum Adam nec Euam, ut restitutionis candidatos, ut confessione releuatos, Cain uero et maledixit et cupidum morte luere delictum mori interim uetuit, ut praeter admissum etiam negationis eius oneratum. haec erit ignorantia dei nostri, quae ideo simulabitur, ne delinquens homo quid sibi agendum sit ignoret. sed ad Sodomam et Gomorram descendens: uidebo, ait, si secundum clamorem peruenientem ad me consummantur, si uero non, ut agnoscam, et hic uidelicet ex ignorantia incertus et scire cupidus. an ⟨et⟩ hic sonus pronuntiationis necessarius, non dubitatiuum sed comminatiuum exprimens sensum sub sciscitationis obtentu? quodsi descensum quoque dei inrides, quasi aliter non potuerit perficere iudicium, nisi descendisset, uide, ne tuum aeque deum pulses. nam et ille descendit, ut quod uellet efficeret.

26. 'Sed et iurat deus'. numquid forte per deum Marcionis? 'immo', inquit, 'multo uanius, quod per semetipsum'. quid uelles faceret, si alius deus non erat in conscientia eius, hoc cum maxime iurantis alium absque se omnino non esse? igitur peierantem deprehendis an uane deierantem? sed non potest uideri peierasse qui alium esse non sciuit, ut dicitis. quod enim sciit, hoc deierans uere, non peierauit. sed nec uane deierat alium deum non esse. tunc enim uane deieraret, si non fuissent qui alios deos crederent, tunc quidem simulacrorum

6] cf. Gen. 4, 11. cf. Gen. 4, 14. 15. 10] Gen. 18, 21. 19] cf. Es. 45, 23.

3 temporalem R^3, temporale MR^1 4 nec *addidi* 5 nec Euam *MR*, et Euam *Oehlerus* restitutionis R^3, restitutioni MR^1 9 simulabitur *M*, simulabatur *R uulgo* 11 consummantur *M* (= συντελοῦνται), consumantur *R*, consumment *Pam* 12 agnoscam. et *uulgo* 13 cupidus? an *uulgo* et *addidi* 20 quod multo uanius *Urs* uelles faceret *scripsi:* uellet faceret MR^1, uellet facere R^3 23 an R^3, ad MR^1 25 sciit *Eng:* scit *MR* peierauit *M* (ui s. u. *add. m. 1*) nec uane *MR*, non uane *Oehlerus*

cultores, nunc uero et haeretici. iurat igitur per semetipsum, ut uel iuranti deo credas alium deum omnino non esse. hoc ut deus faceret, tu quoque, Marcion, coegisti. iam tunc enim prouidebaris. proinde si et in promissionibus aut comminationibus iurat, fidem in primordiis arduam extorquens, nihil deo indignum est, quod efficit deo credere. satis et tunc pusillus deus in ipsa etiam ferocia sua, cum ob uituli consecrationem efferatus in populum de famulo suo postulat Moyse: sine me, et indignatus ira disperdam illos et faciam te in nationem magnam. unde meliorem soletis adfirmare Moysen deo suo, deprecatorem, immo et prohibitorem irae. non facies enim, inquit, istud, aut et me una cum eis impende. miserandi uos quoque cum populo, qui Christum non agnoscitis, in persona Moysi figuratum, patris deprecatorem et oblatorem animae suae pro populi salute. sed sufficit, si et Moysi proprie donatus est populus ad praesens. quod ut famulus postulare posset a domino, id dominus a se postulauit. ad hoc enim famulo dixit: sine me, et disperdam illos, ut ille postulando et semetipsum offerendo non sineret, atque ita disceres, quantum liceat fideli et prophetae apud deum.

27. Iam nunc, ut et cetera compendio absoluam, quaecumque adhuc ut pusilla et infirma et indigna colligitis ad destructionem creatoris, simplici et certa ratione proponam: deum non potuisse humanos congressus inire, nisi humanos et sensus et adfectus suscepisset, per quos uim maiestatis suae, intolerabilem utique humanae mediocritati, humilitate temperaret, sibi quidem indigna, homini autem necessaria, et ita iam deo digna, quia nihil tam dignum deo quam salus hominis. de isto pluribus retractarem, si cum ethnicis agerem, — quamquam et cum haereticis non multo diuersa congressio — sed

8] Exod. 32, 10. 11] cf. Exod. 32, 32.

1 haeretici *R*, haereticos *M* igitur *MR*, ergo *F* 9 indignatus ira *R* (θυμωθεὶς ὀργῇ), in ira *M* 12 inquit *om. R* 13 miserandi MR^3, miserando R^1 22 pusilla *om. F* 24 potuisse *R*, potius se *M* 29 *parenthesin indicaui* 30 et cum *MR*, nec cum *Urs* non multo *MR*, multo *Urs* diuersa *om. R* congressio—sed quatenus *scripsi:* congressio stet. quatenus *M*, stet congressio. quatenus *R*

quatenus et ipsi deum in figura et in reliquo ordine humanae condicionis deuersatum iam credidistis, non exigetis utique diutius persuaderi deum conformasse semetipsum humanitati, sed de uestra fide reuincimini. si enim deus, et quidem sublimior, tanta humilitate fastigium maiestatis suae strauit, ut etiam morti subiceretur, et morti crucis, cur non putetis nostro quoque deo aliquas pusillitates congruisse, tolerabiliores tamen Iudaicis contumeliis et patibulis et sepulcris? an hae sunt pusillitates, quae iam hinc praeiudicare debebunt Christum humanis passionibus obiectum eius dei esse, cui humanitates exprobrantur a uobis? nam et profitemur Christum semper egisse in dei patris nomine, ipsum ab initio conuersatum, ipsum congressum cum patriarchis et prophetis, filium creatoris, sermonem eius, quem ex semetipso proferendo filium fecit et exinde omni dispositioni suae uoluntatique praefecit, diminuens illum modico citra angelos, sicut apud eum scriptum est. qua diminutione in haec quoque dispositus est a patre, quae ut humana reprehenditis, ediscens iam inde a primordio [iam inde hominem] quod erat futurus in fine. ille est, qui descendit, ille, qui interrogat, ille, qui postulat, ille, qui iurat. ceterum quia patrem nemini uisum etiam commune testabitur euangelium, dicente Christo: nemo cognouit patrem nisi filius. ipse enim et ueteri testamento pronuntiarat: deum nemo uidebit et uiuet, patrem inuisibilem determinans, in cuius auctoritate et nomine ipse erat deus, qui uidebatur dei filius. sed et penes nos Christus in persona Christi accipitur, quia et hoc

6] cf. Phil. 2, 8. 15] cf. Ps. 8, 6. 22] Matth. 11, 27. 23] Exod. 33, 20.

2 deuersatum MR^1, diuersatum R^3 *uulgo* 6 subiceretur *M*, subiceret *R uulgo* 8 an *notione rariore = nonne: sind es nicht etwa eben diese Kleinheiten, welche . . .* 9 hinc *om. Gel* 10 cui *M*, cuius *R* 11 $\overset{u}{*}$obis *M* (u *s. u. a m. 1*) 14 et *Lat:* ut *MR* 16 eum (*scil.* deum creatorem) *MR*, Dauid *Urs* 17 haec MR^3, hac R^1 18 iam inde hominem *seclusit Eng: sed fortasse et hic duplex agnoscenda est recensio:* 1) ediscens iam inde hominem, b) ediscens iam inde a primordio quod erat futurus in fine 20 quia *c. acc. c. inf. coniunctum et apud alios auctores inueniri recte monet Eng: seclusit Pam* 25 *fort. sic transponendum:* sed et in persona Christi penes nos Christus accipitur

modo noster est. igitur quaecumque exigitis deo digna, habebuntur in patre inuisibili incongressibilique et placido et, ut ita dixerim, philosophorum deo, quaecumque autem ut indigna reprehenditis, deputabuntur in filio et uiso et audito et congresso, arbitro patris et ministro, miscente in semetipso hominem et deum, in uirtutibus deum, in pusillitatibus hominem, ut tantum homini conferat quantum deo detrahit. totum denique dei mei penes uos dedecus sacramentum est humanae salutis. conuersabatur deus ⟨humane,⟩ ut homo diuine agere doceretur. ex aequo agebat deus cum homine, ut homo ex aequo agere cum deo posset. deus pusillus inuentus est, ut homo maximus fieret. qui talem deum dedignaris, nescio, an ex fide credas deum crucifixum. quanta itaque peruersitas uestra erga utrumque ordinem creatoris? iudicem eum designatis, et seueritatem iudicis secundum merita causarum * congruentem pro saeuitia exprobratis; deum optimum exigitis, et lenitatem eius benignitati congruentem, pro captu mediocritatis humanae deiectius conuersatam, ut pusillitatem depretiatis. nec magnus uobis placet nec modicus, nec iudex nec amicus. quid, si nunc eadem et in uestro deprehendantur? iudicem quidem et illum esse iam ostendimus in libello suo et de iudice necessarie seuerum et de seuero scilicet saeuum, si tamen saeuum.

28. Nunc et de pusillitatibus et malignitatibus ceterisque notis et ipse aduersus Marcionem antithesîs aemulas faciam. si ignorauit deus meus esse alium super se, etiam tuus omnino non sciit esse alium infra se. quid enim ait Heraclitus ille tenebrosus? e a d e m u i a s u r s u m e t d e o r s u m. denique si

28] Heraclit. fragm. 60 ed. Diels.

6 in uirtutibus deum *om. M* 9 conuersabatur R^3, conseruabatur MR^1 humane *addidi* diuine *MF*, diuina *R uulgo* 14 iudici *Urs* 15 *lacunam signaui:* iustitiae *desidero* 20 nunc *Urs:* non *MR* 22 scilicet *Lat:* sicut *MR,* sic et *Oehlerus* 25 ipse R^3, ipsum MR^1 antithesis *M*, antitheseis *R*, antitheses *reliqui* 27 sciit *F*, scit *M* (i *add. m. 1*), sciuit *R uulgo* quid *scripsi:* quod *MR* 28 tenebrosus. eadem *uulgo*

non ignorasset, et ab initio ei occurrisset. delictum et mortem et ipsum auctorem delicti diabolum et omne malum, quod deus meus passus est esse, hoc et tuus, qui illum pati passus est. mutauit sententias suas deus noster. proinde quam et uester. qui enim genus humanum tam sero respexit, eam sententiam mutauit, qua tanto aeuo non respexit. paenituit in aliquo deum nostrum. sed et uestrum. eo enim, quod tandem animaduertit ad hominis salutem, paenitentiam dissimulationis pristinae fecit, debitam malo facto. porro malum factum deputabitur neglegentia salutis humanae, non nisi per paenitentiam emendata apud deum uestrum. mandauit fraudem deus noster, sed auri et argenti. quanto autem homo pretiosior auro et argento, tanto fraudulentior deus uester, qui hominem domino et factori suo eripit. oculum pro oculo reposcit deus noster. sed et uester uicem prohibens iterabilem magis iniuriam facit. quis enim non rursus percutiet non repercussus? nesciit deus noster, quales adlegeret. ergo nec uester. Iudam ⟨enim⟩ traditorem non adlegisset, si praescisset. si et mentitum alicubi dicis creatorem, longe maius mendacium est in tuo Christo, cuius corpus non fuit uerum. multos saeuitia dei mei absumpsit. tuus quoque deus quos saluos non facit utique in exitium disponit. deus meus aliquem iussit occidi. tuus semetipsum uoluit interfici, non minus homicida in semetipsum quam in eo, a quo uellet occidi. multos autem occidisse deum eius probabo Marcioni. nam fecit homicidam populum, utique periturum, nisi si nihil deliquit in Christum. sed expedita uirtus ueritatis paucis amat. multa mendacio erunt necessaria.

29. Ceterum ipsas quoque antithesîs Marcionis comminus cecidissem, si operosiore destructione earum egeret defensio crea-

6] cf. Gen. 6, 6. 11] cf. Exod. 3, 22; 11, 2; 12, 35. 14] cf. Exod. 21, 24.

2 quod *Urs:* quem *MR*, quae *Pam* 4 quam *M*, qua *R* 6 in aliquo *M*, mali quo *R*, mali in aliquo *R*³*G uulgo* 9 pristinae *Rig:* pristinam *MR* 16 nesciit *Urs:* nescit *MR* 17 enim *add. Eng* 23 eo *MR*¹, eum *R*³ *uulgo* 25 homicidam populum *scripsi:* homicidam *MR* 26 nisi si *scripsi:* nisi si populus *MR* 27 mendacio *MR*³, mendacia *R*¹ 28 comminus *MF*, cominus *R uulgo* 29 operosiore *M* (i *add. m. 1*) egeret *R*, ageret *M*

toris, tam boni quam et iudicis secundum utriusque partis exempla congruentia deo, ut ostendimus. quodsi utraque pars, bonitatis atque iustitiae, dignam plenitudinem diuinitatis efficiunt omnia potentis, compendio interim possum antithesîs retudisse, gestientes ex qualitatibus ingeniorum siue legum siue uirtutum discernere atque ita alienare Christum a creatore, ut optimum a iudice et mitem a fero et salutarem ab exitioso. magis enim eos coniungunt, quos in eis diuersitatibus ponunt, quae deo congruunt. aufer titulum Marcionis et intentionem atque propositum operis ipsius, et nihil aliud praestare * quam demonstrationem eiusdem dei, optimi et iudicis, quia haec duo in solum deum competunt. nam et ipsum studium in eis exemplis opponendi Christum creatori ad unitatem magis spectat. adeo enim ipsa et una erat substantia diuinitatis, bona et seuera, ut eisdem exemplis et in similibus argumentis et bonitatem suam uoluerit ostendere, in quibus praemiserat seueritatem, quia nec mirum erit diuersitas temporalis, si postea deus mitior pro rebus edomitis, qui retro austerior pro indomitis. ita per antithesîs facilius ostendi potest ordo creatoris a Christo reformatus quam repercussus, et redditus potius quam exclusus, praesertim ⟨cum⟩ deum tuum ab omni motu amariore secernas, utique et ab aemulatione creatoris scilicet. nam si ita est, quomodo eum antithesîs singulas species creatoris aemulatum demonstrant? agnoscam igitur et in hoc per illas deum meum zeloten, qui res suas arbustiores in primordiis bona, ut rationali, aemulatione maturitati praecurauerit suo iure, cuius antithesîs etiam ipse mundus eius agnoscet, ex contrarietatibus elementorum, summa tamen

6 a *om. M* 10 praestare *MR*[1], praestat *R*[3], praestaret *Oehlerus* 11 *lacunam signaui:* uidebitur *siue* relucebit *intercidisse uidetur* 13 in eis *M*, meis *R* 15 diuinitatis *scripsi:* diuinitatibus *MR* ut eisdem *scripsi:* et eisdem *MR* 16 et bonitatem *scripsi:* ut bonitatem *MR* 17 erit *M*, erat *R uulgo* 20 quam repercussus *Leopoldus:* quo repercussus *MR* 21 cum *addidit Leopoldus* 23 quomodo *MR*[1], quoniam *R*[3] 26 maturitati *scripsi:* maturitatis *MR*

ratione, modulatus. quam ob rem, inconsiderantissime Marcion, alium deum lucis ostendisse debueras alium uero tenebrarum, quo facilius alium bonitatis alium seueritatis persuasisses. ceterum eius erit antithesis, cuius est et in mundo.

LIBER TERTIVS.

1. Secundum uestigia pristini operis, quod amissum reformare perseueramus, iam hinc ordo de Christo, licet ex abundanti post decursam defensionem unicae diuinitatis. satis etenim praeiudicatum est Christum non alterius dei intellegendum quam creatoris, cum determinatum est alium deum non credendum praeter creatorem, quem adeo Christus praedicauerit et deinceps apostoli non alterius Christum adnuntiauerint quam eius dei, quem Christus praedicauit, id est creatoris, ut nulla mentio alterius dei atque ita nec alterius Christi agitata sit ante scandalum Marcionis. facillime hoc probatur apostolicarum et haereticarum ecclesiarum recensu, illic scilicet pronuntiandam regulae interuersionem, ubi posteritas inuenitur. quod etiam primo libello intexui. sed et nunc congressio ista seorsus in Christum examinatura eo utique proficiet, ut, dum Christum probamus creatoris, sic quoque deus excludatur Marcionis. decet ueritatem totis uiribus uti suis, non ut laborantem, — ceterum in praescriptionum compendiis uincit — sed [decretum est] ut gestientem ubique aduersario occurrere, in tantum furenti, ut facilius praesumpserit eum uenisse Christum, qui numquam sit adnuntiatus, quam eum, qui semper sit praedicatus.

5 EXPLICIT ADVERSVS MARCIONĒ L̄B II. INCIPIT LIB̄ TERCIV^{s} *M*, Explicit Q. Septimi Florentis Tertulliani aduersus Marcionem liber secundus; incipit eiusdē liber tertius *F* 6 secundum uestigia *R*, ut etiam autem (*in maiuscula miniata*) *M* 18 intexui. sed R^3, intexuisset MR^1 19 seorsus *M*, seorsum *R* 20 excludatur Marcionis MR^3, Marcionis excludatur R^1 22 *parenthesin indicaui* 23 decretum est *seclusi: uerborum ordinem inuertere uult van der Vliet hoc modo:* sed decretum est, non ut laborantem, <sed> ut gestientem (= ouantem?) ubique aduersario occurrere

2. Hinc denique gradum consero, an debuerit tam subito uenisse, primo qua et ipse dei sui filius, — hoc enim ordinis fuerat, ut ante pater filium profiteretur quam patrem filius et ante pater de filio testaretur quam filius de patre — dehinc et qua missus, praeter filii nomen. proinde enim praecessisse debuerat mittentis patrocinium in testimonium missi, quia nemo ueniens ex alterius auctoritate ipse eam sibi ex sua adfirmatione defendit, sed ab ipsa defendi se potius expectat, praeeunte suggestu eius, qui auctoritatem praestat. ceterum nec filius agnoscetur quem numquam pater nuncupauit nec missus credetur quem numquam mandator designauit, nuncupaturus pater et designaturus mandator, si fuisset. suspectum habebitur omne quod exorbitarit a regula rerum, quae principales gradus non sinit posterius agnosci: patrem post filium et mandatorem post mandatum et deum post Christum. nihil origine sua prius est in agnitione, quia nec in dispositione. 'subito filius et subito missus et subito Christus'. atquin nihil putem a deo subitum, quia nihil a deo non dispositum. si autem dispositum, cur non et praedicatum, ut probari posset et dispositum ex praedicatione et diuinum ex dispositione? et utique tantum opus, quod scilicet humanae saluti parabatur, uel eatenus subitum non fuisset, qua per fidem profuturum. in quantum enim credi habebat, ut prodesset, in tantum paraturam desiderabat, ut credi posset, substructum fundamentis dispositionis et praedicationis, quo ordine fides informata merito et homini indiceretur a deo et deo exhiberetur ab homine, ex agnitione debens credere, quia posset, quae scilicet credere didicisset ex praedicatione.

3. 'Non fuit', inquis, 'ordo eiusmodi necessarius, quia statim se et filium et missum et dei Christum rebus ipsis esset

2 qua *scripsi:* quia *MR* *parenthesin indicaui* 3 fuerat *MF*, fuerit *R* 5 qua *MR*, quia *Rig* 8 defendi se *Rig:* defendisse *M*, defunsione *F*, defensionem *R* 13 exorbitaria regula *M* rerum quae *scripsi:* rerumque *MR* principales *M*, principalis *R uulgo* 15 deum post Christum R^3, Christum post deum MR^1 16 qua *Oehlerus* 19 non et *M*, et non *R uulgo* 24 substructum (*scil. opus*) *scripsi:* substructam *MR* 25 indiceretur MR^3, indicaretur R^1 26 debens MR^3, debes R^1

probaturus per documenta uirtutum'. at ego negabo solam hanc illi speciem ad testimonium competisse, quam et ipse postmodum exauctorauit. siquidem edicens multos uenturos et signa facturos et uirtutes magnas edituros ⟨ad⟩ auersionem etiam electorum, nec ideo tamen admittendos, temerariam signorum et uirtutum fidem ostendit, ut etiam apud pseudochristos facillimarum. aut quale est, si inde se uoluit probari et intellegi et recipi, ex uirtutibus dico, unde ceteros noluit, aeque et ipsos tam subito uenturos quam a nullo auctore praedicatos? si quia prior eis uenit et prior uirtutum documenta signauit, idcirco, quasi locum in balneis, ita fidem occupauit, posteris quibusque praeripuit, uide, ne et ipse in condicione posteriorum deprehendatur, posterior inuentus creatore, ante iam cognito et proinde uirtutes ante operato et non aliter praefato non esse aliis credendum, post eum scilicet. igitur si priorem uenisse et priorem de posteris pronuntiasse hoc fidem † cludet, praedamnatus erit et ipse iam ab eo, quo posterior est agnitus, et solius erit auctoritas creatoris hoc in posteros constituendi, qui nullo posterior * non potuit. iam nunc, cum probaturus sim creatorem easdem uirtutes, quas solas ad fidem Christo tuo uindicas, interdum per famulos suos retro edidisse interdum per Christum suum edendas destinasse, possum et ex hoc merito praescribere tanto magis Christum ⟨tuum⟩ non ex solis uirtutibus credendum fuisse, quanto illum non alterius quam creatoris interpretari potuissent, ut respondentes uirtutibus creatoris et editis per famulos suos et in Christum suum repromissis. quamquam, et si alia documenta inuenirentur in tuo Christo,

4] cf. Marc. 13, 22. cf. Matth. 24, 24.

3 exauctorauit, siquidem *uulgo* 4 ad *add. Eng* 8 ceteros R^{3}, ceteris MR^{1} 11 ita ⟨sibi⟩ *fort.* 14 non aliter *MR*, nominaliter *Iun*, nominatim *Lat* 15 si MR^{3}, sic R^{1} 16 cludet *MR*, eludet *F*, excludet *fort.* (*ea qua uti solet auctor significatione: ausbrüten = hervorbringen*), cudet (*cudere = prägen*) *Eng* 17 quo *MR*, quod *Gel uulgo* 18 posteros $MR^{3}G$, posteris R^{1} 19 *lacunam signaui:* praedamnari *desidero* non potuit MR^{1}, esse potuit R^{3} *uulgo* 23 tuum *addidi* 25 interpretari = *probare, ut uidetur, nisi malis pro* illum *rescribere* illae *et* interpretari *accipere sensu passiuo* respondentes MR^{1}, respondentem R^{3}

noua scilicet, facilius crederemus etiam noua eiusdem esse, cuius et uetera, quam cuius tantummodo noua, egentia experimentis fidei uictricis uetustatis, ut sic quoque praedicatus uenire debuerit tam praedicationibus propriis exstruentibus ei fidem quam et uirtutibus, praesertim aduersus Christum creatoris uenturus et signis et prophetiis propriis munitum, ut aemulus Christi per omnes diuersitatum species reluceret. sed quomodo a deo numquam praedicato Christus eius praedicaretur? hoc est ergo, quod exigis: nec deum nec Christum tuum credi, quia et deus ignotus esse non debuit et Christus agnosci per deum debuit.

4. Dedignatus, opinor, est imitari ordinem dei nostri, ut displicentis, ut cum maxime reuincendi. nouus noue uenire uoluit, filius ante patris professionem et missus ante mandatoris auctoritatem, ut et ipsam fidem monstruosissimam induceret, qua ante crederetur Christum uenisse quam sciretur fuisse. competit mihi etiam illud retractare, cur non post Christum uenerit. nam cum intueor deum eius tanto aeuo patientissimum acerbissimi creatoris, adnuntiantis interea in homines Christum suum, quacumque id ratione fecit, tam reuelationem quam intercessionem suam differens, eadem ratione dico illum patientiam debuisse creatori in Christo quoque suo dispositiones suas executuro, ut perfecta et expleta omni operatione aemuli dei et aemuli Christi tunc et ipse proprias dispositiones superduceret. ceterum ⟨si⟩ paenitentia tantae patientiae fecit, quod non in finem rerum creatoris perseuerauerit, uane sustinuit praedicari Christum eius, quem non sustinuit exhiberi. aut sine causa intercidit temporis alieni decursum aut sine causa tam diu non intercidit. quid illum detinuit, quidue turbauit? atquin in utrumque commisit, post creatorem quidem tam tarde reuelatus, ante Christum uero eius tam propere.

6 uenturus *scripsi:* uenturum *MR* prophetiis *scripsi:* prophetis *MR* 9 exigis (= *du erreichst*) *scripsi:* exigit *MR* 13 displicentem *fort.* 15 ipsam *M*, ipse *R* 18 Christum ⟨meum⟩ *fort.* deum *scripsi:* dominum *MR* 19 aceruissimi *M* 21 ratione *R*, rationem *MF* 25 si *addidi* 26 perseuerauerit. uane *uulgo* 29 non *om. F*

alterum [uero] iam dudum debuerat traduxisse alterum nondum, ne illum quidem tam diu saeuientem sustinuisset, istum uero adhuc quiescentem inquietasset, circa ambos excidens ab optimi dei titulo, certe uarius et ipse et incertus, tepidus scilicet in creatorem et calidus in Christum et uanus utrobique. non magis enim compescuit creatorem quam obstitit Christo. manet et creator, qualis omnino est; ueniet et Christus, qualis et scribitur. quid uenit post creatorem, quem emendare non ualuit? quid ante Christum eius reuelatus est, quem reuocare non potuerit? aut si emendauit creatorem, post illum reuelatus, ut emendanda praecederent, ergo et Christum eius aeque emendaturus expectasse debuerat, proinde et illius posterior emendator futurus sicut creatoris. aliud est, si et ipse post illum rursus adueniet, ut primo quidem aduentu processerit aduersus creatorem, legem et prophetas destruens eius, secundo uero procedat aduersus Christum, regnum redarguens eius. tunc ergo conclusurus ordinem suum, tunc, si forte, credendus est. aut si iam hinc perfecta res est eius, uane ergo uenturus est, nihil scilicet peracturus.

5. His proluserim quasi de gradu primo adhuc et quasi de longinquo. sed exhinc iam ad certum et comminus dimicaturus, uideo aliquas etiamnunc lineas praeducendas, ad quas erit dimicandum, ad scripturas scilicet creatoris. secundum eas enim probaturus Christum creatoris fuisse, ut postea Christo suo adimpletas, necesse habeo ipsarum quoque scripturarum formam et, ut ita dixerim, naturam demandare, ne tunc in controuersiam deductae, cum adhibentur ad causas, et sua et causarum defensione commixta obtundant lectoris intentionem.

1 uero *seclusi:* alterum ergo *Eng* 2 sustinuisset *Eng:* sustinuisse *MR* 3 inquietasset *MF*, inquietasse *R uulgo* 8 creatorem *om. F* 9 reuelatus *R*, reuelatum *MF* 10 reuelatus *MR,* reuelatus est *Rig* (*nescio unde*) *Oehlerus* 11 praecederent. ergo *Rig Oehlerus* 20 proluserim *MF*, praeluserim *R* 21 exhinc iam *scripsi:* et hinc iam *MR* comminus *M*, communis *F*, cominus *R* 24 ut postea ⟨a⟩ Christo suo *fort.* 28 commixta *scripsi:* commixtae *MR*

duas itaque causas prophetici eloquii adlego agnoscendas abhinc aduersariis nostris: unam, qua futura interdum pro iam transactis enuntiantur. nam et diuinitati competit quaecumque decreuerit ut perfecta reputare, quia non sit apud illam differentia temporis, apud quam uniformen statum temporis dirigit aeternitas ipsa, et diuinationi propheticae magis familiare est id. quod prospiciat, dum prospicit, iam uisum atque ita iam expunctum, id est omni modo futurum, demonstrare, sicut per Esaiam: dorsum meum posui in flagella, maxillas autem meas in palmas, faciem meam uero non auerti a sputaminibus. siue enim Christus iam tunc in semetipsum, secundum nos, siue prophetes de semetipso, secundum Iudaeos, pronuntiabat, nondum tamen factum pro iam transacto sonabat. alia species erit, qua pleraque figurate portenduntur per aenigmata et allegorias et parabolas, aliter intellegenda quam scripta sunt. nam et montes legimus destillaturos dulcorem, non tamen, ut sapam de petris aut defrutum de rupibus speres, et terram audimus lacte et melle manantem, ⟨non tamen,⟩ ut de glebis credas te umquam placentas et Samias coacturum, quia nec statim aquilicem et agricolam se deus repromisit dicens: ponam flumina in regione sitienti et in solitudine buxum et cedrum; sicut et praedicans de nationum conuersione: benedicent me bestiae agri, sirenes et filiae passerum, non utique ab hirundinum pullis et uulpeculis et illis monstruosis fabulosisque cantricibus fausta omina relaturus est. et quid ego de isto genere amplius? cum etiam haereticorum apostolus ipsam legem indulgentem bobus terentibus os liberum non de bobus, sed de nobis interpretetur, et petram, potui subministrando

9] Es. 50, 6. 16] cf. Ioel 3, 18. 17] cf. Exod. 3, 8. 20] Es. 41, 19. 22] Es. 43, 20. 27] cf. I Cor. 9, 9—10. cf. Deut. 5, 25. 28] cf. I Cor. 10, 4.

5 temporum *Pam* 6 ipsa. et *uulgo* 10 uero *om. F* 17 defrutum MR^3, defructum *F*, fructum R^1 18 non tamen *add.* R^3, *om.* MR^1 19 Samias *MR*, psomias *Lat* cocturum *Leopoldus* 21 in (*alt. loco*) *om. F* cedrum et buxum *Pam* 24 uulpiculis *M* fabulosisque *om. F* 26 ethnicorum *Lat* 27 bobus (*utroque loco*) *M*, bubus *R uulgo*

comitem, Christum adleget fuisse, docens proinde et Galatas duo argumenta filiorum Abrahae allegorice cucurrisse, et suggerens Ephesiis, quod in primordio de homine praedicatum est, relicturo patrem et matrem et futuris duobus in unam carnem, id se in Christum et ecclesiam agnoscere.

6. Si satis constat de istis interim duabus proprietatibus Iudaicae litteraturae, memento, lector, constitisse, ut, cum tale quid adhibuerimus, non retractetur de forma scripturae, sed de statu causae. cum igitur haeretica dementia eum Christum uenisse praesumeret, qui numquam fuerat adnuntiatus, sequebatur, ut eum Christum nondum uenisse contenderet, qui semper fuerat praedicatus; atque ita coacta est cum Iudaico errore sociari et ab eo argumentationem sibi struere, quasi Iudaei, certi et ipsi ali⟨en⟩um fuisse qui uenit, non modo respuerint eum ut extraneum uerum et interfecerint eum ut aduersarium, agnituri sine dubio et omni officio religionis prosecuturi, si ipsorum fuisset. scilicet nauclero illi non quidem Rhodia lex, sed Pontica cauerat errare Iudaeos in Christum suum non licere, quando, et si nihil tale praedicatum in illos inueniretur, uel sola utique humana condicio deceptui obnoxia persuasisset Iudaeos errare potuisse, qua homines, nec statim praeiudicium sumendum de sententia eorum, quos credibile fuerit errasse. porro cum et praedicatum sit non agnituros eos Christum ideoque etiam perempturos, iam ergo ipse erit et ignoratus et interemptus ab illis, in quem ita admissuri praenotabantur. hoc si probari exigis, non eas scripturas euoluam, quae interemptibilem Christum edicentes utique et ignorabilem adfirmant, — nisi enim ignoratus nihil scilicet pati posset — sed reseruatis eis ad causam passionum eas praedicationes in praesenti sufficiet adhibere, quae interim ignorabilem probent Christum, et hoc breuiter, dum ostendunt omnem uim intel-

1] cf. Gal. 4, 22—25. 3] cf. Eph. 5, 31—32.

1 galathas *MF* 2 duo *om. F* 6 satis est *F* 14 alienum *scripsi:* alium *MR* 18 cauerit *F* 23 fuerat *Oehlerus* 24 peremturos *M* 27 interemtibilem *M* et ignorabilem *MF*, ignorabilem *R*

lectus ademptam populo a creatore. auferam, inquit, sapientiam sapientium illorum et prudentiam prudentium eorum abscondam, et: aure audietis et non audietis et oculis uidebitis et non uidebitis: incrassatum est enim cor populi huius et auribus grauiter audierunt et oculos concluserunt, ne quando auribus audiant et oculis uideant et corde coniciant et conuertantur et sanem illos. hanc enim obtusionem salutarium sensuum meruerant, labiis diligentes deum, corde autem longe absistentes ab eo. igitur si Christus quidem adnuntiabatur a creatore solidante tonitruum et condente spiritum et adnuntiante in homines Christum suum secundum Iohelem prophetam, si omnis spes Iudaeorum, ne dicam etiam gentium, in Christi reuelationem destinabatur, sine dubio id demonstrabantur non agnituri et non intellecturi ablatis agnitionis et intellegentiae uiribus, sapientia atque prudentia, quod adnuntiabatur, id est Christus, erraturis in eum principalibus sapientibus eorum, id est scribis, et prudentibus eorum, id est Pharisaeis, pariter et populo auribus audituro et non audituro, utique Christum docentem, et oculis uisuro et non uisuro, utique Christum signa facientem, secundum quod et alibi: et quis caecus, nisi pueri mei? et quis surdus, nisi qui dominatur eorum? sed et cum exprobrat per eundem Esaiam: filios generaui et exaltaui, at illi me reiecerunt; agnouit bos possessorem suum et asinus praesepe domini sui, Israhel autem me non cognouit et populus me non intellexit. nos quidem certi Christum semper in prophetis locutum, — spiritum scilicet creatoris, sicut propheta testatur:

1] Es. 29, 14. 3] Es. 6, 9—10. 9] cf. Es. 29, 13. 10] cf. Am. 4, 13. 21] Es. 42, 19. 23] Es. 1, 3.

8 obtusionem *M*, obtunsionem *R* 11 condente *Lat:* concludente *MR* 12 iohelem *M*, Ioelem *R*, Amos *Pam* 13 ne *Urs* (ne dicam etiam *cf. 387, 23*): nedum *MR* 16 sapientia atque prudentia *R*, sapientiam atque prudentiam *MF* 18 prudentibus eorum *MF*, prudentibus *R* 22 dominantur *fort.*

persona spiritus nostri Christus dominus — qui ab initio uicarius patris in dei nomine et auditus sit et uisus, scimus ipsius uoces eiusmodi fuisse, iam tunc Israheli exprobrantis quae in illum commissuri praedicabantur: dereliquistis dominum et in iram prouocastis sanctum Israhel. si uero non in Christum, sed in ipsum potius deum uolueris referre omnem Iudaicae ignorantiae de pristino reputationem, nolens etiam retro sermonem et spiritum, id est Christum creatoris, despectum ab eis et non agnitum, sic quoque reuinceris. non negans enim filium et spiritum et substantiam creatoris esse Christum eius, concedas necesse est eos, qui patrem non agnouerint, nec filium agnoscere potuisse per eiusdem substantiae condicionem, cuius si plenitudo intellecta non est, multo magis portio certe, qua plenitudinis consors. his ita dispectis iam apparet, quomodo et respuerint Iudaei Christum et interemerint, non ut extraneum Christum intellegentes, sed ut suum non agnoscentes, quia nec extraneum intellegere potuissent de quo nihil umquam fuerat adnuntiatum, cum intellegere potuissent de quo semper fuerat praedicatum. id enim intellegi uel non intellegi capit, quod habendo substantiam praedicationis habebit et materiam uel agnitionis uel erroris. quod uero materia ⟨ea⟩ caret, non admittit sapientiae euentum. et adeo non qua alterius dei Christum auersati persecutique sunt, sed qua solummodo hominem, quem planum in signis et aemulum in doctrinis existimabant, ut et ipsum hominem qua suum, id est Iudaeum, sed Iudaismi exorbita-

1] Thren. 4, 20. 4] Es. 1, 4.

1 Christus dominus R^3, Christum dominum MR^1 qui MR^3F, quia R^1 3 exprobrantis R^3, exprobranti MR^1 4 dereliquistis MR^3, dereliquisti R^1 5 prouocastis MR^3F, prouocasti R^1 6 si uero R^3, uero si MR^1 14 portio, certe *uulgo* 17 quia nec MR^1, qui enim R^3 *uulgo* 19 cum R^3, non MR^1 potuissent MR^1, ⟨non⟩ potuissent R^3 *uulgo* 20 habendo *R*, habentes *M* 22 ea *addidi* 23 quia adeo *F* non qua R^3, non aeque MR^1 24 sunt, sed *MR*, scilicet sed *F*

torem et destructorem, deduxerint in iudicium et suo iure punierint, alienum scilicet non iudicaturi. tanto abest, ut alienum Christum intellexisse uideantur qui nec hominem eius ut alienum iudicauerunt.

7. Discat nunc haereticus ex abundanti cum ipso licebit Iudaeo rationem quoque errorum eius, a quo ducatum mutuatus in hac argumentatione, caecus a caeco, in eandem decidit foueam. duos dicimus Christi habitus a prophetis demonstratos totidem aduentus eius praenotasse: unum in humilitate, utique primum, cum tamquam ouis ad uictimam deduci habebat et tamquam agnus ante tondentem sine uoce, ita non aperiens os, ne aspectu quidem honestus. adnuntiauimus enim, inquit, de illo: sicut puerulus, sicut radix in terra sitienti, et non est species eius neque gloria, et uidimus eum, et non habebat speciem neque decorem, sed species eius inhonorata, deficiens citra filios hominum, homo in plaga et sciens ferre infirmitatem, ut positus a patre in lapidem offensionis et petram scandali, minoratus ab eo modicum citra angelos, uermem se pronuntians et non hominem, ignominiam hominis et nullificamen populi. quae ignobilitatis argumenta primo aduentui competunt sicut sublimitatis secundo, cum fiet iam non lapis offensionis nec petra scandali, sed lapis summus angularis post reprobationem adsumptus et sublimatus in consummationem templi, ecclesiae scilicet, et petra sane illa apud Danihelem de monte praecisa, quae imaginem saecularium regnorum comminuet et conteret. de quo aduentu idem prophetes: et ecce cum nubibus caeli tamquam filius hominis ueniens uenit usque ad uete-

5—388, 19] cf. adu. Iudaeos cap. 14. 7] cf. Matth. 15, 14; Luc. 6, 39. 10—12] cf. Es. 53, 7. 12] cf. Es. 53, 2. 3. 17] cf. Rom. 9, 33. I Petr. 2, 6. 7. cf. Es. 28, 16; 8, 14. 18] cf. Ps. 8, 6. 19] cf. Ps. 21, 7. 23] cf. Es. 28, 16; Ps. 117, 22; Eph. 2, 21; I Petr. 2, 4—6. 27] Dan. 7, 13. 14.

5 discat *MRF*, dicat *R*[1] abunti *M* 7 decidit *MR*[1], deductus *R*[3] 9 totidem *om. F* 12 os *MR*, os<suum> *Pam* ne *MR*, nec *FPam* 27 aduentu *MR*, <secundo> aduentu *Pam*

rem dierum. aderat in conspectu eius, et qui adsistebant adduxerunt illum. et data est ei potestas regia et omnes nationes terrae secundum genera et omnis gloria famulabunda. et potestas eius usque in aeuum quae non auferetur, et regnum eius quod non uitiabitur. tunc scilicet habiturus est speciem honorabilem et decorem indeficientem super filios hominum, — tempestiuus enim, inquit, decore citra filios hominum, effusa est gratia in labiis tuis; propterea benedixit te deus in aeuum. accingere ensem super femur tuum, potens tempestiuitate tua et pulchritudine tua — cum et pater, posteaquam diminuit eum modicum quid citra angelos, gloria et honore coronabit illum et subiciet omnia pedibus eius. tunc et cognoscent eum qui compugerunt et caedent pectora sua tribus ad tribum, utique quod retro non agnouerunt eum in humilitate condicionis humanae: et homo est, inquit Hieremias, et quis cognoscet illum? quia et: natiuitatem eius, Esaias, quis, inquit, enarrabit? sic et apud Zachariam in persona Iesu, immo et in ipso nominis sacramento, uerus summus sacerdos patris, Christus Iesus, duplici habitu in duos aduentus deliniatur, primo sordidis indutus, id est carnis passibilis et mortalis indignitate, cum et diabolus aduersabatur ei, auctor scilicet Iudae traditoris, ne dicam etiam post baptisma temptator, dehinc despoliatus pristinas sordes et exornatus podere et mitra et cidari munda, id est secundi aduentus gloria et honore. si enim et duorum hircorum, qui ieiunio offerebantur, faciam interpretationem, nonne et illi utrumque ordinem

7] Ps. 44, 3—5. 12] cf. Ps. 8, 6. 13] cf. Ps. 8, 7. 14] cf. Zach. 12, 10, 12. Ioh. 19, 37. 16] Hier. 17, 9. 17] Es. 53, 8. 18] cf. Zach. 3, 3—5. 26] cf. Leu. 16, 5—10.

1 <et> aderat *Pam* 6 uitiabitur. tunc *Eng:* uitiabitur, tunc *uulgo* est *Eng* (*loc. gem. secutus*): et *MR* 7 supra *F* *parenthesin indicauit Eng* 9 in aeternum *F* 13 <sub> pedibus *Pam* 16 humanae <constitutum> *Pam* 19 ipsius *Pam* 25 cidari munda *R*, cidarim mundam *M* 26 enim *non satis apte hic poni uidetur; aptius certe in loco gemello, quippe ubi antecedant aliqua de Iosedech sacerdote, quae an hic interciderint suo iure dubitat Eng*

Christi figurant? pares quidem atque consimiles propter eundem domini conspectum, quia non in alia uenturus est forma, ut qui agnosci habeat a quibus laesus est. alter autem eorum circumdatus coccino, maledictus et consputatus et conuulsus et compunctus, a populo extra ciuitatem abiciebatur in perditionem, manifestis notatus insignibus dominicae passionis, alter uero pro delictis oblatus et sacerdotibus templi in pabulum datus secundae repraesentationis argumenta signabat, qua delictis omnibus expiatis sacerdotes templi spiritalis, id est ecclesiae, dominicae gratiae quasi uisceratione quadam fruerentur, ieiunantibus ceteris a salute. igitur quoniam primus aduentus et plurimum figuris obscuratus et omni inhonestate prostratus canebatur, secundus uero et manifestus et deo condignus, idcirco, quem facile et intellegere et credere potuerunt, eum solum intuentes, id est secundum, non inmerito decepti sunt circa obscuriorem, certe indigniorem, id est primum. atque ita in hodiernum negant uenisse Christum suum, quia non in sublimitate uenerit, dum ignorant etiam in humilitate fuisse uenturum.

8. Desinat nunc haereticus a Iudaeo, aspis, quod aiunt, a uipera, mutuari uenenum, euomat iam hinc proprii ingenii uirus, phantasma uindicans Christum. nisi quod et in ista sententia alios habebit auctores, praecocos et abortiuos quodammodo Marcionitas, quos apostolus Iohannes antichristos pronuntiauit, negantes Christum in carne uenisse, et tamen non, ut alterius dei ius constituerent, quia et de isto notati fuissent, sed quoniam incredibile praesumpserant deum carnem. quo magis antichristus Marcion sibi eam rapuit praesumptionem, aptior scilicet ad renuendam corporalem substantiam Christi,

24] cf. I Ioh. 2, 18. 22.

2 domini *Lat:* dominum *MR* 3 <et> laesus est. unus quidem eorum *Pam* 4 consputatus *M*, consputus *R* conuulsus est et *F* 7 oblatus *om. F* 10 fruerentur *R*, fruentur *M* 15 secundum <qui est in honore et gloria> *Pam* 22 in ista *M*, ista *R uulgo* 23 praecocos *MF*, praecoquos *R uulgo* abortiuos *R*, auorsiuos *M* 26 isto *MGR*^{3}, isti *R*^{1} 27 praesumserant *M* 28 praesumtionem *M* 29 apertior *F* rennuendam *M*

qui ipsum deum eius nec auctorem carnis induxerat nec resuscitatorem, optimum uidelicet et in isto et diuersissimum a mendaciis et fallaciis creatoris. et ideo Christus eius, ne mentiretur, ne falleret et hoc modo creatoris forsitan deputaretur, non erat quod uidebatur et quod erat mentiebatur: caro nec caro, homo nec homo. proinde deus, opinor, nec deus. cur enim non etiam dei phantasma portauerit? an credam ei de interiore substantia, qui sit de exteriore frustratus? quomodo uerax habebitur in occulto tam fallax repertus in aperto? quomodo autem, in semetipso ueritatem spiritus, fallaciam carnis confundens, negatam ab apostolo lucis, id est ueritatis, et tenebrarum, id est fallaciae, commisit communicationem? iam nunc, cum mendacium deprehenditur Christi caro, sequitur, ut et omnia, quae per carnem Christi gesta sunt, mendacio gesta sint, congressus contactus conuictus ipsae quoque uirtutes. si enim tangendo aliquem liberauit a uitio uel tactus ab aliquo, quod corporaliter actum est non potest uere actum credi sine corporis ipsius ueritate. nihil solidum ab inani, nihil plenum a uacuo perfici licuit. putatiuus habitus, putatiuus actus: imaginarius operator, imaginariae operae. sic nec passiones Christi eius fidem merebuntur. nihil enim passus est qui non uere est passus; uere autem pati phantasma non potuit. euersum est igitur totum dei opus. totum Christiani nominis et pondus et fructus, mors Christi, negatur, quam tam impresse apostolus demandat, utique ueram, summum eam fundamentum euangelii constituens et salutis nostrae et praedicationis suae. tradidi enim, inquit, uobis in primis, quod Christus mortuus sit pro peccatis nostris et quod sepultus sit et quod resurrexerit tertia die. porro, si caro eius negatur, quomodo mors eius adseueratur, quae propria carnis

11] cf. II Cor. 6, 14. 25] cf. I Cor. 15, 14. 27] I Cor. 15, 3—4.

6 homo, proinde *uulgo* opinor *scripsi:* Christus *MR* 10 fallaciam MR^1, fallacia R^3 *uulgo* 12 tenebrarum, id est fallaciae *scripsi:* fallaciae id est tenebrarum *MR* 13 Christi *Urs:* Christus *MR* 16 liberauit *R*, liberabit *MF* 29 resurrexerit *MF*, resurrexit *R*

est passio, per mortem reuertentis in terram, de qua est sumpta, secundum legem sui auctoris? negata uero morte, dum caro negatur, nec de resurrectione constabit. eadem enim ratione non resurrexit, qua mortuus non est, non habendo substantiam scilicet carnis, cuius sicut et mors ita et resurrectio est. proinde resurrectione Christi infirmata etiam nostra subuersa est. nec ea enim ualebit, propter quam Christus uenit, si Christi non ualebit. nam sicut illi, qui dicebant resurrectionem mortuorum non esse, reuincuntur ab apostolo ex resurrectione Christi, ita resurrectione Christi non consistente aufertur et mortuorum resurrectio. atque ita inanis est et fides nostra, inanis et praedicatio apostolorum. inueniuntur autem etiam falsi testes dei, quod testimonium dixerint, quasi resuscitauerit Christum, quem non resuscitauit. et sumus adhuc in delictis, et qui in Christo dormierunt, perierunt, sane resurrecturi, sed phantasmate forsitan, sicut et Christus.

9. In ista quaestione qui putaueris opponendos esse nobis angelos creatoris, quasi et illi in phantasmate, putatiuae utique carnis, egerint apud Abraham et Loth, et tamen uere sint et congressi et pasti et operati quod mandatum eis fuerat, primo non admitteris ad eius dei exempla, quem destruis. nam et quanto meliorem et perfectiorem deum inducis, tanto non competunt illi eius exempla, quo nisi diuersus in totum non erit omnino melior atque perfectior. dehinc scito nec illud concedi tibi, ut putatiua fuerit in angelis caro, sed uerae et solidae substantiae humanae. si enim difficile non fuit illi, putatiuae carni ueros et sensus et actus exhibere, multo facilius habuit, ueris et sensibus et actibus ueram dedisse substantiam carnis, uel qua proprius auctor et artifex eius.

1] cf. Gen. 3, 19. 8] cf. I Cor. 15, 12. 11] cf. I Cor. 15, 14. 12] cf. I Cor. 15, 15. 14] cf. Cor. 15, 17. 18.

1 reuertentis *Lat:* deuertentis *MR* 2 sumta *M* 7 est *om. F* 8 si Christi *M.* si Christus *R* ualebit *MR*, resurrexit *Pam* 10 resurrectione (*pr. loco*)—mortuorum *om. F* 12 inanis et *Iun:* inanis est *MR*, inanis est ⟨et⟩ *Pam* 23 exempla eius *M* (*corr. m. 1*) 27 carni *Kellnerus:* carnis *MR*

tuus enim deus eo, quod carnem nullam omnino produxerit, merito fortasse phantasma eius intulerit, cuius non ualuerat ueritatem, meus autem deus, qui illam de limo sumptam in hanc reformauit qualitatem, nondum ex semine coniugali et tamen carnem, aeque potuit ex quacumque materia angelis quoque adstruxisse carnem, qui etiam mundum ex nihilo in tot ac talia corpora, et quidem uerbo, aedificauit. et utique, si deus tuus ueram quandoque substantiam angelorum hominibus pollicetur, — erunt enim, inquit, sicut angeli — cur non et deus meus ueram substantiam hominum angelis accommodarit ⟨unde⟩unde sumptam? quia nec tu mihi respondebis, unde illa apud te angelica sumatur. sufficit mihi hoc definire, quod deo congruit, ueritatem scilicet eius rei, quam tribus testibus sensibus obiecit: uisui tactui auditui. difficilius deo mentiri quam carnis ueritatem ⟨unde⟩unde producere, licet non natae. ceterum et aliis haereticis, definientibus carnem illam in angelis ex carne nasci debuisse, si uere fuisset humana, certa ratione respondemus, qua et humana uere fuerit et innata: humana uere propter dei ueritatem, a mendacio et fallacia extranei, et quia non possent humanitus tractari ab hominibus nisi in substantia humana; innata autem, quia solus Christus in carnem ex carne nasci habebat, ut natiuitatem nostram natiuitate sua reformaret atque ita etiam mortem nostram morte sua dissolueret resurgendo in carne, in qua natus est, ut et mori posset. ideoque et ipse cum angelis tunc apud Abraham in ueritate quidem carnis apparuit, sed nondum natae, quia nondum moriturae, sed ediscentis iam inter homines conuersari. quo magis angeli, neque ad

9] Luc. 20, 36.

1 enim *scripsi:* autem *MR* deus eo *MR*, ab eo *F* 4 hanc—qualitatem *scripsi:* hac qualitate *MR* 5 carnem *om. F* 7 ac *MF*, et *R* 8 tuus *om. F* 10 et *om. F* 11 undeunde *Urs:* unde *MR* 12 sumatur, sufficit *uulgo* 15 undeunde *Lat:* unde *MR* 18 certa ratione = *mit dem bestimmten Grunde* qua *MR*, quia *Oehlerus* (*in notis*) 27 ediscentis *scripsi* (*cf. 373, 18 et de carne Chr. c. 6*): et discentes *MR*[1], discentis *R*[3]

moriendum pro nobis dispositi, breuem carnis commeatum non debuerunt nascendo sumpsisse, quia nec moriendo deposituri eam fuerant. sed ⟨unde⟩unde sumpta et quoquo modo omnino demissa, mentiti eam tamen non sunt. si creator facit angelos spiritus et apparitores suos ignem flagrantem, tam uere spiritus quam et ignem, idem illos uere fecit et carnem, ut nunc recordemur et haereticis renuntiemus eius esse promissum homines in angelos reformandi quandoque, qui angelos in homines formarit aliquando.

10. Igitur non admissus ad consortium exemplorum creatoris, ut alienorum et suas habentium causas, uelim edas et ipse consilium dei tui, quo Christum suum non in ueritate carnis exhibuit. si aspernatus est illam ut terrenam et, ut dicitis, stercoribus infersam, cur non et simulacrum eius proinde despexit? nullius enim dedignandae rei imago dignanda est: sequitur statum similitudo. 'sed quomodo inter homines conuersaretur, nisi per imaginem substantiae humanae'? cur ergo non potius per ueritatem, ut uere conuersaretur, si necesse habebat conuersari? quanto dignius necessitas fidem quam stropham administrasset! satis miserum deum instituis, hoc ipso, quod Christum suum non potuit exhibere nisi in indignae rei effigie, et quidem alienae. aliquatenus enim indignis conueniet uti, si nostris, sicut alienis non congruet uti, licet dignis. cur enim non in aliqua alia digniore substantia uenit, et inprimis sua, ne et indigna et aliena uideretur eguisse? si creator meus per rubum quoque et ignem, idem postea per nubem et globum cum homine congressus est et elementorum corporibus in repraesentationibus sui usus est, satis haec exempla diuinae

4] cf. Ps. 103, 4. 25] cf. Exod. 3, 2. 26] cf. Exod. 14, 19.

1 breuem *R*, breue *MF* 2 sumsisse *M* 3 fuerant, sed *uulgo* undeunde *Pam:* unde *MR* sumta *M*, sumptam *R* modo mentiti omnino *M* 4 demissa *scripsi:* dimissam *MR* 10 admissus R^3, admissum MR^1 11 suas *om.* *F* uel imendas *M* 12 tui R^3, uti MR^1 17 humanae *om.* *F* 19 stropham MR^3, stofam R^1, scofam *F* 22 aliquatenus *scripsi:* aliquantis *MR* uti si *M*, ut si R^1, uti R^3 26 idem R^3, id est MR^1

potestatis ostendunt deum non eguisse aut falsae aut etiam uerae carnis paraturae. ceterum si ad certum spectamus, nulla substantia digna est, quam deus induat. quodcumque induerit, ipse dignum facit, absque mendacio tamen. et ideo quale est, ut dedecus existimarit ueritatem potius quam mendacium carnis? atquin honorauit illam fingendo. quanta iam caro est, cuius phantasma necessarium fuit deo superiori!

11. Totas istas praestigias putatiuae in Christo corpulentiae Marcion illa intentione suscepit, ne ex testimonio substantiae humanae natiuitas quoque eius defenderetur atque ita Christus creatoris uindicaretur, ut qui nascibilis ac per hoc carneus adnuntiaretur. stultissime et hic Ponticus: quasi non facilius crederetur in deo caro non nata quam falsa, praestruentibus uel maxime fidem istam angelis creatoris in carne uera conuersatis nec tamen nata. nam et Philumene illa magis persuasit Appelli ceterisque desertoribus Marcionis ex fide quidem Christum circumtulisse carnem, nullius tamen natiuitatis, utpote de elementis eam mutuatum. quodsi uerebatur Marcion, ne fides carnis natiuitatis quoque fidem induceret, sine dubio qui homo uidebatur natus utique credebatur. nam et mulier quaedam exclamauerat: beatus uenter, qui te portauit, et ubera, quae hausisti. et quomodo mater et fratres eius dicti sunt foris stare? certe, cum et ipse se filium hominis praedicaret, natum scilicet profitebatur. et uidebimus de his capitulis suo in tempore: nunc, ut haec omnia ad euangelii distulerim examinationem, tamen quod supra statui: si omni modo natus credi habebat qui homo uidebatur, uane natiuitatis fidem consilio imaginariae carnis expugnandam putauit.

21] Luc. 11, 27. 22] cf. Luc. 8, 20.

2 paraturae *MF*, paratura *R uulgo* 13 in deo caro *scripsi:* caro in deo *MR* 15 magis *cf. supra* facilius 16 appelli *MF*, Apelli *R* 18 mutuatum *R*, mutuatam *MF* 24 *uerba* et uidebimus—tempore, *quae in libr. mss. paulo supra post* foris stare *leguntur, huc transtuli* 25 in tempore *MF*, tempore *R uulgo* 26 tamen quod supra statui *scil.* teneo, *quod nescio an pro* tamen *sit rescribendum* 28 expugnandam *MR*[1] (*cf. 394, 27*), expungendam *R*[3] *uulgo*

quid enim profuit non uere fuisse quod pro uero haberetur, tam carnem quam natiuitatem? aut si dixeris: uiderit opinio humana, iam deum tuum honoras fallaciae titulo, si aliud se sciebat esse quam quod homines fecerat opinari. iam tu potuisti etiam natiuitatem putatiuam illi accommodasse, ne in hanc quoque impegisses quaestionem. nam et mulierculae nonnumquam praegnantes sibi uidentur, aut sanguinis tributo aut aliqua ualitudine inflatae. et utique debuerat phantasmatis scaenam decucurrisse, ne originem carnis non desaltasset qui personam substantiae ipsius egisset. plane natiuitatis mendacium recusasti: ipsam enim carnem ueram edidisti. turpissimum scilicet dei etiam uera natiuitas. age iam, perora in illa sanctissima et reuerenda opera naturae, inuehere in totum quod es; carnis atque animae originem destrue; cloacam uoca uterum, tanti animalis, id est hominis, producendi officinam; persequere et partus inmunda et pudenda tormenta et ipsius exinde puerperii spurcos anxios ludicros exitus: tamen, cum omnia ista destruxeris, ut deo indigna confirmes, non erit indignior morte natiuitas et cruce infantia et natura poena et caro damnatione. si uere ista passus est Christus, minus fuit nasci; si mendacio passus est, ut phantasma, potuit et mendacio nasci. summa ista Marcionis argumenta, per quae alium efficit Christum, satis, opinor, ostendimus non consistere omnino, dum docemus magis utique competere deo ueritatem quam mendacium eius habitus, in quo Christum suum exhibuit. si ueritas fuit, caro fuit, si caro fuit, natus est. ea enim, quae expugnat haec haeresis, confirmantur, cum ea, per quae expugnat, destruuntur. itaque, si carneus habebitur, quia natus, et natus, quia carneus, quia phantasma

4 tu *scripsi:* tunc *MR* 9 carnis *MR*[3], carnem *R*[1] desaltasset *R*[3], adeltasset *MR*[1] 10 plane natiuitatis . . . . edidisti *cum ironia dici animaduertas* 12 etiam uera natiuitas *scil.: non solum uera caro* 13 inuehere *R*, inueherer *MF* 14 animae *om. F* uoca *om. F* 18 indigna *F*, digna *MR* 20 caro damnatione *scripsi:* carne damnatio *MR* 21 fuit *MF*, fuisset *R* 24 consisterem *M*

non fuerit, ipse erit agnoscendus, qui in carne et ex natiuitate uenturus adnuntiabatur a creatoris prophetis, utpote Christus creatoris.

12. Prouoca nunc, ut soles, † ad hanc Esaiae comparationem Christi, contendens illam in nullo conuenire. 'primo enim', inquis, 'Christus Esaiae Emmanuhel uocari habebit, dehinc uirtutem sumere Damasci et spolia Samariae aduersus regem Assyriorum'. porro iste, qui uenit, neque sub eiusmodi nomine est editus neque ulla re bellica functus est. at ego te admonebo, uti cohaerentia quoque utriusque capituli recognoscas. subiuncta est enim et interpretatio Emmanuhelis: nobiscum deus, uti non solum sonum nominis spectes sed et sensum. Sonus enim Hebraicus, quod est Emmanuhel, suae gentis est, sensus autem eius, quod est deus nobiscum, ex interpretatione communis est. quaere ergo an ista uox 'nobiscum deus', quod est Emmanuhel, exinde quod Christus inluxit, agitetur in Christo. et puto, non negabis, utpote qui et ipse dicas 'deus nobiscum', [dicitur] id est Emmanuhel. aut si tam uanus es, ut, quia penes te 'nobiscum deus' dicitur, non Emmanuhel, idcirco nolis uenisse illum, cuius proprium sit uocari Emmanuhel, quasi non et hoc sit 'deus nobiscum', inuenies apud Hebraeos Christianos, immo et Marcionitas, Emmanuhelem nominare, cum uolunt dicere 'nobiscum deus'; sicut et omnis gens, quoquo sono dixerit 'deus nobiscum', Emmanuhelem pronuntiabit, in sensu sonum expungens. quodsi Emmanuhel 'nobiscum deus' est, deus autem nobiscum Christus est, qui etiam in nobis est, — quotquot enim

4—400, 16] cf. adu. Iudaeos c. 9. 6] cf. Es. 7, 14. cf. Es. 8, 4. 11] Matth. 1, 23. 26] Gal. 3, 27.

4 adhuc <ad> *fort.*, *Eng intercidisse suspicatur in antecedentibus prophetiam Esaiae* 7 aduersus *MF*, aduersum *R uulgo* 16 exinde quo *fort.* 18 dicitur *seclusi* *quae infra l. 7 sequuntur:* idcirco—deus nobiscum *in MF etiam hic, ante* aut si tam uanus es *leguntur: del. R* 19 nobiscum deus *MF*, nobiscum *R* 21 et hoc sit *scripsi:* hoc sit et *MR* 23 nobiscum deus *R*[3], deus nobiscum deus *MR*[1] 24 pronuntiabit *Eng:* pronuntiauit *MR*

in Christum tincti estis, Christum induistis — tam proprie est Christus in significatione nominis, quod est 'nobiscum deus', quam in sono nominis, quod est Emmanuhel. atque ita constat uenisse iam illum, qui praedicabatur Emmanuhel, quia quod significat Emmanuhel uenit, id est 'nobiscum deus'.

13. Aeque sono nominum duceris, cum uirtutem Damasci et spolia Samariae et regem Assyriorum sic accipis, quasi bellatorem portendant Christum creatoris, non animaduertens quid scriptura praemittat: quoniam priusquam cognoscat ⟨puer⟩ uocare patrem et matrem, accipiet uirtutem Damasci et spolia Samariae aduersus regem Assyriorum. ante est enim inspicias aetatis demonstrationem, an hominem iam Christum exhibere possit, nedum imperatorem. scilicet uagitu ad arma esset conuocaturus infans, et signa belli non tuba sed crepitacillo daturus, nec ex equo uel de curru uel de muro sed de nutricis aut gerulae suae collo siue dorso hostem destinaturus, atque ita Damascum et Samariam pro mammillis subacturus! aliud est, si penes Ponticos barbaricae gentis infantes in proelium erumpunt, credo, ad solem uncti prius, dehinc pannis armati et butyro stipendiati, qui ante norint lanceare quam lancinare. enimuero, si nusquam hoc natura concedit, ante militare quam uirum facere, ante uirtutem Damasci sumere quam patris et matris uocabulum nosse, sequitur, ut figurata pronuntiatio uideatur. 'sed et uirginem', inquit, 'parere natura non patitur, et tamen creditur prophetae'. et merito. praestruxit enim fidem incredibili rei rationem edendo, quod in signum esset futura: propterea, inquit, dabit uobis dominus signo: ecce uirgo concipiet in utero

9] Es. 8, 4. 27] Es. 7, 14.

2 proprie *scripsi:* proprius *MR* 6 aeque ⟨et⟩ *Pam* ⟨in⟩duceris *fort.* (*cf.* *419, 13 et locum gemellum*) 9 praemittat *Pam:* promittat *MR* 10 puer *add. Pam* 12 inspicias R^3, inspiciat MR^1 18 barbaricae *R*, barbariae *MF* 21 norunt *F* 22 uirum facere *scripsi, loc. gem. secutus:* uiuere *MR*, uirere (= uires habere) *Eng* 28 uobis *R*, nobis *M*

et pariet filium. signum autem a deo, nisi nouitas aliqua monstruosa, iam signum non fuisset. denique Iudaei, si quando ad nos deiciendos mentiri audent, quasi non uirginem, sed iuuenculam concepturam et parituram scriptura contineat, hinc reuincuntur, quod nihil signi uideri possit res cotidiana, iuuenculae scilicet praegnatus et partus. in signum ergo disposita uirgo mater merito credetur, infans uero bellator non aeque; non enim et hic signi ratio uersatur. sed signo natiuitati nouae adscripto exinde post signum alibi ordo iam infantis edicitur, mel et butirum manducaturi. — nec hoc utique in signum; [est: malitiae non assentaturi] et hoc enim infantiae est — sed ⟨et⟩ accepturi uirtutem Damasci et spolia Samariae aduersus regem Assyriorum. serua modum aetatis et quaere sensum praedicationis, immo redde euangelio ueritatis quae posteriori detraxisti: et tam intellegitur prophetia quam renuntiatur expuncta. maneant enim orientales illi magi infantiam Christi recentem auro et ture munerantes: et accepit infans uirtutem Damasci sine proelio et armis. nam praeter quod omnibus notum est orientis uirtutem, id est uim et uires, auro et odoribus pollere solitam, certe est creatoris uirtutem ceterarum quoque gentium aurum constituere, sicut per Zachariam: et Iudas praetendet apud Hierusalem et congregabit omnem ualentiam populorum per circuitum, aurum et

10] cf. Es. 7,15. 12] cf. Es. 8,4. 16] cf. Matth. 2,11. 22] Zach. 14,14.

1 pariet *M* 2 iam signum *Lat* (*loc. gem. secutus*): tam dignum *MR* 4 scriptura *Rig*: scripturam *M*, *om. R* 6 iuuencula *M* 7 mater *M*, et mater *R uulgo* credetur *scripsi*: crederetur *MR*, creditur *Pam* 8 natiuitati *scripsi*: natiuitatis *MR* 9 alibi (= *alio loco, cf. l. 12*) *MR*, alius *Pam* 10 *parenthesin indicaui* 11 est—assentaturi *seclusi* infantiae *Urs*: infantia *MR* 12 sed ⟨et⟩ *scripsi*: sed *MR* 15 posteriori (*euangelio, ipsius scilicet Marcionis*) *scripsi*: posterior *MR* quam renuntiatur expuncta *om. F* 16 enim *MF*, autem *R uulgo* infantiam Christi *scripsi*: in infantia Christum *MR* 17 acceperit *Pam* 19 et uires *fort. delendum, ut quod interpolatum sit ex loco gemello, in quo non genuinum hoc esse cod. Fuldensis probat* 20 creatoris *NPam*: creatori *MR* 21 Zachariam ⟨dicit⟩ *Pam* 22 praetendet *MR*^{1}, pertendet *R*^{3} congregabit *R*^{3}, congregauit *MR*^{1} 23 omnium ualentiam *susp. Eng*

argentum. de illo autem tunc auri munere etiam Dauid: et dabitur illi ex auro Arabiae, et rursus: reges Arabum et Saba munera offerent illi. nam et magos reges habuit fere oriens et Damascus Arabiae retro deputabatur, antequam transcripta esset in Syrophoenicen ex distinctione Syriarum, cuius tunc uirtutem Christus accepit accipiendo insignia eius, aurum scilicet et odores, spolia autem Samariae ipsos magos, qui cum illum cognouissent et muneribus honorassent et genu posito adorassent quasi deum et regem sub testimonio indicis et ducis stellae, spolia sunt facti Samariae, id est idolatriae, credentes uidelicet in Christum. idolatriam enim Samariae nomine notauit, ut ignominiosae ob idolatriam, qua desciuerat tunc a deo sub rege Hieroboam. nec hoc enim nouum est creatori, figurate uti translatione nominum ex comparatione criminum. nam et archontas Sodomorum appellat archontas Iudaeorum et populum ipsum populum Gomorrae uocat, et idem alibi: pater, inquit, tuus Amorreus et mater tua Cethea, ob consimilem impietatem, quos aliquando etiam suos filios dixerat: filios generaui et exaltaui. sic et Aegyptus nonnumquam totus orbis intellegitur apud illum superstitionis et maledictionis elogio. sic et Babylon etiam apud Iohannem nostrum Romanae urbis figura est, proinde magnae et regno superbae et sanctorum dei debellatricis. hoc itaque usu magos quoque Samaritarum appellatione titulauit, despoliatos quod habuerant cum Samaritis, ut diximus, idolatriam. aduersus regem autem Assyriorum aduersus Herodem intellege, cui utique aduersati sunt magi tunc non renuntiando de Christo, quem intercipere quaerebat.

14. Adiuuabitur haec nostra interpretatio, dum et alibi bellatorem existimans Christum ob armorum quorundam uocabula et eiusmodi uerba ex reliquorum quoque sensuum comparatione conuinceris. accingere, inquit Dauid, ensem super

1] Ps. 71, 15. 2] Ps. 71, 10. 7] cf. Es. 8, 4. 13] cf. III Reg. 12, 28—31. 15] cf. Es. 1, 10. 17] Ez. 16, 3. 19] Es. 1, 2. 21] cf. Apoc. 14, 8; 17, 5; 18, 10. 27] cf. Matth. 2, 12. 32] Ps. 44, 4.

5 esset *MR*[1], erat *R*[3] 26 intellige *M* 31 ensem *Gel:* ense *MR*

femur. sed quid supra legis de Christo? tempestiuus decore praeter filios hominum, effusa est gratia in labiis tuis. rideo, si, quem ad bellum ense cingebat, ei de tempestiuitate decoris et labiorum gratia blandiebatur. sic item subiungens: et extende et prosperare et regna, adiecit: propter ueritatem et lenitatem et iustitiam. quis enim ense ⟨ea⟩ operabitur et non contraria potius, dolum et asperitatem et iniustitiam, propria scilicet negotia proeliorum? uideamus ergo, an alius sit ensis ille, cuius alius est actus. nam et apostolus Iohannes in Apocalypsi ensem describit ex ore dei prodeuntem, bis acutum, praeacutum, quem intellegi oportet sermonem diuinum, bis acutum duobus testamentis legis et euangelii, acutum sapientia, infestum diabolo, armantem nos aduersus hostes spiritales nequitiae et concupiscentiae omnis, amputantem etiam a carissimis ob dei nomen. quodsi Iohannem agnitum non uis, habes communem magistrum Paulum, praecingentem lumbos nostros ueritate et lorica iustitiae et calciantem nos praeparationem euangelii pacis, non belli, adsumere iubentem scutum fidei, in quo possimus omnia diaboli ignita tela extinguere, et galeam salutaris et gladium spiritus, quod est, inquit, dei sermo. hanc et dominus ipse machaeram uenit mittere in terram, non pacem. si tuus Christus est, ergo et ipse bellator est. si bellator non est, machaeram intentans allegoricam, licuit ergo et Christo creatoris in psalmo sine bellicis rebus ense sermonis praecingi figurato, cui supradicta tempestiuitas congruat et gratia labiorum, quem tunc iam cingebatur super femur apud Dauid, quandoque missurus in terram. hoc est enim, quod ait: et extende et

1] Ps. 44, 3. 5] Ps. 44, 5. 10] cf. Apoc. 19, 21; cf. Apoc. 2, 12. 14] cf. Eph. 6, 12. 15] cf. Matth. 19, 29; Marc. 10, 29—30; Luc. 14, 26. 17—20] cf. Eph. 6, 14—17. 21] Eph. 6, 18. cf. Matth. 10, 34. 28] Ps. 44, 5.

6 ense ⟨ea⟩ operabitur *Eng:* ⟨haec⟩ ense operabitur *Urs, ego olim locum gemellum secutus post* potius *lacunam statuere uolui, sed imitatorem illic, quia interciderat* ea *siue* haec, *interpolandi negotium suscepisse uerisimilius est* 11 accutum *M* 18 praeparationem *MF*, praeparatione *R*, per parationem (= ἐν ἑτοιμασίᾳ) *fort.* 19 possumus *Gel* 25 ensem *Pam*

prosperare et regna: extendens sermonem in omnem terram ad uniuersarum gentium uocationem, prosperaturus successu fidei, qua est receptus, et regnans exinde, qua mortem resurrectione deuicit. et deducet te, inquit, mirifice dextera tua, uirtus scilicet gratiae spiritalis, qua Christi agnitio deducitur. sagittae tuae acutae, peruolantia ubique praecepta et minae et traductiones cordis, compungentes et transfigentes conscientiam quamque. populi sub te concident, utique adorantes. sic bellipotens et armiger Christus creatoris, sic et nunc accipiens spolia, non solius Samariae uerum et omnium gentium. agnosce et spolia figurata, cuius et arma allegorica didicisti. figurate itaque et domino eiusmodi loquente et apostolo scribente, non temere interpretationibus eius utimur, quarum exempla etiam aduersarii admittunt, atque ita in tantum Esaiae erit Christus qui uenit, in quantum non fuit bellator, quia non talis ab Esaia praedicatur.

15. De quaestione carnis et per eam natiuitatis et unius interim nominis Emmanuhelis hucusque. de ceteris uero nominibus, et inprimis Christi, quid pars diuersa respondebit? si proinde commune est apud uos Christi nomen quemadmodum et dei, ut sic utriusque dei filium Christum competat dici, sicut utrumque patrem deum, certa ratio huic argumentationi refragabitur. dei enim nomen, quasi naturale diuinitatis, potest in omnes communicari, quibus diuinitas uindicatur, sicut et idolis, dicente apostolo: nam et sunt qui dicuntur dii siue in caelo siue in terris, Christi uero nomen, non ex natura ueniens sed ex dispositione, proprium eius efficitur, a quo dispositum inuenitur, nec in communicationem alii deo

4] Ps. 44, 5. 6] Ps. 44, 6. 8] ib. 25] I Cor. 8, 5.

4 deducet *R* (*sic et in loco gemello cod. Fuld.*), deducit *M* 6 utique *Lat* 7 minae et traductiones *MR*, minantes traductionem *Pam* (*ex loco gemello, qui potius hinc sanandus mihi uidetur*) transfigentes *MR*[1], transfigurantes *R*[3] (*errore typothetico, ut uidetur*) 11 allegorica *MR*[3], allegorice *R*[1] 21 sic *scripsi:* sicut *MR* 22 sicut *scripsi:* sic *MR* deum *scripsi:* dominum *MR* certa *MR*[1], certe *R*[3] *uulgo* 28 inuenitur. nec *uulgo*

subiacet, maxime aemulo et habenti suam dispositionem, cui et nomina priuata debebit. quale est enim, quod diuersas dispositiones duorum commentati deorum societatem nominum admittunt in discordia dispositionum, quando nulla magis probatio adsisteret duorum et aemulorum deorum, quam si in dispositione eorum etiam diuersitas nominum inueniretur? nullus enim status differentiarum nonnisi proprietatibus appellationum consignatur. quibus deficientibus, si quando, nunc Graeca catachresis de alieno abutendo succurrit. apud deum autem deficere, puto, nihil debet, nec de alieno instrui dispositio eius. quis hic deus est, qui filio quoque suo nomina a creatore uindicat, non dico aliena, sed uetera et uulgata, quae uel sic non competerent deo nouo et incognito? quomodo denique docet nouam plagulam non adsui ueteri uestimento nec uinum nouum ueteribus utribus credi, adsutus ipse et inditus nominum senio? quomodo abscidit euangelium a lege, tota lege uestitus, in nomine scilicet Christi? quis illum prohibuit aliud uocari, aliud praedicantem, aliunde uenientem, cum propterea nec corporis susceperit ueritatem, ne Christus creatoris crederetur? uane autem noluit eum se uideri, quem uoluit uocari, quando et si uere corporeus fuisset, magis Christus creatoris non uideretur, si non uocaretur. at nunc substantiam respuit, cuius nomen accepit, etiam substantiam probaturus ex nomine. si enim Christus unctus est, ungui ⟨autem⟩ utique corporis passio est, qui corpus non habuit ungui omnino non potuit; qui ungui omnino non potuit Christus uocari nullo modo potuit. aliud est, si et nominis phantasma adfectauit. 'sed quomodo', inquit, 'inreperet in Iudaeorum fidem, nisi per sollemne apud eos et familiare nomen'? inconstantem aut sub-

14] cf. Matth. 9, 16. 17.

4 discordia *scripsi:* discordiam *MR* 6 dispositione *R^3*, dispositionem *MR^1* 8 tunc *Ciacconius* 9 catachresis *F*, catachersis *M*, katachresis *R uulgo* 10 deficere puto nihil debere *Eng* dispositio *scripsi* (*cf. supra l. 1 et 6*): dispositiones *MR* 11 filio suo nomina quoque *fort.* 14 ueteri* *M* 15 inditus *M*, inclitus *F*, indutus *R uulgo* 16 senio *datiuum intellege aeque pendentem ab* adsutus *ut ab* inditus 17 in *deleri uult Eng* 19 susperit *M* (ce *s. u. add. m. 1*) 24 autem *addidi* 25 est. qui *uulgo*

dolum deum narras: aut diffidentiae aut malitiositatis consilium est fallendo quid promouere. multo liberius atque simplicius egerunt pseudoprophetae, aduersus creatorem in sui dei nomine uenientes. sed nec effectum consilii huius inuenio, cum facilius aut suum crediderint Christum aut planum potius aliquem quam alterius dei Christum, sicut euangelium probabit.

16. Nunc, si nomen Christi, ut sportulam furunculus, captauit, cur etiam Iesus uoluit appellari, non tam expectabili apud Iudaeos nomine? nec enim, si nos, per dei gratiam intellectum consecuti sacramentorum eius, hoc quoque nomen agnoscimus Christo destinatum, ideo et Iudaeis, quibus adempta est sapientia, nota erit res. denique ad hodiernum Christum sperant, non Iesum, et Heliam potius interpretantur Christum quam Iesum. qui ergo et in eo nomine uenit, in quo Christus non praesumebatur? potuit in eo solo nomine uenisse, quod solum praesumebatur. ceterum cum duo miscuit, speratum et insperatum, expugnatur utrumque consilium eius. siue enim ideo Christus, ut interim quasi creatoris inreperet, obstrepit Iesus, quia non sperabatur Iesus in Christo creatoris, siue ⟨ideo Iesus,⟩ ut alterius haberetur, non sinit Christus, quia non alterius sperabatur Christus quam creatoris. quid horum constare possit, ignoro. constabit autem utrumque in Christo creatoris, in quo inuenitur etiam Iesus. quomodo, inquis? disce et hic cum partiariis erroris tui, Iudaeis. cum successor Moysi destinaretur Auses, filius Naue, transfertur certe de pristino nomine et incipit uocari Iesus. certe, inquis. hanc prius dicimus figuram futuri fuisse. nam quia Iesus Christus secundum populum — quod sumus nos, nati in saeculi desertis — introducturus erat in terram promissionis melle et lacte

11] cf. Es. 29, 14. 24—403, 20] cf. adu. Iudaeos c. 9. 24] cf. Ios. 1, 1—9. 25] cf. Num. 13, 9. 17. 28] cf. Num. 14, 29—31. 29] cf. Exod. 3, 8.

4 nec *eras. M* 5 crediderint *scil. Iudaei* 6 euangelium *breuiter dictum pro:* euangelii examinatio, *quae sequetur in libro IIII* probauit *susp. Eng (cf. Matth. 24, 24; Marc. 13, 22)* 15 non *om. R*[1] praesumebatur. potuit *uulgo* 18 ideo *R*, in deo *MF* obstrepit *Urs:* obrepit *MR* 20 ideo Iesus *add. Urs* 21 non *om. F* 22 constare *in ras. a m. 1 M* 25 Auses *R*, auxes *M*

manantem, — id est ⟨in⟩ uitae aeternae possessionem, qua nihil dulcius — idque non per Moysen, id est non per legis disciplinam, sed per Iesum, ⟨id est⟩ per euangelii gratiam, prouenire habebat, circumcisis nobis petrina acie, id est Christi ⟨praeceptis.⟩ — petra enim Christus — ideo is uir, qui in huius sacramenti imagines parabatur, etiam nominis dominici inauguratus est figura, Iesus cognominatus. hoc nomen ipse Christus suum iam tunc esse testatus est, cum ad Moysen loquebatur. quis enim loquebatur, nisi spiritus creatoris, qui est Christus? cum ergo mandato diceret populo: ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui te custodiat in uia et introducat in terram, quam paraui tibi; intendite illi et exaudite eum, ne inobaudieritis eum; non enim celabit te, quoniam nomen meum super illum est, angelum quidem eum dixit ob magnitudinem uirtutum, quas erat editurus, et ob officium prophetae, nuntiantis scilicet diuinam uoluntatem, Iesum autem ob nominis sui futuri sacramentum. id enim nomen suum confirmauit, quod ipse ei indiderat, quia non angelum nec Ausen, sed Iesum eum iusserat exinde uocitari. ergo si utrumque nomen competit in Christum creatoris, tanto utrumque non competit in Christum non creatoris, sicut nec reliquus ordo. facienda est denique iam hinc inter nos certa ista et iusta praescriptio et utrique parti necessaria, qua determinatum sit nihil omnino commune esse debere alterius dei Christo cum Christo creatoris. nam et a uobis proinde diuersitas defendenda est, sicut a nobis repugnanda est, quia nec uos probare poteritis alterius dei uenisse

4] cf. Ios. 5, 2. 5] cf. I Cor. 10, 4. 10] Exod. 23, 20—21. 18] cf. Num. 13, 17.

1 in *addidi* (*sec. loc. gem.*) 3 id est *add. Pam* (*sec. loc. gem.*) 5 praeceptis *add. Pam* (*sec. loc. gem.*) 6 imagine *Pam* 12 intende—exaudi —inobaudieris *Pam* 13 obaudieritis *M* (in *s. u. add. m. 1*) 14 celabit *Eng:* celauit *MF*, celaui *R uulgo* 15 eum R^3, meum MR^1 18 id enim *scripsi* (*loc. gem. secutus; cf. supra:* quoniam nomen meum super illum est): identidem *MR* 19 auxsen *M* 21 creatoris—Christum *om. F* 22 nec *M*, non *R* 25 Christo *M*, Christum *R*

Christum, nisi eum longe alium demonstraueritis a Christo creatoris, nec nos eum creatoris uindicare, nisi talem eum ostenderimus, qualis constituitur a creatore. de nominibus iam obduximus: mihi uindico Christum, mihi defendo Iesum.

17. Reliquum ordinem eius cum scripturis conferamus. adest rursus Esaias: adnuntiauimus, inquit, coram ipso: uelut puerulus, uelut radix in terra sitienti, et non est species eius neque gloria, et uidimus eum, et non habebat speciem neque decorem, sed species eius inhonorata, deficiens citra omnes homines, sicut et supra patris ad filium uox: quemadmodum expauescent multi super te, sic sine gloria erit ab hominibus forma tua. quodcumque illud corpusculum sit, quonam habitu et quonam conspectu fuit? si inglorius, si ignobilis, si inhonorabilis, meus erit Christus. talis enim habitu et adspectu adnuntiabatur. nam etsi tempestiuus decore apud Dauid citra filios hominum, sed in allegorico illo statu gratiae spiritalis, cum accingitur ense sermonis, qui uere species et decor et gloria ipsius est. ceterum in corporali habitu apud eundem prophetam uermis etiam et non homo, ignominia hominis et nullificamen populi. neque interiorem qualitatem eius eiusmodi adnuntia sunt. si enim plenitudo in illo spiritus constitit, agnosco uirgam de radice Iesse: flos eius meus erit Christus, in quo requieuit secundum Esaiam spiritus sapientiae et intellectus, spiritus consilii et uigoris, spiritus agnitionis et pietatis, spiritus timoris dei. neque enim ulli

6] Es. 53, 2—3. 11] Es. 52, 14. 16] Ps. 44, 3. 17] cf. Ps. 44, 4. 20] Ps. 21, 7. 24] Es. 11, 2—3. 26—405, 24] cf. adu. Iudaeos c. 9.

10 homines. sicut *uulgo* 12 *uerba* quodcumque—adnuntiabatur, *quae in MR supra post* cum scripturis conferamus *leguntur, huc transposui* 13 illud corpusculum *cf. supra l. 6, 7, 10* quonam habitu et quonam conspectu *scripsi:* quoniam habitum et quoniam conspectum *MR* 14 fuit *scil. Iesus Christus* fuit. si *uulgo* 16 citra *MR* (*cf. adu. Iud. 14*): supra *Pam* 18 ensem *Pam* 19 in corporali habitu *scripsi:* habitu incorporabili *MR* 22 eiusmodi *R*[3], cuiusmodi *MR*[1] adnuntia sunt *scripsi:* adnuntias (*ex* adnuntia s̄) *MR*[1], adnuntiat *R*[3] *uulgo*

hominum uniuersitas spiritalium documentorum competebat nisi in Christum, flori quidem ob gratiam spiritus adaequatum, ex stirpe autem Iesse deputatum per Mariam, inde censendam. expostulo autem de proposito: si das ei omnis humilitatis et patientiae et tranquillitatis intentionem et ex his Esaiae erit Christus, — homo in plaga et sciens ferre imbecillitatem, qui tamquam ouis ad uictimam adductus est et tamquam agnus ante tondentem non aperuit os, qui neque contendit neque clamauit nec audita est foris uox eius, qui arundinem contusam, id est quassam Iudaeorum fidem, non comminuit, qui linum ardens, id est momentaneum ardorem gentium, non extinxit — non potest alius esse, quam qui praedicebatur. oportet ⟨et⟩ actum eius ad scripturarum regulam recognosci, duplici, nisi fallor, operatione distinctum: praedicationis et uirtutis. sed de utroque titulo sic disponam, ut, quoniam ipsum quoque Marcionis euangelium excuti placuit, de speciebus doctrinarum et signorum illuc differamus, quasi in rem praesentem, hic autem generaliter expungamus ordinem coeptum, docentes praedicatorem interim adnuntiari Christum per Esaiam: quis enim, inquit, in uobis, qui deum metuit, [et] exaudiat uocem filii eius? item medicatorem: ipse enim, inquit, imbecillitates nostras abstulit et languores portauit.

18. De exitu plane, puto, diuersitatem temptatis inducere,

6] Es. 53, 3. 7] Es. 53, 7. 9] cf. Es. 42, 2—3. 20] Es. 50, 10. 22] Es. 53, 4. cf. Matth. 8, 17. 25—410, 3] cf. adu. Iudaeos c. 10.

1 uniuersitas *scripsi* (*loc. gem. secutus*)*:* diuersitas *MR* 3 censendam *M Pam:* censendum *R reliqui* 4 autem de proposito, si *uulgo* 6 Christus? homo *uulgo* 10 arudinem *M* 11 lignum *M* 12 extinxit. non *uulgo* extinxit <sed lucernam magis fecit ortu luminis sui> *Pam* 13 et *addidi, non recte putans addidisse in loco gemello imitatorem* itaque 14 dupplici *M* 16 sic *om. F* 17 excuti MR^1, discuti R^3 *uulgo* 18 illuc R^3, illud MR^1 quasi in rem praesentem = *quasi usque in praesentiam rei ipsius; hic enim de adnuntiatione tantum rei disseritur* 19 expungamus *R*, expugnamus *MF* 21 et *seclusi* (*cf. adu. Marc. IIII 22:* quis deum metuens audiat) exaudiat *M*, exaudiet *R uulgo* 25 temtatis *M*

negantes passionem crucis in Christum creatoris praedicatam et argumentantes insuper non esse credendum, ut in id genus mortis exposuerit creator filium suum, quod ipse maledixerat: maledictus, inquit, omnis qui pependerit in ligno. sed huius maledictionis sensum differo digne a sola praedicatione crucis, de qua nunc maxime quaeritur, quia et alias antecedit rerum probatio rationem. de figuris prius edocebo. et utique uel maxime sacramentum istud figurari in praedicatione oportebat, quanto incredibile, tanto magis scandalo futurum, si nude praedicaretur, quantoque magnificum, tanto magis obumbrandum, ut difficultas intellectus gratiam dei quaereret. itaque inprimis Isaac, cum a patre in hostiam deditus lignum sibi portaret ipse, Christi exitum iam tunc denotabat, in uictimam concessi a patre et lignum passionis suae baiulantis. Ioseph, et ipse Christum figuraturus, uel hoc solo, ne demorer cursum, quod persecutionem a fratribus passus est ob dei gratiam, sicut et Christus a Iudaeis carnaliter ⟨fratribus,⟩ cum benedicitur a patre etiam in haec uerba: tauri decor eius, cornua unicornis cornua eius, in eis nationes uentilabit pariter ad summum usque terrae, non utique rhinoceros destinabatur unicornis nec minotaurus bicornis, sed Christus in illo significabatur, taurus ob utramque dispositionem, aliis ferus ut iudex, aliis mansuetus ut saluator, cuius cornua essent crucis extima. nam et in antemna, quae crucis pars est, extremitates cornua uocantur, unicornis autem mediae stipitis palus. hac denique uirtute crucis et hoc more cornutus uniuersas gentes et nunc uentilat per fidem, auferens a terra

4] Deut. 21, 23. 18] Deut. 33, 17.

5 differo = *semoueo* (*cf. Apol. c. 40:* dilati ab omni fruge uitae) digne (= *iure*) a *scripsi:* dignae *R*, digne *M* 13 portaret ipse *M*, ipse portaret *R* 15 ⟨in⟩ Christum *Urs* figuraturus *Eng:* figuratus *MR* uel *scripsi* (*locum gem. secutus*)*:* nec *MR* 16 passus est ⟨et uenumdatus in Aegyptum⟩ *Pam* 17 carnaliter ⟨fratribus⟩ *Oehlerus* (*loc. gem. secutus*): carnaliter *MR,* carnaliter ⟨fratribus uenundatus, a Iuda cum traditur. nam et⟩ *Pam* 18 a patre etiam *om. Pam* 20 terrae. non *uulgo* 24 extima *MF*, extrema *R* antemna ⟨nauis⟩ *Pam* 25 mediae *Eng:* media *MR*, medius *Urs*, medio *Iun*

in caelum, et tunc per iudicium uentilabit, deiciens de caelo in terram. idem erit et alibi taurus apud eandem scripturam, cum Iacob in Simeonem et Leui, id est in scribas et Pharisaeos, — ex illis enim deducitur census istorum — spiritaliter imprecatur: Simeon et Leui perfecerunt iniquitatem ex sua haeresi, qua scilicet Christum sunt persecuti; in consilium eorum ne uenerit anima mea et in stationem eorum ne incubuerint iecora mea, quia in indignatione sua interfecerunt homines, id est prophetas, et in concupiscentia sua ceciderunt neruos tauro, id est Christo, quem post necem prophetarum suffigendo neruos utique eius clauis desaeuierunt. ceterum uanum, si post homicidia alicuius bouis illis exprobrat carnificinam. iam uero Moyses, quid utique tunc tantum, cum Iesus aduersus Amalech proeliabatur, expansis manibus orat residens, quando in rebus tam attonitis magis utique genibus depositis et manibus caedentibus pectus et facie humi uolutante orationem commendare debuisset, nisi quia illic, ubi nomen domini dimicabat, dimicaturi quandoque aduersus diabolum, crucis quoque erat habitus necessarius, per quam Iesus uictoriam esset relaturus? idem rursus Moyses post interdictam omnis rei similitudinem cur aereum serpentem ligno impositum pendentis habitu in spectaculum salutare proposuit? an et hic dominicae crucis uim intentabat, qua serpens diabolus publicabatur et laeso cuique a spiritalibus colubris, intuenti tamen et credenti in eam, sanitas morsuum peccatorum et salus exinde praedicabatur?

5] Gen. 49, 5. 7] Gen. 49, 6. 15] cf. Exod. 17, 10—13. 22] cf. Num. 21, 8—9.

3 cum Iacob ⟨exporrigens benedictionem⟩ in Simeonem *Pam* (*loc. gem. sec.*) 4 *parenthesin indicauit Eng* 5 imprecatur *scripsi* (*imprecari in aliquem = jem. verfluchen, sicut imprecatio = Verfluchung*): interpretatur *MR* 11 quem *pendet a* suffigendo (*Eng*) 12 prophetarum ⟨interfecerunt et⟩ *Pam* 16 orabat *Pam* 18 uolutante: *caue mutes sec. loc. gem., qui habet* uolutata; *cf. enim Apol. c. 40:* in sacco et cinere uolutantes 23 ⟨Israeli⟩ salutare proposuit ⟨eo tempore, quo a serpentibus exterminati sunt,⟩ nisi quod et hic *Pam* 24 et *om. F* 27 salus *MR*[3], sanitas *R*[1]

19. Age nunc, si legisti penes Dauid: dominus regnauit a ligno, expecto quid intellegas. nisi forte lignarium aliquem regem significari ⟨putes⟩ Iudaeorum, et non Christum, qui exinde a passione ligni superata morte regnauit. etenim si mors ab Adam regnauit usque ad Christum, cur Christus non regnasse dicatur a ligno, ex quo crucis ligno mortuus regnum mortis exclusit? proinde et Esaias: quoniam, inquit, puer natus est nobis, — quid noui, si non de filio dei dicit? — et datus est nobis cuius imperium factum est super humerum ipsius. quis omnino regum insigne potestatis suae humero praefert et non aut capite diadema aut manu sceptrum aut aliquam propriae uestis notam? sed solus nouus rex nouorum aeuorum Christus Iesus nouae gloriae et potestatem et sublimitatem suam humero extulit, crucem scilicet, ut secundum superiorem prophetiam exinde dominus regnaret a ligno. hoc lignum et Hieremias tibi insinuat, ⟨de⟩ dicturis praedicans Iudaeis: uenite, iniciamus lignum in panem eius, utique in corpus. sic enim dominus in euangelio quoque uestro reuelauit, panem corpus suum appellans, ut et hinc iam eum intellegas corporis sui figuram pani dedisse, cuius retro corpus in panem prophetes figurauit, ipso domino hoc sacramentum postea interpretaturo. si adhuc quaeris dominicae crucis praedicationem, satis iam tibi potest facere uicesimus primus psalmus, totam Christi continens passionem, canentis iam tunc gloriam suam: foderunt, inquit, manus meas et pedes, quae propria atrocia sunt crucis. et rursus, cum auxilium patris

1] Ps. 95, 10. 4] cf. Rom. 5, 14. 7] Es. 9, 6. 17] Hier. 11, 19. 25] Ps. 21, 17.

3 putes *addidi* (*loc. gem. secutus*) 4 etenim si *scripsi:* etsi enim *MR* 6 *coniunge:* ex quo ligno crucis (*Eng*), *ego olim rescribere uolui:* ex quo ⟨in⟩ crucis ligno 7 natus est *M*, est natus *R uulgo* 8 uobis *M* nobis ⟨et datus est nobis filius⟩ *Pam* et datus est nobis *om. Pam* 9 uobis *M* 13 aeuorum nouorum *M* nouae gloriae nouorum aeuorum Christus Iesus *fort.* 17 iniciamus *MR*¹, mittamus *R*³ *uulgo* 18 dominus *scripsi:* deus *MR* 20 corpori *Oehlerus* pani *MF*, panis *R uulgo* 22 interpretaturo *R*, interpretaturos *MF* 23 uicesimus *MF*, uigesimus *R uulgo* 26 atrocia sunt *Eng:* atrocias *M* (*ex* atrocia s̄ *uidelicet ortum*), atrotia *F*, atrocia *R*, atrocitas *Pam*

implorat: saluum, inquit, fac me ex ore leonis, utique mortis, et de cornibus unicornis humilitatem ⟨meam,⟩ de apicibus scilicet crucis, ut supra ostendimus. quam crucem nec ipse Dauid passus est nec ullus rex Iudaeorum, ne putes alterius alicuius ⟨prophetari passionem quam eius,⟩ qui solus a populo tam insigniter crucifixus est. nunc et si omnes istas interpretationes respuerit et inriserit haeretica duritia, concedam illi nullam Christi crucem significari [me] a creatore, quia nec ex hoc probabit alium esse qui crucifixus est. nisi forte ostenderit hunc exitum eius a suo deo praedicatum, ut diuersitas passionum, ac per hoc etiam personarum, ex diuersitate praedicationum uindicetur. ceterum nec ipso Christo eius praedicato, nedum cruce ipsius, sufficit in meum Christum solius mortis prophetia. ex hoc enim, quod non est edita qualitas mortis, potuit et per crucem euenisse, tunc alii deputanda, si in alium fuisset praedicatum. nisi si nec mortem uolet Christi mei prophetatam, quo magis erubescat, si suum quidem Christum mortuum adnuntiat, quem negat natum, meum uero mortalem negat, quem nascibilem confitetur. et mortem autem et sepulturam et resurrectionem Christi mei una uoce Esaiae uolo ostendere dicentis: sepultura eius sublata de medio est. nec sepultus enim esset nisi mortuus, nec sepultura eius sublata de medio nisi per resurrectionem. denique subiecit: propterea multos ipse hereditati habebit et multorum diuidet spolia pro eo, quod tradita est anima eius in mortem. ostensa enim causa gratiae huius, pro iniuria scilicet mortis repen-

1] Ps. 21, 22. 21] Es. 57, 2. 24] Es. 53, 12.

2 meam *addidi* 5 prophetari—eius *add. Pam ex loco gemello: om. MR* 8 significari [me] a creatore *Eng:* significare me a creatore *MR*[1], significatam a creatore *R*[3] *uulgo* 12 nec *R*, ne *MF* 16 praedicata *susp. Eng* 24 multos ipse *M*, ipse multos *R* 25 spolia. ⟨quis alius, nisi qui natus est, ut supra ostendimus⟩ *Pam* 26 ostensa *M*, ostensa est *R uulgo* 27 repensandae. pariter *uulgo*

sandae, pariter ostensum est haec illum [propter mortem consecuturum] post mortem, utique per resurrectionem, consecuturum.

20. Sufficit hucusque de his interim ordinem Christi decucurrisse, quo talis probatus, qualiter adnuntiabatur, non alius haberi debeat quam qui talis adnuntiabatur, ut iam ex ista consonantia rerum eius et scripturarum creatoris illis etiam restituenda sit fides ex praeiudicio maioris partis, quae a diuersa sententia uel in dubium deducuntur uel negantur. amplius nunc superstruimus ea quoque paria ex scripturis creatoris, quae post Christum futura praecinebantur. nec ⟨haec⟩ enim dispositio expuncta inueniretur, si non ille uenisset, post quem habebat euenire. aspice uniuersas nationes de uoragine erroris humani exinde emergentes ad deum creatorem, ad deum Christum. et, si audes, nega prophetatum. sed statim tibi in psalmis promissio patris occurret: *filius meus es tu, ego hodie generaui te. postula de me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam terminos terrae.* nec poteris magis Dauid filium eius uindicare quam Christum, aut terminos terrae Dauid potius promissos, qui intra unicam Iudaeorum gentem regnauit, quam Christo, qui totum iam orbem euangelii sui fide cepit. sic et per Esaiam: *ecce dedi te in dispositionem generis, in lucem nationum, aperire oculos caecorum,* utique errantium, *exsoluere de uinculis uinctos,* id est de delictis liberare, *et de cella carceris,* id est mortis, *sedentes in tenebris,* ignorantiae scilicet. quae si per Chri-

4—411, 2] cf. adu. Iudaeos c. 11 extr. et c. 12. 16] Ps. 2, 7—8. 23] Es. 42, 6—7.

1 propter mortem consecuturum *seclusit Iun* 2 consecuturum *Pam:* consecuturus *MR* 8 a diuersa sententia (= *parte*) *scripsi:* ad diuersas sententias *MR* 10 quae *scripsi:* quaeque *MR*, quaequae *Oehlerus* 11 haec *addidi* 14 ⟨et⟩ ad eius Christum *fort.* (*sec. loc. gem.*) 16 occurret *MN Pam*, occurrit *R* 17 de me *MR*, a me *Pam N* 19 eius *MR*, eum *Pam* 21 regnauit *R*, regnarit *MN Pam* 23 te *om. F* generis ⟨mei⟩ *Pam* 24 occulos *M* 25 errantium ex- *in ras. M* 26 sedentis *M*

stum eueniunt, non in alium erunt prophetata quam per quem eueniunt. item alibi: ecce testimonium eum nationibus posui, principem et imperantem nationibus; nationes, quae te non sciunt, inuocabunt te, et populi confugient ad te. nec enim haec in Dauid interpretaberis, quia praemisit: et disponam uobis dispositionem aeternam, religiosa et fidelia Dauid. atquin hinc magis Christum intellegere debebis ex Dauid deputatum carnali genere ob Mariae uirginis censum. de hoc enim promisso iuratur in psalmo ad Dauid: ex fructu uentris tui collocabo super thronum tuum. quis iste uenter est? ipsius Dauid? utique non. neque enim pariturus esset Dauid. sed nec uxoris eius. non enim dixisset: ex fructu uentris tui, sed potius: 'ex fructu uentris uxoris tuae.' ipsius autem dicendo uentrem superest, ut aliquem de genere eius ostenderit, cuius uentris futurus esset fructus caro Christi, quae ex utero Mariae floruit. ideoque et fructum uentris tantum nominauit, ut proprie uentris, quasi solius uentris, non etiam uiri, et ipsum uentrem ad Dauid redegit, ad principem generis et familiae patrem. nam quia uiro deputare non poterat uirginis uentrem, patri eum deputauit. ita quae in Christo noua dispositio inuenitur hodie, haec erit, quam tunc creator pollicebatur, religiosa et fidelia Dauid appellans quae erant Christi, quia Christus ex Dauid. [immo ipsa erit caro eius religiosa et fidelia Dauid,

2] Es. 55, 4. 5. 6] Es. 55, 3. 10] Ps. 131, 11.

2 eum ⟨in⟩ nationibus (= ἐν ἔθνεσιν) *Eng* (*sed cf. 412, 19*) 4 te (*prius*) *om. F* 14 autem *MR*, ergo *Pam* 15 superest—deputauit (21) *in MF bis comparent* de genere *M* (*rec. 1*) *R*, ex genere *M* (*rec. 2*) *N* 19 redegit ad principem *M* (*rec. 1*) *R*, redigat principem *M* (*rec. 2*), redegit principem *NF* et familiae patrem *M* (*rec. 1*) *R*, patrem et familiae *M* (*rec. 2*) *N* 20 nam quia *MG*R^3, quia R^1 uirginis uentrem patri eum *scripsi:* uirginis eum uentrem patri *M* (*rec. 1*) R^3*G*, uirginis uentrem *M* (*rec. 2*) R^1*N* 21 ita quae *Urs:* itaque *MR* noua *om. F* 24 immo—resurrectione *seclusi: ineptissima interpolatio sunt lectoris cuiusdam, qui aptius sibi uidebatur interpretari scripturae locum; sed quid hic demonstrare uelit Tertullianus, prorsus eum fugisse uidetur*

tam sancta religione et fidelis ex resurrectione.] nam et Nathan propheta in secunda Basiliarum professionem ad Dauid facit semini eius: quod erit, inquit, ex uentre ipsius. hoc si in Salomonem simpliciter edisseres, risum mihi incuties. uidebitur enim Dauid peperisse Salomonem. an et hic Christus significatur ex eo uentre semen Dauid, qui esset ex Dauid, id est Mariae? quia et aedem dei magis Christus aedificaturus esset, hominem scilicet sanctum, in quo potiore templo inhabitaret dei spiritus, et in dei filium magis Christus haberet esse quam Salomon, filius Dauid. denique et thronus in aeuum et regnum in aeuum magis Christo competit quam Salomoni, temporali scilicet regi. sed ⟨et⟩ a Christo misericordia dei non abscessit, Salomoni uero etiam ira dei accessit post luxuriam et idolatriam. suscitauit enim illi Satan hostem Idumaeum. cum ergo nihil horum competat in Salomonem, sed in Christum, certa erit ratio interpretationum nostrarum, ipso etiam exitu rerum probante, quas in Christum apparet praedicatas. et ita in hoc erunt sancta et fidelia Dauid; hunc deus testimonium nationibus posuit, non Dauid, principem et imperantem nationibus, non Dauid, qui soli Israheli imperauit. Christum hodie inuocant nationes, quae eum non sciebant, et populi ad Christum hodie confugiunt, quem retro ignorabant. non potest futurum dici quod uides fieri.

21. Sic nec illam iniectionem tuam potes sistere ad differentiam duorum Christorum, quasi Iudaicus quidem Christus populo soli ex dispersione redigendo destinetur a creatore, uester uero omni humano generi liberando conlatus sit a deo

3] II Reg. 7, 12. 7] cf. II Reg. 7, 13. 9] cf. II Reg. 7, 14. 10] cf. II Reg. 7, 13. 12] cf. II Reg. 7, 15. 14] cf. III Reg. 11, 14. 18] cf. Es. 55, 3. cf. Es. 55, 4. 20] cf. Es. 55, 5.

1 tam *MR*, iam *Rig* 2 secunda *Pam:* prima *MR* basilicarum *M* professionem *R*, protessione *MF* 3 semini eius *MR*, semen tuum *Pam* ipsius *MR*, tuo *Pam* 7 quia *MR*, quin *Urs* 9 et in *M*, in *R uulgo* haberet esse *scripsi* (*cf.* erit mihi in filium *II Reg. 7, 14*): habendus esset *MR* 12 regi. sed ⟨et⟩ *Rig:* regis ed *M*, regi sed *R* 14 ⟨id est⟩ hostem *Pam* 19 non Dauid *secludi uult Eng* 23 dici *om. F*

optimo, cum postremo priores inueniantur Christiani creatoris quam Marcionis, exinde uocatis omnibus populis in regno eius, ex quo deus regnauit a ligno, nullo adhuc Cerdone, nedum Marcione. sed [et] reuictus de nationum uocatione, conuertere iam in proselytos quaeris qui de nationibus transeunt ad creatorem, quando et proselyti, diuersae et propriae condicionis, seorsum a propheta nominentur, — ecce, inquit Esaias, proselyti per me accedent ad te, ostendens ipsos quoque proselytos per Christum accessuros ad deum — et nationes, quod sumus nos, proinde suam habeant nominationem: sperantes in Christum: et in nomine, inquit, eius nationes sperabunt. proselyti autem, quos in nationum praedicatione substituis, non in Christi nomine sperare solent, sed in Moysei ordine, a quo institutio illorum est. ceterum adlectio nationum a nouissimis diebus exorta est. isdem uerbis Esaias: et erit, inquit, in nouissimis diebus manifestus mons domini, utique sublimitas dei, ⟨et⟩ aedes dei super summos montes, utique Christus, — catholicum dei templum, in quo deus colitur, constitutum super omnes eminentias uirtutum et potestatum — et uenient ad eum uniuersae nationes, et ibunt multi et dicent: uenite, ascendamus in montem domini et in aedem dei Iacob, et adnuntiabit nobis uiam suam et incedemus in ea; ex Sion enim exibit lex et sermo domini ex Hierusalem, — haec erit uia nouae legis, euangelium, et noui sermonis, in Christo, iam non in Moyse — et iudicabit inter nationes, de errore scilicet earum, et reuincet populum amplum, ipsorum inprimis Iudaeorum

7] cf. Es. 16, 4. 11] Es. 42, 4. 15—414, 6] Es. 2, 2—4. 18] cf. Ioh. 2, 19. 21. 19] cf. Eph. 1, 21.

4 et *seclusi* 5 proselytos. quaeris *uulgo* quaeris *R*, quaeritis *M* transeunt *MR*[1], transeant *R*[3] *uulgo* 6 quando *sensu aduersatiuo: während doch* 7 *parenthesin indicaui:* nominentur? ecce *uulgo* 10 habeant *MR*, habebant *NPam* sperantes—nomine *om. F* 13 moysei *M*, Moysi *R uulgo* 15 erit *om. F* 17 et *add. Pam* 19 omnes *Gel:* omnes enim *MR* 28 reuincet *MR*[1], reuincent *R*[3] *uulgo*

et proselytorum, et concident machaeras suas in aratra et zibinas in falces, id est animorum nocentium et linguarum infestarum et omnis malitiae atque blasphemiae ingenia conuertent in studia modestiae et pacis, et non accipiet gens super gentem machaeram, utique discordiae, et non discent amplius bellare, id est inimicitias perficere, ut et hic discas Christum non bellipotentem, sed paciferum repromissum. haec aut prophetata nega, cum coram uidentur, aut adimpleta, cum leguntur, aut si non negas utrumque, in eo erunt adimpleta, in quem sunt prophetata. inspice enim adhuc etiam ipsum introgressum atque decursum uocationis in nationes, a nouissimis diebus adeuntes ad deum creatorem, non in proselytos, quorum a primis magis diebus adlectio est. etenim fidem istam apostoli induxerunt.

22. Habes et apostolorum opus praedicatum: quam tempestiui pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona, non bellum nec mala. respondet et psalmus: in omnem terram exiuit sonus eorum et in terminos terrae uoces eorum, circumferentium scilicet legem ex Sion profectam et sermonem domini ex Hierusalem, ut fieret quod scriptum est: quique longe a iustitia mea, adpropinquauerunt iustitiae meae et ueritati. cum huic negotio accingerentur apostoli, renuntiauerunt presbyteris et archontis et sacerdotibus Iudaeorum, an non? uel maxime, inquit, ut alterius dei praedicatores. atquin ipsius eiusdem, cuius scripturam cum maxime implebant: diuertite, diuertite, inclamat Esaias, excedite illinc et inmundum ne

15] Es. 52, 7. 18] Ps. 18, 5. 20] cf. Es. 2, 3. 21] Es. 46, 12. 13. 26—415, 3] Es. 52, 11.

2 zibinas *M*, libinas *R*[1], sibynas *R*[3] *uulgo* 4 etsi non *F* 8 aut *Rig:* aut (— *eras.*) *M*, autem *R* 12 deum ad *F* 14 est allectio *Rig* 17 mala *M*, malum *R* respondet *scripsi:* respondit *MR* 21 quique longe *scripsi:* longe quique *MR; post* mea *uirgulam posui* 23 accingeretur *M* 24 archontis *MF*, archontibus *R* Iudaeorum. an non uel maxime *uulgo* 25 praedicatores? atquin *uulgo*

attigeritis, — blasphemiam scilicet in Christum — excedite de medio eius, — utique synagogae — separamini, qui dominica uasa portatis. iam enim secundum supra scripta reuelauerat dominus brachio suo sanctum, id est uirtute sua Christum, coram nationibus, ut uiderent uniuersae nationes et summa terrae salutem, quae erat a deo. sic et ab ipso Iudaismo diuertentes, cum legis obligamenta et onera euangelica iam libertate mutarent, psalmum exequebantur: disrumpamus uincula eorum et abiciamus a nobis iugum eorum, postea certe quam tumultuatae sunt gentes et populi meditati sunt inania; adstiterunt reges terrae et principes congregati sunt in unum aduersus dominum et aduersus Christum eius. quae dehinc passi sunt apostoli? omnem, inquis, iniquitatem persecutionum, ab hominibus scilicet creatoris, ut aduersarii eius, quem praedicabant. et qui creator, si aduersarius erat Christi, non modo praedicat hoc passuros apostolos eius uerum et exprobrat? nam neque praedicaret alterius dei ordinem, quem ignorabat, ut uultis, neque exprobrasset quod ipse curasset: uidete, quomodo perit iustus, nec quisquam excipit corde, et uiri iusti auferuntur, nec quisquam animaduertit; a persona enim ⟨in⟩iustitiae sublatus est iustus. quis, nisi Christus? uenite, inquiunt, auferamus iustum, quia inutilis est nobis. praemittens itaque et subiungens proinde passum etiam Christum, aeque iustos eius eadem passuros, tam apostolos quam et deinceps omnes fideles, prophetauit, signatos illa nota scilicet, de qua Ezechiel: dicit dominus ad me: pertransi medio portae in

3—6] cf. Es. 52, 10. 8] Ps. 2, 3. 10] Ps. 2, 1—2. 20] Es. 57, 1. 23] Sap. 2, 12. 28] Ez. 9, 4.

3 dominica uasa *Lat:* domini causam *MR* 4 scriptam *M* 5 uiderent *scripsi:* uiderint *MR* 16 praedicabant R^1 (*mg.*) *Gel:* praedicabas *MR*, praedicabat R^3 qui R^3, quae MR^1, quare *Oehlerus* 19 curasset. uidete *uulgo* 20 perit R^3, erit MR^1 quisquam *R*, quisque *MF* 21 auferuntur *Pam:* auferentur *MR* 22 iniustitiae *Pam:* iustitiae *MR* 28 medio *M*, in medio *R* in media (a *ex* o) *M*

media Hierusalem et da signum Tau in frontibus uirorum. ipsa est enim littera Graecorum Tau, nostra autem T, species crucis, quam portendebat futuram in frontibus nostris apud ueram et catholicam Hierusalem, in qua fratres Christi, filios scilicet dei, gloriam fore deo relaturos psalmus uicesimus primus canit ex persona ipsius Christi ad patrem: enarrabo nomen tuum fratribus meis, in medio ecclesiae hymnum tibi dicam, — quod enim in nomine et spiritu ipsius hodie fieri habebat, merito a se futurum praedicabat — et paulo infra: a te laus mihi in ecclesia magna, et in sexagesimo septimo: in ecclesiis benedicite dominum deum, ut pariter concurreret et Micheae prophetia: non est uoluntas mea, dicit dominus, et sacrificia uestra non excipiam; quoniam ab ortu solis usque in occasum nomen meum glorificatum est in nationibus et in omni loco sacrificium nomini meo offertur, et sacrificium mundum, gloriae scilicet relatio et benedictio et laus et hymni. quae omnia cum in te quoque deprehendantur, et signaculum frontium et ecclesiarum sacramenta et munditiae sacrificiorum, debes iam erumpere, uti dicas spiritum creatoris tuo Christo prophetasse.

23. Nunc, quia cum Iudaeis negas uenisse Christum eorum, recognosce et exitum ipsorum, quem post Christum relaturi praedicabantur ob impietatem, qua eum et despexerunt et interemerunt. primum enim ex die, qua secundum Esaiam proiecit homo aspernamenta sua aurea et argentea, quae

7] Ps. 21, 23. 10] Ps. 21, 26. 11] Ps. 67, 27. 13] Mal. 1, 10—11 22—419, 3] cf. adu. Iudaeos c. 13. 25] cf. Es. 2, 20.

1 signum *M*, signa *R* thau *MR* 2 thau *MR* 3 T *R*, te *M* 5 fore *M* (*fore c. part. fut. et apud alios, sicut Liuium, inuenitur*), forte *R*[1], patri *R*[3] *uulgo* relaturos *R*[3], relaturus *MR*[1] 8 *parenthesin indicauit Eng* 11 sexagesimo septimo *Pam:* LVII° *M*, quinquagesimo septimo *R* 12 Micheae *MR*, Malachiae *Pam* (*recte, quantum ad rem, sed saepius confundit prophetias auctor*) 14 excipiam *MF*, accipiam *R uulgo* 15 glorificatum *Pam:* gloriatum *MR* 24 et despexerunt *M*, despexerunt *R*

fecerunt adorandis uanis et nociuis, id est ex quo genus hominum dilucidata per Christum ueritate idola proiecit, uide an quod sequitur expunctum sit. abstulit enim dominus Sabaoth a Iudaea et ab Hierusalem inter cetera et prophetam et sapientem architectum, spiritum scilicet sanctum, qui aedificat ecclesiam, templum scilicet et domum et ciuitatem dei. nam exinde apud illos destitit dei gratia et mandatum est nubibus, ne pluerent imbrem super uineam Sorech, id est caelestibus beneficiis, ne prouenirent domui Israhelis. fecerat enim spinas, ex quibus dominum coronauerat, et non iustitiam, sed clamorem, quo in crucem eum extorserat. et ita subtractis charismatum roribus lex et prophetae usque ad Iohannem; dehinc, cum ex perseuerantia furoris et nomen domini per ipsos blasphemaretur, sicut scriptum est: propter uos nomen meum blasphematur in nationibus, — ab illis enim coepit infamia — et tempus medium a Tiberio usque ad Vespasianum non ⟨in⟩ paenitentiam intellexissent, facta est terra eorum deserta, ciuitates eorum exustae, regionem eorum sub ipsorum conspectu extranei deuorant, derelicta filia Sion est tamquam specula in uinea uel in cucumerario casula, ex quo scilicet Israhel dominum non cognouit et populus eum non intellexit, sed dereliquit et in indignationem prouocauit sanctum Israhelis. sic et machaerae condicionalis comminatio: si nolueritis nec audieritis me, machaera uos comedet, probabit Christum fuisse, quem non audiendo perierunt, qui et in psalmo

3—5] cf. Es. 3, 1—3. 8] cf. Es. 5, 6. 10] cf. Es. 5, 4. 11] cf. Es. 5, 7. 12] cf. Luc. 16, 16. 14] Es. 52, 5. 17] cf. Es. 1, 7—8. 22] cf. Es. 1, 3—4. 23] cf. Deut. 29, 24—25. cf. Es. 1, 20. 24] Es. 1, 20.

1 noctuis *Pam* (= νυκτερίσιν, *sed cf. adu. Iud. c. 13*) 9 sorech *MF*, Soreth *R* 13 ex *Pam:* ea *MR* 15 nomen meum blasphematur *M*, blasphematur nomen meum *R* 17 ⟨in⟩ paenitentiam *scripsi:* paenitentiam *MR*, paenitentiae *Lat*, paenitentia ⟨eum⟩ *Eng* 18 exustae ⟨igni⟩ *Pam* (*ex loco gem.*) 20 derelicta ⟨est⟩ *Pam* Sion est *scripsi:* Sion et *MR*, Sion *Pam* 24 nolueritis *ed. Migniana:* uolueritis *MR*

quinquagesimo octauo dispersionem eis postulat a patre: disperge eos in uirtute tua, qui et rursus per Esaiam in exustionem eorum perorans: propter me haec, inquit, facta sunt uobis, in anxietate dormietis. satis uane, si haec non propter eum passi sunt, qui propter se passuros pronuntiarat, sed propter Christum dei alterius. atquin Christum, inquam, alterius dei dicitis a creatoris uirtutibus et potestatibus, ut aemulis, in crucem actum. sed ecce defensus ostenditur a creatore: et dati sunt pessimi pro sepultura eius, qui scilicet subreptam eam adseuerauerant, et locupletes pro morte eius, qui scilicet et a Iuda traditionem redemerant et a militibus falsum testimonium cadaueris subrepti. igitur aut non propter illum acciderunt ista Iudaeis — sed reuinceris conspirante et sensu scripturarum cum exitu rerum et ordine temporum — aut, si propter illum acciderunt, non potuit creator ulcisci nisi suum Christum, remuneraturus potius Iudam, si aduersarium sui peremissent. certe, si nondum uenit Christus creatoris, propter quem haec passuri praedicantur, cum uenerit ergo, patientur. et ubi tunc filia Sion derelinquenda, quae nulla hodie est? ubi ciuitates exurendae, quae iam in tumulis? ubi dispersio gentis, quae iam extorris? redde statum Iudaeae, quem Christus creatoris inueniat, et alium contende uenisse. iam uero quale est, ut per caelum suum admiserit quem in terra sua esset interempturus, honestiore et gloriosiore regni sui regione uiolata, ipsa aula sua et arce calcata? an hoc magis adfectauit? plane deus zelotes. tamen uicit. erubesce, qui uicto deo credis. quid sperabis ab eo, qui se protegere non ualuit? aut enim per

1] Ps. 58, 12. 3] Es. 50, 11. 9] Es. 53, 9. 11] cf. Matth. 26, 15. 12] cf. Matth. 28, 12—13. 20—22] cf. Es. 1, 7—8.

1 quinquagesimo octauo *Pam:* LVII° *MF*, quinquagesimo septimo *R* disperge *Pam N*, disperde *MR* 8 aemulis *M*, ab aemulis *R uulgo* 10 subreptum eum *Pam* 14 et *deleri uult Pam* 17 Iudam = *Iudaeos* aduersarium sui (= *ipsius*) *MF*, aduersarium ⟨domini⟩ sui *R uulgo* peremissent *sc.* Iuda *id est Iudaei* 27 deus *MR*[3], *om.* *R*[1] tamen = *jedenfalls* zelotes, tamen *uulgo*

infirmitatem oppressus est a uirtutibus et hominibus creatoris aut per malitiositatem, ut tantum illis sceleris patientia infigeret.

24. 'Immo', inquis, 'spero ab illo, quod et ipsum faciat ad testimonium diuersitatis, regnum dei aeternae et caelestis possessionis. ceterum uester Christus pristinum statum Iudaeis pollicetur ex restitutione terrae et post decursum uitae apud inferos in sinu Abrahae refrigerium'. ⟨o⟩ deum optimum, si reddit placatus quod et abstulerat iratus! o deum tuum, qui et caedit et sanat, condit mala et facit pacem! o deum etiam ad inferos usque misericordem! sed de sinu Abrahae suo tempore. de restitutione uero Iudaeae, quam et ipsi Iudaei ita ut describitur sperant, locorum et regionum nominibus inducti, quomodo allegorica interpretatio in Christum et in ecclesiam et habitum et fructum eius spiritaliter competat, et longum est persequi et in alio opere digestum, quod inscribimus 'de spe fidelium', et in praesenti uel eo otiosum, quia non de terrena, sed de caelesti promissione sit quaestio. nam et confitemur in terra nobis regnum promissum, sed ante caelum, sed alio statu, utpote post resurrectionem in mille annos in ciuitate diuini operis Hierusalem caelo delatum, quam et apostolus matrem nostram sursum designat. et politeuma nostrum, id est municipatum, in caelis esse pronuntians, alicui utique caelesti ciuitati eum deputat. hanc et Ezechiel nouit et apostolus Iohannes uidit et qui apud fidem nostram est nouae prophetiae sermo testatur, ut etiam effigiem ciuitatis ante repraesentationem eius conspectui futuram in signum praedicarit. denique proxime expunctum est orientali expeditione. constat enim ethnicis quoque testibus in Iudaea per dies quadraginta matutinis momentis ciuitatem de caelo pependisse, omni moeniorum

8] cf. Luc. 16, 22. 9] cf. Hiob 5, 18. cf. Deut. 32, 39. 10] cf. Es. 45, 7. 20] cf. Apoc. 21, 2. 21] cf. Gal. 4, 26. 22] cf. Phil. 3, 20. 24] cf. Ez. 48, 30—35. cf. Apoc. 21, 2.

8 o *addidi* 12 uero *R*, uerae *M* 13 sperant R^3, separant MR^1 17 terrena *R*, terra *M* 21 delatum *scripsi* (*sc. regnum*): delata *MR* 22 designat, et *uulgo* 25 uidit. et *uulgo* 26 testatur R^3, testatus MR^1 27 proxime *om.* R^1

habitu euanescente de profectu diei, et alias de proximo nullam. hanc dicimus excipiendis ⟨de⟩ resurrectione sanctis et refouendis omnium bonorum, utique spiritalium, copia in compensationem eorum, quae in saeculo uel despeximus uel amisimus, a deo prospectam, siquidem et iustum et deo dignum illic quoque exultare famulos eius, ubi sunt et adflicti in nomine ipsius. haec ratio regni ⟨sub⟩caelestis. post cuius mille annos, intra quam aetatem concluditur sanctorum resurrectio pro meritis maturius uel tardius resurgentium, tunc, et mundi destructione et iudicii conflagratione commissa, demutati in atomo in angelicam substantiam, scilicet per illud incorruptelae superindumentum, transferemur in caeleste regnum, de quo nunc sic [ideo] retractatur, quasi non praedicato apud creatorem ac per hoc alterius dei Christum probante, a quo primo et solo sit reuelatum. disce iam hinc illud et praedicatum a creatore et sine praedicatione credendum apud creatorem. quid tibi uidetur? cum Abrahae semen post primam promissionem, qua in multitudinem arenae repromittitur, ad instar quoque stellarum destinatur, nonne et terrenae et caelestis dispositionis auspicia sunt? cum Isaac benedicens Iacob, filium suum: det, ait, tibi deus de rore caeli et de opimitate terrae, nonne utriusque indulgentiae exempla sunt? denique animaduertenda est hic etiam structura benedictionis ipsius. nam circa Iacob, qui quidem posterioris et praelatioris populi figura est, id est nostri, prima promissio caelestis est roris, secunda terrenae opimitatis. nos enim primo ad caelestia inuitamur, cum a saeculo auellimur, et ita postea inuenimur etiam terrena consecuturi. et euangelium uestrum quoque habet: quaerite primum regnum dei, et haec adicientur uobis. ceterum ad Esau praemittit benedictionem terrenam et subicit

10] cf. I Cor. 15, 52—53. 18] cf. Gen. 22, 17. 20] Gen. 27, 28. 28] Luc. 12, 31.

2 de *addidi* 7 ⟨sub⟩caelestis *scripsi* (*cf. l. 12 et 419, 21—22 et 30*): caelestis *MR* 9 meritos *M* (o *in* i *corr. m. 1*) 10 conflagratione *R*[3], confragatione *M*, confragratione *R*[1] 11 athomo *M* 13 sic *R*, sit *M* ideo *om. M* (*margini adscripsit m. 1*) 18 qua *Rig:* quam *MR* 25 oris *M* 28 et—quoque *ut saepius* uestrum quoque *M*, quoque uestrum *R* 30 praemittit *scripsi:* promittit *MR*

caelestem, de opimitate terrae, dicens, erit inhabitatio tua et a rore caeli. Iudaeorum enim dispositio in Esau, priorum natu et posteriorum adfectu filiorum, a terrenis bonis, imbuta per legem, postea ad caelestia per euangelium credendo deducitur. cum uero Iacob somniat scalas obfirmatas in terra ad caelum et angelos alios ascendentes alios descendentes et innixum desuper dominum, temere, si forte, interpretabimur scalis his iter ad caelum demonstrari, quo alii perueniant, unde alii decidant, *** domini constitutum esse iudicium. cur autem, ut euigilauit et primum loci horrore concussus est, conuertitur ad interpretationem somnii? cum enim dixisset: quam terribilis locus iste! non est, inquit, aliud, sed aedes dei, et haec porta caeli. Christum dominum enim uiderat, templum dei et portam eundem, per quem aditur in caelum. et utique portam caeli non nominasset, si caelum non aditur apud creatorem. sed est et porta quae recipit et quae perducit ⟨uia⟩ strata iam a Christo, de quo Amos: qui aedificat in caelum ascensum suum, utique non sibi soli sed et suis, qui cum illo erunt. et circumdabis enim illos tibi, inquit, tamquam ornamentum sponsae. ita per illum ascensum ad caelestia regna tendentes miratur spiritus dicens: uolant uelut qui sunt milui, ut nubes uolant et uelut pulli columbarum ad me, scilicet simpliciter, ut columbae. auferemur enim in nubes obuiam domino secundum apostolum, — illo scilicet filio hominis ueniente in nubibus secundum Danihelem — et ita semper cum domino erimus,

1] Gen. 27, 39. 5] cf. Gen. 28, 12. 13. 12] Gen. 28, 17. 14] cf. Ioh. 2, 19—21. cf. Ioh. 10, 7. 17] Am. 9, 6. 19] Es. 49, 18. 22] Es. 60, 8. 24] I Thess. 4, 17. 25] cf. Dan. 7, 13. 26] cf. II Cor. 5, 8.

6 alios descendentes et *scripsi:* et alios descendentes *MR* 9 decidant *R*, decident *M*, decidant <et> *Eng* *lacunam signaui:* domin<o autem desuper innixo et hoc et illud in domin>i *uelim suppleri* iudicium *MR*, iudicio *Urs* iudicium. cur *Eng:* iudicium? cur *uulgo* 11 somnii *M*, somni *R* 12 terribilis *M*, terribilis est *R uulgo* 14 in caelum *M*, caelum *R* 17 uia *addidi* strata iam *MR*, strata uia *Lat* 24 auferemur *R*, auferamur *M*

eatenus, dum et in terra et in caelo qui ob utriusque promissionis ingratos ipsa etiam elementa testatur: a u d i, c a e l u m, e t i n a u r e s r e c i p e, t e r r a. et ego quidem, etiamsi nullam spei caelestis manum mihi totiens scriptura porrigente, satis haberem huius quoque promissionis praeiudicium, quod iam terrenam gratiam teneam; expectarem aliquid et de caelo a deo caeli sicut et terrae: ita crederem Christum sublimiora pollicentem eius esse, qui humiliora promiserat, qui experimenta maiorum de paruulis fecerat, qui hoc inauditi, si forte, regni praeconium soli Christo reseruauerat, ut per famulos quidem terrena gloria, caelestis uero per ipsum dominum adnuntiaretur. at tu hinc quoque alium argumentaris Christum, quod regnum nouum adnuntiet. prius est, aliquod exemplum indulgentiae proferas, ne merito dubitem de fide tantae promissionis, quam spero — nam didici —; immo ante omnia est, ut, quem caelestia praedicas repromittere, aliquod caelum probes eius. at nunc uocas ad caenam nec domum ostendis; adlegas regnum nec regiam monstras. an qui Christus tuus caeleste regnum repromittit non habens caelum? quomodo et hominem praestitit non habens carnem? o phantasma omne! o praestigia magna etiam promissionis!

LIBER QVARTVS.

1. Omnem sententiam et omnem paraturam impii atque sacrilegi Marcionis ad ipsum iam euangelium eius prouocamus, quod interpolando suum fecit. et ut fidem instrueret, dotem

2] Es. 1, 2.

1 dum et in terra *cf. 419, 18—21* qui testatur *scil. dominus; neque enim spiritus solum sed etiam ipse Christus per prophetam loquitur* 2 ipsa enim etiam *M* 3 recipe *M*, percipe *R uulgo* 8 qui *MR*, qui et *Pam N* 9 inauditis *M* 11 dominum *scripsi:* deum *MR* 15 spero; nam didici (*scil. mihi cauere*) *MR*[1], sperandam dicis *R*[3] *uulgo* 18 an qui (= *quomodo*) *scripsi:* an quia *MR*, an (*id facis*), quia *Eng* 20 omne *MR*, inane *Urs* 21 praestigia *MR* (*cf. Quintil. IIII 1, 77*), praestigiae *Eng* magna *scripsi:* magnae *MR* ADVERSVS MARCIONE̅ LIB̅ TERCIVS EXPLICAT.; INCIPIT LIB̅ IIII *M*, Explicit lib. III; incipit lib. IIII aduersus Marcionem *F*

quandam commentatus est illi, — opus ex contrarietatum oppositionibus 'Antithesîs' cognominatum et ad separationem legis et euangelii coactum — qua duos deos diuidens, proinde diuersos ut alterum alterius instrumenti uel, quod magis usui est dicere, testamenti, exinde euangelio quoque secundum antithesîs credendo patrocinaretur. sed et istas proprio congressu comminus, id est per singulas iniectiones Pontici, cecidissem, si non multo oportunius in ipso et cum ipso euangelio, cui procurant, retunderentur. quamquam tam facile est praescriptiue occurrere, equidem ut accepto eas faciam, ut rato habeam, ut nobiscum facere dicam, quo magis de caecitate auctoris sui erubescant, nostrae iam antithesîs aduersus Marcionem. atque adeo confiteor alium ordinem decucurrisse in ueteri dispòsitione apud creatorem, alium in noua apud Christum. non nego distare documenta eloquii, praecepta uirtutis, legis disciplinas, dum tamen tota diuersitas in unum et eundem deum competat, illum scilicet, a quo constat eam dispositam sicut et praedicatam. olim contionatur Esaias prodituram ex Sion legem et sermonem domini ex Hierusalem, aliam utique legem aliumque sermonem. denique iudicabit, inquit, inter nationes et traducet populum plurimum, scilicet non unius gentis Iudaeorum, sed nationum, quae per nouam legem euangelii et nouum sermonem apostolorum iudicantur et traducuntur apud semetipsas de pristino errore, simul crediderunt, atque exinde concidunt machaeras in aratra, et zibinas, quod genus uenabulorum est, in falces, id est feros et saeuos quondam animos conuertunt in sensus probos et bonae frugis operarios. et rursus: audite me, audite, populus meus,

18] cf. Es. 2, 3. 20] Es. 2, 4. 25] ib. 28] Es. 51, 4.

4 ut alterum *scripsi:* alterum *MR* 5 exinde *scripsi:* ut exinde *MR* antithesis *MF*, antitheseis *R*, antitheses *Oehlerus: ita per totum opus uariat scriptura in hoc uocabulo; ego ubique sequor codices* 8 oportunius *M*, opportunius *R uulgo* 9 retunderentur, quamquam *uulgo* 10 equidem *R*, et quidem *M* 14 noua R^3, nouo MR^1 non nego MGR^3, nonne ergo R^1 22 legem nouam *M* 25 zibinas *scripsi:* zibbynas *M*, sibinas *R* 28 audite *scripsi* (*alt. loco*)*:* audite et *M*, audite me et *R*

et reges, auribus intendite in me, quoniam lex prodibit a me et iudicium meum in lucem nationum, quo iudicauerat atque decreuerat nationes quoque inluminandas per euangelii legem atque sermonem. haec erit et lex apud Dauid, inuituperabilis, qua perfecta, conuertens animam, utique ab idolis ad deum, hic erit et sermo, de quo idem Esaias: quoniam, inquit, decisum sermonem faciet dominus in terra. compendiatum est enim nouum testamentum et a legis laciniosis oneribus expeditum. sed quid pluribus, cum manifestius et luce ipsa clarius nouatio praedicetur a creatore per eundem? ne rememineritis priorum et antiqua ne recogitaueritis — uetera transierunt, noua oriuntur — ecce facio noua, quae nunc orientur. item per Hieremiam: nouate uobis nouamen nouum et ne seueritis in spinas et circumcidimini praeputia cordis uestri et alibi: ecce ueniet dies, dicit dominus, et perficiam domui Iacob et domui Iudae testamentum nouum, non secundum testamentum, quod disposui patribus eorum in die, qua arripui dispositionem eorum ad educendos eos de terra Aegypti. adeo pristinum testamentum temporale significat, dum mutabile ostendit, etiam dum aeternum de postero pollicetur. nam per Esaiam: audite me, ⟨inquit,⟩ et uiuetis, et disponam uobis testamentum aeternum, adiciens sancta et fidelia Dauid, ut id testamentum in Christo decursurum demonstraret, ex genere Dauid secundum Mariae censum. eundem etiam in uirga, ex radice Iesse processura, figurate praedicabat. igitur si alias leges aliosque sermones et nouas testamentorum dispositiones

4] Ps. 18, 8. 7] Es. 10, 23. 11] Es. 43, 18. 12] II Cor. 5, 17. 13] Es. 43, 19. 14] Hier. 4, 3—4. 16] Hier. 38, 31—32. 23] Es. 55, 3. 26] cf. Es. 11, 1.

4 et lex *scripsi:* lex et *MR* 5 animas *Pam* 11 priorum MGR^{3}, proprium R^{1} 12 cogitaueritis *Rig* 15 praeputia *M*, praeputio *R uulgo* 16 ueniunt *Pam* 17 Iuda *Pam* 23 inquit *addidi* 24 aeternum ⟨dicens et⟩ adiciens *Eng, seruans infra ordinem uerborum* 26 eundem *in MR paulo ante, post* demonstraret, *traditum huc transtuli* 27 processuram *M*

a creatore dixit futuras, ut etiam ipsorum sacrificiorum alia officia potiora et quidem apud nationes destinarit, dicente Malachia: non est uoluntas mea in uobis, inquit dominus, et sacrificia uestra non excipiam de manibus uestris, quoniam a solis ortu usque ad occasum glorificatum est in nationibus nomen meum, et in omni loco sacrificium nomini meo offertur et sacrificium mundum, scilicet simplex oratio de conscientia pura, necesse est omnis demutatio ueniens ex innouatione diuersitatem ineat cum his, quorum fit, et contrarietatem ex diuersitate. sicut enim nihil demutatum quod non diuersum, ita nihil diuersum quod non contrarium. eiusdem ergo deputabitur etiam contrarietas ex diuersitate, cuius fuerit demutatio ex innouatione. qui disposuit demutationem, iste instituit et diuersitatem; qui praedicauit innouationem, iste praenuntiauit et contrarietatem. quid differentiam rerum ad distantiam interpretaris potestatum? quid antithesîs exemplorum distorques aduersus creatorem, quas in ipsis quoque sensibus et adfectionibus eius potes recognoscere? ego, inquit, percutiam et ego sanabo, ego, inquit, occidam et ego uiuificabo, condens scilicet mala et faciens pacem. quo etiam soles illum mobilitatis quoque et inconstantiae nomine reprehendere, prohibentem quae iubet et iubentem quae prohibet. cur ergo non et antithesîs ad naturalia reputasti contrarii sibi semper creatoris, nec mundum saltim recogitare potuisti, nisi fallor, etiam apud Ponticos ex diuersitatibus structum aemularum inuicem substantiarum? prius itaque debueras alium deum luminis alium tenebrarum determinasse, ut ita posses alium legis alium euangelii adseuerasse. ceterum praeiudicatum est ex manifestis, cuius opera

3] Mal. 1, 10. 11. 19] Deut. 32, 39. 20] Es. 45, 7.

3 Malachia *R*[3], Malachin *MR*[1] 7 offertur *Pam:* offeretur *MR* 10 fit *M,* sit *R* contrarietate *M* di*uersitate *M* 15 praenuntiauit *M,* pronuntiauit *R* 21 quo (= *deshalb*) *Eng:* qua *MR* 23 iubeat—prohibeat *Urs* 26 structum *M,* constructum *R* substantiarum. prius *uulgo*

et ingenia per antithesîs constant, eadem forma constare etiam sacramenta.

2. Habes hanc ⟨ad⟩ 'Antithesîs' expeditam a nobis responsionem. transeo nunc ad euangelii, sane non Iudaici sed Pontici, interim adulterati, demonstrationem, praestructuram ordinem, quem adgredimur. constituimus inprimis euangelicum instrumentum apostolos auctores habere, quibus hoc munus euangelii promulgandi ab ipso domino sit impositum. si et apostolicos, non tamen solos, sed cum apostolis, [et postapostolicos] quoniam praedicatio discipulorum suspecta fieri posset de gloriae studio, si non adsistat illi auctoritas magistrorum, immo Christi, quae magistros apostolos fecit. denique nobis fidem ex apostolis Iohannes et Matheus insinuant, ex apostolicis Lucas et Marcus instaurant, isdem regulis exorsi, quantum ad unicum deum attinet creatorem et Christum eius, natum ex uirgine, subplementum legis et prophetarum. uiderit enim, si narrationum dispositio uariauit, dummodo de capite fidei conueniat, de quo cum Marcione non conuenit. contra Marcion euangelio, scilicet suo, nullum adscribit auctorem, quasi non licuerit illi titulum quoque adfingere, cui nefas non fuit ipsum corpus euertere. et possem hic iam gradum figere, non agnoscendum contendens opus, quod non erigat frontem, quod nullam constantiam praeferat, nullam fidem repromittat de plenitudine tituli et professione debita auctoris. sed per omnia congredi malumus, nec dissimulamus quod ex nostro intellegi potest. nam ex his commentatoribus, quos habemus, Lucam uidetur Marcion elegisse, quem caederet. porro Lucas non apostolus, sed apostolicus, non magister, sed discipulus, utique magistro minor, certe tanto posterior, quanto posterioris apostoli sectator, Pauli sine dubio, ut et si sub ipsius Pauli nomine euangelium Marcion intulisset, non sufficeret ad fidem singularitas instru-

3 hanc *Eng:* nunc *MR* ad *add. Urs* 6 euangelica (u *suprascr.*) *M* (*corr. m. 1*) 9 et postapostolicos *seclusi; quae interpolatio falso loco inter uerba irrepsisse uidetur:* et post apostolos R^3 *uulgo*, et [post] apostolicos *Eng* 12 quae *MR*, qui *Pam* 13 matheus *M*, Matthaeus *R uulgo* 14 isdem *MF*, iisdem *R* 25 malumus *M*, maluimus *R* 26 his *MR* iis *Pam* 27 marcione legisse *M*

menti destituta patrocinio antecessorum. exigeretur enim id quoque euangelium, quod Paulus inuenit, cui fidem dedit, cui mox suum congruere gestiit, siquidem propterea Hierosolymam ascendit ad cognoscendos apostolos et consultandos, ne forte in uacuum cucurrisset, id est ne non secundum illos credidisset et non secundum illos euangelizaret. denique ut cum auctoribus contulit et conuenit de regula fidei, dexteras miscuerunt et exinde officia praedicandi distinxerunt, ut illi in Iudaeos, Paulus in Iudaeos et in nationes. igitur si ipse inluminator Lucae auctoritatem antecessorum et fidei et praedicationi suae optauit, quanto magis eam euangelio Lucae expostulem, quae euangelio magistri eius fuit necessaria?

3. Aliud est, si penes Marcionem a discipulatu Lucae coepit religionis Christianae sacramentum. ceterum si et retro decucurrit, habuit utique authenticam paraturam, per quam ad Lucam usque peruenit, cuius testimonio adsistente Lucas quoque possit admitti. sed enim Marcion nactus epistolam Pauli ad Galatas, etiam ipsos apostolos suggillantis ut non recto pede incedentes ad ueritatem euangelii, simul et accusantis pseudoapostolos quosdam peruertentes euangelium Christi, conititur ad destruendum statum eorum euangeliorum, quae propria et sub apostolorum nomine eduntur uel etiam apostolicorum, ut scilicet fidem, quam illis adimit, suo conferat. porro etsi reprehensus est Petrus et Iohannes et Iacobus, qui existimabantur columnae, manifesta causa est: personarum enim respectu uidebantur uariare conuictum. et tamen cum ipse Paulus omnibus omnia fieret, ut omnes lucraretur, potuit et Petro hoc in consilio fuisse aliquid aliter agendi

4] cf. Gal. 2, 2. 8] cf. Gal. 2, 9. 18] cf. Gal. 2, 14. 19] cf. Gal. 2, 4. 25] cf. Gal. 2, 9. 27] cf. I Cor. 9, 19.

2 dedit *M*, dedidit *R uulgo* 7 et (e *in lit.*) *M* dexteras *M*, dextras *R* miscuerunt *M*, miscuere *R uulgo* 8 officia *R*, officio *MF* 9 si ipse *R*, sup* se *M* 10 ante cessorum *M* fidei (*syll.* de *in ras.*) *M* 17 epistolam *M*, epistulam *R* 18 galathas *M* (*pro more*) 20 pseudoapostolos *MF*, pseudapostolos *R uulgo* 23 ademit *Eng* 26 respectu (u *ex* a *a m. 1*) *M*

quam docebat. proinde si et pseudoapostoli inrepserant, horum quoque qualitas edita est, circumcisionem uindicantium et Iudaicos fastus. adeo non de praedicatione, sed de conuersatione a Paulo denotabantur, aeque denotaturo, si quid de deo creatore aut Christo eius errassent. igitur distinguenda erunt singula. si apostolos praeuaricationis et simulationis suspectos Marcion haberi queritur usque ad euangelii deprauationem, Christum iam accusat, accusando quos Christus elegit. si uero apostoli quidem integrum euangelium contulerunt, de sola conuictus inaequalitate reprehensi, pseudoapostoli autem ueritatem eorum interpolauerunt et inde sunt nostra digesta, quod erit germanum illud apostolorum instrumentum, quod adulteros ⟨non⟩ passum est? quod Paulum inluminauit et ab eo Lucam? at si tam funditus deletum est, ut cataclysmo quodam ita inundatione falsariorum obliteratum, iam ergo nec Marcion habet uerum. aut si ipsum erit uerum, id est apostolorum, quod Marcion habet solus, id quomodo nostro consonat, quod non apostolorum, sed Lucae refertur? aut si non statim Lucae deputandum est quo Marcion utitur, quia nostro consonat, scilicet adulterato etiam circa titulum, ceterum apostolorum est, iam ergo et nostrum, quod illi consonat, aeque apostolorum est. 'sed adulteratum de titulo quoque.' 4. funis ergo ducendus est contentionis pari hinc inde nisu fluctuante: ego meum dico uerum, Marcion suum; ego Marcionis adfirmo adulteratum, Marcion meum. quis inter nos determinabit, nisi temporis ratio, ei praescribens auctoritatem, quod antiquius repperietur, et ei praeiudicans uitiationem, quod posterius reuincetur? in quantum enim falsum corruptio

1] cf. Gal. 2, 4. 2] cf. Gal. 2, 3—4.

1 pseudoapostoli *MF*, pseudapostoli *R uulgo* 3 fastus MR^1, fastos R^3 *uulgo* 10 pseudoapostoli *MF*, pseudapostoli *R uulgo* 11 quo (= *ubi*) *Eng* 12 non *addidi*, adulteros passum est, quod ... Lucam? *Eng* 13 at *scripsi:* aut *MR* 14 tam *MR*, iam *Eng* 17 *post* solus *signum interrogationis deleui* id *scripsi:* et *MR* 20 ceterum (= *sed*) *Ciacconius:* ceterorum *MR* 21 est, sed *uulgo* sed—quoque *aduersarii sunt; propterea male post* quoque *distinguuntur capita* 25 determinabit *R*, determinauit *MF* 26 antiquus *M* repperietur *MF*, reperietur *R* 27 reuincetur inuenietur MR^1, inuenietur *del.* R^3

est ueri, in tantum praecedat necesse est ueritas falsum. prior erit res passione et materia aemulatione. alioquin quam absurdum, ut, si nostrum antiquius probauerimus, Marcionis uero posterius, et nostrum ante uideatur falsum quam habuerit de ueritate materiam, et Marcionis ante credatur aemulationem a nostro expertum quam et editum et postremo id uerius existimetur, quod est serius, post tot ac tanta iam opera atque documenta Christianae religionis saeculo edita, quae edi utique non potuissent sine euangelii ueritate, id est ante euangelii ueritatem. quod ergo pertinet ad euangelium interim Lucae, quatenus communio eius inter nos et Marcionem de ueritate disceptat, adeo antiquius Marcionis est quod est secundum nos, ut et ipse illi Marcion aliquando crediderit, cum et pecuniam in primo calore fidei catholicae ecclesiae contulit, proiectam mox cum ipso, posteaquam in haeresim suam a nostra ueritate desciit. quid nunc, si negauerint Marcionitae primam apud nos fidem eius aduersus epistolam quoque ipsius? quid, si nec epistolam agnouerint? certe 'Antithesîs' non modo fatentur Marcionis sed et praeferunt. ex his mihi probatio sufficit. si enim id euangelium, quod Lucae refertur penes nos, — uiderimus an et penes Marcionem — ipsum est, quod Marcion per Antithesîs suas arguit ut interpolatum a protectoribus Iudaismi ad concorporationem legis et prophetarum, quo etiam Christum inde confingerent, utique non potuisset arguere nisi quod inuenerat. nemo post futura reprehendit, quae ignorat futura. emendatio culpam non antecedit. emendator sane euangelii a Tiberianis usque ad Antoniniana tempora euersi Marcion solus et primus obuenit, expectatus tamdiu a Christo, paenitente iam, quod apostolos praemisisse properasset sine praesidio Marcionis. nisi quod humanae temeritatis, non diuinae auctoritatis negotium est haeresis, quae sic semper emendat

11 quatinus *M* 12 Marcionis (*sc. euangelio*) *N*, marcio *M*, Marcione *R* 13 ipse *om. M* (*in mg. add. m. 1*) 16 desciit *MR*, desciuit *Rig* 17 epistolam *M*, epistulam *R* 23 quo *scripsi:* qua *MR* inde *scil. ex Iudaismo* 27 Antoniniana R^3, antoniana MR^1

euangelia, dum uitiat, cum, et si discipulus Marcion, non tamen super magistrum, et si apostolus Marcion, siue ego, inquit Paulus, siue illi, sic praedicamus, et si prophetes Marcion, et spiritus prophetarum prophetis erunt subditi; non enim euersionis sunt, sed pacis, etiam si angelus Marcion, citius anathema dicendus quam euangelizator qui aliter euangelizauit. itaque dum emendat, utrumque confirmat: et nostrum anterius, id emendans quod inuenit, et id posterius, quod de nostri emendatione constituens suum et nouum fecit.

5. In summa: si constat id uerius quod prius, id prius quod ⟨ab initio,⟩ id ab initio quod ab apostolis, pariter utique constabit id esse ab apostolis traditum, quod apud ecclesias apostolorum fuerit sacrosanctum. uideamus, quod lac a Paulo Corinthii hauserint, ad quam regulam Galatae sint recorrecti, quid legant Philipenses Thesalonicenses Ephesii, quid etiam Romani de proximo sonent, quibus euangelium et Petrus et Paulus sanguine quoque suo signatum reliquerunt. habemus et Iohannis alumnas ecclesias. nam etsi Apocalypsin eius Marcion respuit, ordo tamen episcoporum ad originem recensus in Iohannem stabit auctorem. sic et ceterarum generositas recognoscitur. dico itaque apud illas, nec solas iam apostolicas, sed apud uniuersas, quae illis de societate sacramenti confoederantur, id euangelium Lucae ab initio editionis suae stare, quod cum maxime tuemur, Marcionis uero plerisque nec notum. nullis autem notum ut non eo damnatum? habet plane et illud ecclesias, sed suas, tam posteras quam adulteras, qua-

1] cf. Matth. 10, 24. 2] I Cor. 15, 11. 4] I Cor. 14, 32. 6] cf. Gal. 1, 8. 14] cf. I Cor. 3, 2.

7 qui *M*, quia *R* 8 anterius *Lat:* alterius *MR* 12 quod ⟨ab initio,⟩ id ab initio *scripsi:* quod et ab initio *MF*, quod et ab initio, ⟨id ab initio⟩ *R uulgo* 15 chorinthi *M* galathae *M* sint *R*, sunt *M* 16 Philippenses *R* Thessalonicenses *R* 23 confoederantur *R*, conferantur *MF* 25 tueamur *M* (a *eras.*) notum, nullis *uulgo* 26 autem *om.* *R*[1] eo (*scil. quod plerisque nec notum est*) damnatum *MGR*[3], eodem natum *R*[1], eadem damnatum *Oehlerus* *signum interrogationis posui*

rum si censum requiras, facilius apostaticum inuenias quam apostolicum, Marcione scilicet conditore uel aliquo de Marcionis examine. faciunt fauos et uespae, faciunt ecclesias et Marcionitae. eadem auctoritas ecclesiarum apostolicarum ceteris quoque patrocinabitur euangeliis, quae proinde per illas et secundum illas habemus, Iohannis dico atque Mathei, licet et Marcus quod edidit Petri adfirmetur, cuius interpres Marcus. nam et Lucae digestum Paulo adscribere solent. capit autem magistrorum uideri quae discipuli promulgarint. itaque et de his Marcion flagitandus, quod omissis eis Lucae potius institerit, quasi non et haec apud ecclesias a primordio fuerint, quemadmodum et Lucae. atquin haec magis a primordio fuisse credibile est, ut priora, qua apostolica, ut cum ipsis ecclesiis dedicata. ceterum quale est, si nihil apostoli ediderunt, ut discipuli potius ediderint, qui nec discipuli existere potuissent sine ulla doctrina magistrorum? igitur, dum constet haec quoque apud ecclesias fuisse, cur non haec quoque Marcion attigit aut emendanda, si adulterata, aut agnoscenda, si integra? nam et competit ut, si qui euangelium peruertebant, eorum magis curarent peruersionem, quorum sciebant auctoritatem receptiorem. ideo et pseudoapostoli, quod per falsum apostolos imitarentur. in quantum ergo emendasset quae fuissent emendanda, si fuissent corrupta, in tantum confirmauit non fuisse corrupta quae non putauit emendanda. denique emendauit quod corruptum existimauit. sed nec hoc merito, quia non fuit corruptum. si enim apostolica integra decucurrerunt, Lucae autem, quod est secundum nos, adeo congruit regulae eorum, ut cum illis apud ecclesias maneat, iam et Lucae constat integrum decucurrisse usque ad sacrilegium Marcionis. denique ubi manus illi Marcion intulit, tunc diuersum et

2 marcionē *M* 6 atque mathei *MF*, et Matthaei *R uulgo* 8 capit autem *Iun:* capita MR^1, capit R^3 10 quid *Urs* 18 ignoscenda *M* 21 pseudoapostoli *MF*, pseudapostoli *R uulgo* 26 integra *Lat:* integrae *M*, integre *R uulgo* decucurrerunt *MR*, decurrerunt *F* 29 decucurrisse *MR*, decurrisse *F*

aemulum factum est apostolicis. igitur dabo consilium discipulis eius, ut aut et illa conuertant, licet sero, ad formam sui, *** quo cum apostolicis conuenire uideatur. nam et cotidie reformant illud, prout a nobis cotidie reuincuntur. aut erubescant de magistro suo utrobique traducto, cum euangelii ueritatem nunc ex conscientia tramittit nunc ex impudentia euertit. his fere compendiis utimur. cum de euangelii fide aduersus haereticos expedimur, defendentibus et temporum ordinem posteritati falsariorum praescribentem et auctoritatem ecclesiarum traditioni apostolorum patrocinantem, quia ueritasfalsum praecedat necesse est et ab eis procedat, a quibus tradita est.

6. Sed alium iam hinc inimus gradum, ipsum, ut professi sumus, euangelium Marcionis prouocantes, sic quoque probaturi adulteratum. certe enim totum quod elaborauit, etiam antithesîs praestruendo, in hoc cogit, ut ueteris et noui testamenti diuersitatem constitu⟨ens constitu⟩at proinde Christum suum a creatore separatum, ut dei alterius, ut alienum legis et prophetarum. certe propterea contraria quaeque sententiae suae erasit, conspirantia cum creatore, quasi ⟨ab⟩ adsertoribus eius intexta, competentia autem sententiae suae reseruauit. haec conueniemus, haec amplectemur: si nobiscum magis fuerint, si Marcionis praesumptionem percusserint, tunc et illa constabit eodem uitio haereticae caecitatis erasa, quo et haec reseruata. sic habebit intentio et forma opusculi nostri, sub illa utique condicione, quae ex utraque parte condicta sit. constituit Marcion alium esse Christum, qui Tiberianis temporibus a deo quon-

1 ⟨ab⟩ apostolicis *Gel* 2 et *om. Oehlerus* 3 *lacunam signaui:* aut ad formam illorum suum *intercidisse puto* uideatur *scripsi:* uideantur *MR* uideantur, — nam . . . reuincuntur — aut erubescant *uulgo* 5 erubescant *M*, erubescunt *R* de magistro suo *scripsi:* de magistro *add. in mg. m. 1 M* (*in uersu lacuna 13 litterarum*), de magistro *R uulgo* 6 ueritatem *M* (uerita *in ras.*) 7 de euangelii fide *MGR*^{3}, de euangeliis *R*^{1} 11 procedat *M,* praecedat *R* 14 elaborauit *MGR*^{3}, elaborabit *R*^{1} 16 constitu⟨ens constitu⟩at *scripsi:* constituat *MR* 17 separatum *MGR*^{3}, separaturum*F*, separaturus *R*^{1} dei *Rig:* deum *MR* 19 ⟨ab⟩ adsertoribus *R*, adsertoribus *MF* 21 amplectemur, si *uulgo* 22 percusserint. tunc *uulgo* 25 marcioni *M*

dam ignoto reuelatus sit in salutem omnium gentium, alium, qui a deo creatore in restitutionem Iudaici status sit destinatus, quandoque uenturus. inter hos magnam et omnem differentiam scindit, quantam inter iustum et bonum, quantam inter legem et euangelium, quantam inter Iudaismum et Christianismum. hinc erit et nostra praescriptio, qua defigimus nihil Christo dei alterius commune esse debere cum creatore: ceterum creatoris pronuntiandum, si administrauerit dispositiones eius, si impleuerit prophetias eius, si adiuuerit leges eius, si repraesentauerit promissiones eius, si restaurauerit uirtutes eius, si sententias reformauerit, si mores, si proprietates expresserit. huius pacti et huius praescripti, quaeso te, lector, memineris ubique et incipe recognoscere aut Marcionis Christum aut creatoris.

7. Anno quintodecimo principatus Tiberii proponit eum descendisse in ciuitatem Galilaeae Capharnaum, utique de caelo creatoris, in quod de suo ante descenderat. ecquid ergo ordinis fuerat, ut prius de suo caelo in creatoris descendens describeretur? cur enim non et ista reprehendam, quae non implent fidem ordinariae narrationis, deficientis in mendacio semper? plane semel dicta sint per quae iam alibi retractauimus: an descendens per creatorem, et quidem aduersus ipsum, potuerit ab eo admitti et inde tramitti in terram aeque ipsius. nunc autem et reliquum ordinem descensionis expostulo, tenens 'descendisse' illum. uiderit enim, sicubi 'apparuisse' positum est. apparere subitum ex inopinato sapit conspectum, qui semel impegerit oculos in id, quod sine mora apparuit, descendisse autem dum fit uidetur et subicit oculos de facto. etiam ordi-

14] cf. Luc. 3, 1. 15] cf. Luc. 4, 31.

2 qui a deo *in ras. M* 3 inter MR^3, intra R^1 4 inter iustum *in ras. M* 6 Christo *om.* R^1 7 creatore, ceterum *uulgo*, creatore, ceterum <eum> *Eng* 14 tyberii *M*, Tiberiani *R uulgo* deum *Gel* 15 galileae *M* cafarnaum *M* 16 quod *R*, quo *M* ecquid *Rig:* et quid *MR* 20 retractauimus *scil. ea quae non implent fidem ordinariae narrationis* an *R,* ac *M* 25 apparere (rere *ex* rue *a m. 2*) *M* 26 oculos in id *R*, occulo sinit *M* 27 subicit *M*, subit *R* oculos de facto. *scripsi;* oculos. de facto *uulgo; intellego: das Herabsteigen aber wird bemerkt, indem es geschieht, und hält die Augen emporgerichtet von dem Augenblick an, wo es eintritt*

nem facit atque ita cogit exigere, quali habitu, quali suggestu, quonam impetu uel temperamento, etiam quo in tempore diei noctisue descenderit; praeterea, quis uiderit descendentem, quis retulerit, quis adseuerauerit rem, utique nec adseueranti facile credendam. indignum denique, ut Romulus quidem ascensus sui in caelum habuerit Proculum adfirmatorem, Christus uero dei descensus de caelo sui non inuenerit adnuntiatorem, *** quasi non sic et ille ascenderit isdem mendacii scalis, sicut et iste descendit. quid autem illi cum Galilaea, si non erat creatoris, cui ista regio destinabatur ingressuro praedicationem, dicente Esaia: hoc primum bibito, cito facito, regio Zabulon et terra Nepthalim, et ceteri qui maritimam, et Iordanis, Galilaea nationum. populus, qui sedetis in tenebris, uidete lumen magnum; qui habitatis terram, sedentes in umbra mortis, lumen ortum est super uos? bene autem, quod et deus Marcionis inluminator uindicatur nationum, quo magis debuerit, uel de caelo etsi descenderet, utique in Pontum potius descendere quam in Galilaeam. ceterum et loco et inluminationis opere secundum praedicationem occurrentibus Christo iam eum prophetatum incipimus agnoscere, ostendentem in primo ingressu uenisse se, non ut legem et prophetas dissolueret, sed ut potius adimpleret. hoc enim Marcion ut additum erasit. sed frustra negabit Christum dixisse quod statim fecit ex parte. prophetiam enim interim de loco adimpleuit: de caelo statim ad synagogam. ut dici solet: 'ad quod uenimus, hoc age',

11] Es. 9, 1—2. cf. Matth. 4, 15—16. 22] cf. Matth. 5, 17. 25] cf. Luc. 4, 16. 21.

3 descenderit. praeterea *uulgo* 7 dei *om. N Pam* 8 *lacunam signaui:* ut sic interim agamus *uel similia desidero.* <non> quasi non sic *Eng* isdem *MF*, iisdem *R uulgo* mendacii *R*, mendaciis *MF* 11 bibito R^1, ibito *MF*, obito R^3G 13 qui maritimam (*scil. incolitis terram*), et Iordanis (*scil. terra*) *post* nationum *grauius distinxi* 15 terram *om.* R^1 16 super uos *MR*, uobis *N* 17 debuerit, uel de caelo etsi descenderet *scripsi* (*cf. l 8 et 9*): debuerit uel de caelo descendere, etsi *MR* 19 loco R^3, in loco MR^1 24 negabit R^3, negauit MR^1

Marcion: aufer etiam illud de euangelio: non sum missus nisi ad oues perditas domus Israhel, et: non est auferre panem filiis et dare eum canibus, ne scilicet Christus Israhelis uideatur. sufficiunt mihi facta pro dictis. detrahe uoces Christi mei: res loquentur. ecce uenit in synagogam: certe ad oues perditas domus Israhelis. ecce doctrinae suae panem prioribus offert Israhelitis: certe, ut filios praefert. ecce aliis eum nondum impertit: certe, ut canes praeterit. quibus autem magis impertisset quam extraneis creatoris, si ipse inprimis non fuisset creatoris? et tamen quomodo in synagogam potuit admitti tam repentinus, tam ignotus, cuius nemo adhuc certus de tribu, de populo, de domo, de censu denique Augusti, quem testem fidelissimum dominicae natiuitatis Romana archiua custodiunt? meminerant certe, nisi circumcisum scirent, non admittendum in sancta sanctorum. sed etsi passim synagoga adiretur, non tamen ad docendum nisi ab optime cognito et explorato et probato iam pridem in hoc ipsum uel aliunde commendato cum hoc munere. stupebant autem omnes ad doctrinam eius. plane. quoniam, inquit, in potestate erat sermo eius, non quoniam aduersus legem et prophetas docebat. utique enim eloquium diuinum et uim et gratiam praestabat, magis exstruens quam destruens substantiam legis et prophetarum. alioquin non stuperent, sed horrerent, nec mirarentur, sed statim auersarentur destructorem legis et prophetarum, et utique inprimis alterius dei praedicatorem, quia nec potuisset aduersus legem et prophetas docere et hoc nomine aduersus creatorem non praemissa diuersae atque aemulae diuinitatis professione. cum ergo nihil

1] Matth. 15, 24. 2] Matth. 15, 26. 18] Luc. 4, 32.

2 est (= ἔξεστιν) *MR*, est <bonum> *Lat* 4 uideatur *scripsi:* uideretur *MR* sufficiunt *MF*, sufficiant *R* 5 uoces *M*, uocem *R* 11 ịnrepentinus *M* (*corr. m. 1*) 13 agusti *M* (v *s. u. a m. 1*) 14 nisi (ni *in ras.*) *M* 18 aliunde *R*, aliū de *M* conmendato *M* cum hoc munere *fort. spuria; displicet enim illud* cum *multoque aptius ex antecedentibus suppleretur:* in hoc ipsum (*scil. docendi munus*) 21 diuinum et ui et gratia *fort.* 24 horrerent. nec *uulgo* 26 potuisset *R*, pocius set *MF*

tale scriptura significet, nisi solam uim et potestatem sermonis admirationi fuisse, facilius ostendit secundum creatorem docuisse illum, quia non negauit, quam aduersus creatorem, quia non significauit. atque ita aut eius erit agnoscendus, secundum quem docuit, aut praeuaricator iudicandus, si secundum eum, aduersus quem uenerat, docuit. exclamat ibidem spiritus daemonis: quid nobis et tibi est, Iesu? uenisti perdere nos; scio qui sis, sanctus dei. hic ego non retractabo, an et hoc cognomentum competierit ei, quem nec Christum uocari oporteret, si non creatoris, — alibi iam de nominibus expostulatum est — at nunc discepto, quomodo hoc eum uocari cognouerit daemon, nulla umquam retro emissa praedicatione in illum a deo ignoto et in id temporis muto, cuius nec sanctum eum contestari potuit, ut ignoti ⟨et⟩iam ipsi suo creatori. quid autem iam tale ediderat nouae diuinitatis, per quod posset alterius dei sanctus intellegi? tantum quod synagogam introgressus et nec sermone operatus ⟨erat⟩ aliquid aduersus creatorem? sicut ergo quem ignorabat nullo modo poterat Iesum et sanctum dei agnoscere, ita quem norat agnouit. nam et prophetam meminerat sanctum dei praedicasse et Iesum nomen domini esse in filio Naue. haec et ab angelo exceperat secundum nostrum euangelium: propterea quod in te nascetur uocabitur sanctum, filius dei, et uocabis nomen eius Iesum. sed et habebat utique sensum aliquem dominicae dispositionis — licet daemon tamen — magis quam alienae et nondum satis cognitae. nam et praemisit: quid nobis et tibi, Iesu? non quasi in extraneum, ⟨sed⟩ ad quem pertinent spiritus creatoris. nec enim dixit: 'quid tibi et

7] Luc. 4, 34. 20] cf. Ps. 15, 10. cf. Act. 2, 27. 21] cf. Deut. 28, 10. 22] Luc. 1, 35. 23] Luc. 1, 31. 26] Luc. 4, 34.

1 solamium *M* 7 Iesu *R*, ihū *M* 9 nec *R*, ne *MF* 10 *parenthesin indicauit Eng* 11 hoc eum *MFR*³, eum *R*¹ 14 ignoti *Urs:* ignoto *MR* ⟨et⟩iam *Urs:* iam *MR* suo creatori *scil. daemonis* 15 ediderat *R*, ediderit *M* 16 posset *M*, possit *R* 17 erat *addidi* 21 domini *scripsi:* dei *MR* 27 Iesu *in MR post* extraneum *traditum huc transtulit Iun; iniuria reposuit Oehlerus* sed *add. Iun*

nobis'? sed 'quid nobis et tibi'? se deplorans et sorti suae exprobrans. quam iam uidens adicit: uenisti perdere nos. adeo iudicis et ultoris et, ut ita dixerim, saeui dei filium agnouerat Iesum, non optimi illius, et perdere et punire nescientis. quorsum hunc locum praemisimus? ut Iesum et a daemone non alium doceamus agnitum et a semetipso non alium confirmatum quam creatoris. 'atquin', inquis, 'increpuit illum Iesus'. plane, ut inuidiosum et in ipsa confessione petulantem, ut male adulantem, quasi haec esset summa gloria Christi, si ad perditionem daemonum uenisset et non potius ad hominum salutem, qui nec discipulos de subactione spirituum, sed de candida salutis gloriari uolebat. aut cur eum increpuit? si quasi mentitum in totum, ergo non fuit Iesus nec dei sanctus omnino; si quasi ex parte mentitum, quod eum Iesum quidem et sanctum dei, sed creatoris, existimasset, iniustissime increpuit hoc sentientem, quod sciebat sentiendum, et hoc non aestimantem, quod ignorabat aestimandum: alium Iesum et alterius dei sanctum. quodsi uerisimiliorem statum non habet increpatio nisi quem nos interpretamur, iam ergo et daemon nihil mentitus est, non ob mendacium increpitus; ipse enim erat Iesus, praeter quem alium daemon agnouisse non poterat, et Iesus eum confirmauit, quem agnouerat daemon, dum non ob mendacium increpat daemonem.

8. Nazaraeus uocari habebat secundum prophetiam Christus creatoris. unde et ipso nomine nos Iudaei Nazarenos appellant per eum. nam et sumus de quibus scriptum est: Nazaraei exalbati sunt super niuem, qui scilicet retro luridati delinquentiae maculis et nigrati ignorantiae tenebris. Christo autem appellatio Nazaraei competitura erat ex infantiae latebris,

2] Luc. 4, 34. 7] cf. Luc. 4, 35. 11] cf. Luc. 10, 20. 26] Thren. 4, 7.

1 se *R*[3], sed *MR*[1] 9 ut *MR*, et *Pam* 14 eum *R*, in eum *MF* 15 existimas; sed *M* 16 existimantem *Pam* 17 existimandum *Pam* 18 increpationi si *M* 19 mentitus (m *eras.*) *M* 25 Nazarenos *MR*, Nazaraeos *Pam* 27 exalbati *R*[3], exaltati *MR*[1] 29 nazarei *M*

⟨in⟩ quas apud Nazareth descendit, uitando Archelaum, filium Herodis. hoc propterea non omisi, quia Christum Marcionis oportuerat omne commercium eierasse etiam locorum familiarium Christi creatoris, habentem tanta Iudaeae oppida non ita Christo creatoris per prophetas emancipata. ceterum prophetarum erit Christus, ubicumque secundum prophetas inuenitur. et tamen apud Nazareth quoque nihil noui notatur praedicasse, dum alio merito [unius prouerbii] eiectus refertur. hic primum manus ei iniectas animaduertens necesse habeo iam de substantia eius corporali praefinire, quod non possit phantasma credi qui contactum et quidem uiolentia plenum detentus et captus et ad praecipitium usque protractus admiserit. nam etsi per medios euasit, sed ante iam uim expertus et postea dimissus, scilicet soluto, uti adsolet, tumultu, uel etiam inrupto, non tamen per caliginem eluso, quae nulli omnino tactui succidisset, si fuisset. tangere enim et tangi nisi corpus nulla potest res etiam saecularis sapientiae digna sententia est. ad summam: et ipse mox tetigit alios, quibus manus imponens, utique sentiendas, beneficia medicinarum conferebat, tam uera, tam non imaginaria, quam erant per quas conferebat. ipse igitur est Christus Esaiae, remediator ualitudinum: hic, inquit, imbecillitates nostras aufert et langores portat. portare autem Graeci etiam pro eo solent ponere, quod est tollere. sufficit interim mihi generalis repromissio. quodcumque curauerit Iesus, meus est. ueniemus tamen et ad species curationum.

Ceterum et a daemoniis liberare curatio est ualitudinis. itaque spiritus nequam quasi ex forma iam prioris exempli cum testimonio excedebant uociferantes: tu es filius dei.

1] cf. Matth. 2, 22. 8] cf. Luc. 4, 23. [24.] 29. 12] cf. Luc. 4, 29. 13] cf. Luc. 4, 30. 16] Lucret. de rer. nat. I, 305. 21] Es. 53, 4. 28] Luc. 4, 41.

1 ⟨in⟩ quas *scripsi:* quas *MR*, ⟨ad⟩ quas *Gel* 5 mancipata *Iun* 8 alio merito (= *um einer anderen Schuld willen, cf. Luc. 4, 23*) *scripsi:* alio, merito *uulgo* unius prouerbii *seclusi; est interpretamentum, et quidem ineptum, uerborum* alio merito, *sumptum ex Luc. 4, 24.* 15 eluso *R*^{3}, eius o *MR*^{1} 17 sapientia *Oehlerus* 22 langores *MF*, languores *R* 26 ad daemoniis *M* est *R*, et *M*

cuius dei, uel hic pareat. 'sed proinde increpabantur et iubebantur tacere'. proinde enim Christus ab hominibus, non ab spiritibus inmundis uolebat se filium dei agnosci, ille Christus dumtaxat, cui hoc congruebat, quia praemiserat per quos posset agnosci, et utique digniores praedicatores. illius erat praeconium inmundi spiritus respuere, cui sancti abundabat. porro qui numquam fuerat adnuntiatus, si tamen uolebat agnosci, — frustra autem uenerat, si nolebat — non esset aspernatus testimonium alienae et cuiuscumque substantiae, quia propriae non habebat qui in aliena descenderat. iam nunc et qua destructor creatoris nihil magis gestisset quam a spiritibus ipsius agnosci et diuulgari prae timore; nisi quod Marcion deum suum timeri negat, defendens bonum non timeri, sed iudicem, apud quem sint materiae timoris, ira saeuitia iudicia uindicta damnatio. sed et daemonia timore utique cedebant, — ergo timendi dei filium confitebantur, occasionem habitura non cedendi, si non timendi — et ille iussu et increpitu ea expellens, non suasu, qua bonus, timendum se exhibebat. aut numquid ideo increpabat, quia timebatur, nolens timeri? et quomodo ea uolebat excedere, quod nisi timore non facerent? cecidit ergo in necessitatem, qua disparem se naturae suae ageret, cum posset ut bonus semel eis parcere, cecidit et in aliam praeuaricationis notam, cum se a daemoniis quasi filium creatoris sustineret timeri, ut iam non propria potestate expelleret daemonia, sed per creatoris auctoritatem.

In solitudinem procedit. sollemnis et huiusmodi regio creatoris. oportebat sermonem illic quoque uideri in corpore, ubi egerat aliquando et in nube. competebat et euangelio habitus loci, qui placuerat et legi. capiat itaque iocunditatem solitudo; hoc

1] cf. Luc. 4, 41. 26] cf. Luc. 4, 42. 28] cf. Exod. 13, 21. 29] cf. Es. 35, 1.

1 hic *om.* *R*[1] 2 ab *MF*, a *R* 6 sancti *scil. spiritus praeconium* abundabat *scripsi:* abundabant *MR* 8 esset *R*[3], esse et *MR*[1] 10 quia *scripsi:* qui *MR* 16 *parenthesin indicaui:* cedebant. ergo *uulgo* 24 sustineret *R*, sustinere et *F*, sustineri et *M* 26 procedit *R*[3], procedii *MR*[1] 27 ⟨et⟩ in corpore *fort.*

Esaias promiserat. detentus a turbis: oportet me, inquit, et aliis ciuitatibus adnuntiare regnum dei. ostenderat iam alicubi deum suum? non puto adhuc usque. sed [de] his loquebatur, qui alium quoque deum nouerant? nec hoc credo. ergo si nec ille alium deum ediderat nec illi nouerant praeter creatorem, eiusdem dei regnum portendebat, quem solum sciebat notum eis, qui audiebant.

9. De tot generibus operum quid utique ad piscaturam respexit, ut ab illa in apostolos sumeret Simonem et filios Zebedaei — non enim simplex factum uideri potest de quo argumentum processurum erat — dicens Petro trepidanti de copiosa indagine piscium: ne time, abhinc enim homines eris capiens? hoc enim dicto intellectum illis suggerebat adimpletae prophetiae, se eum esse, qui per Hieremiam pronuntiarat: ecce ego mittam piscatores multos, et piscabuntur illos, homines scilicet. denique relictis nauclis secuti sunt eum, ipsum intellegentes, qui coeperat facere quod edixerat. aliud est, si adfectauit de nauiculariorum collegio adlegere, habiturus apostolum quandoque nauclerum Marcionem.

Praestruximus quidem aduersus antithesîs nihil proficere proposito Marcionis quam putat diuersitatem legis et euangelii, ut et hanc a creatore dispositam, denique praedicatam in repromissione nouae legis et noui sermonis et noui testamenti. sed quoniam adtentius argumentatur apud illum suum nescio quem συνταλαίπωρον (commiseronem) et συνμισούμενον (coodibilem) in leprosi purgatione, non pigebat ei occurrere et inprimis figuratae legis uim ostendere, quae in exemplo leprosi non con-

1] Luc. 4, 43. 9] cf. Luc. 5, 1—11. 12] Luc. 5, 10. 15] Hier. 16, 16. 26] cf. Luc. 5, 12—14. 27] cf. Leu. 13, 44—46.

1 inquiș[t] *M* 2 ostenderat *M*R^3, offenderat R^1 3 de *seclusit* R^3; *restituit Rig, sed iniuria* (*cf. l.* 4) 9 Simonem *R*, symonem *M* 14 eum R^3, enim *M*R^1 iheremiā *M* 16 nauclis *MF*, nauiculis *R uulgo* 25 συνταλαίπωρον *R*, CYNTAANΠΩPOYM *M* ⟨id est⟩ commiseronem R^3 *uulgo* συμμισούμενον *R*, CYNMEICOYMENOYM *M* ⟨id est⟩ coodibilem R^3 *uulgo* 26 purgatione *scripsi:* purgationem *MR* pigebat *MF*, pigebit *R uulgo*

tingendi, immo ab omni commercio summouendi, communicationem prohibebat hominis delictis commaculati, cum qualibus et apostolus cibum quoque uetat sumere; participari enim stigmata delictorum quasi ex contagione, si qui se cum peccatore miscuerit. itaque dominus, uolens altius intellegi legem per carnalia spiritalia significantem, et hoc nomine non destruens sed magis exstruens quam pertinentius uolebat agnosci, tetigit leprosum. a quo et si homo inquinari potuisset, deus utique non inquinaretur, incontaminabilis scilicet: ita non praescribetur illi, quod debuerit legem obseruare et non contingere inmundum, quem contactus inmundi non erat inquinaturus. hoc magis meo Christo competere sic doceo, dum tuo non competere demonstro. si enim ut aemulus legis tetigit leprosum, nihili faciens praeceptum legis per contemptum inquinamenti, quomodo posset inquinari qui corpus non habebat, quod inquinaretur? phantasma enim inquinari non posset. qui ergo inquinari non poterat, ut phantasma, iam non uirtute diuina incontaminabilis erit, sed phantasmatis inanitate, nec contempsisse uideri potest inquinamentum, cuius materiam non habebat: ita nec legem destruxisse qui inquinamentum ex occasione phantasmatis, non ex ostentatione uirtutis euaserat.

Si autem Heliseus. prophetes creatoris, unicum leprosum Naaman Syrum ex tot leprosis Israhelitis emundauit, nec hoc ad diuersitatem facit Christi, quasi hoc modo melioris, dum Israheliten leprosum emundat extraneus, quem suus dominus emundare non ualuerat: Syro facilius emundato significat † per nationes emundationis in Christo, lumine earum, quae septem maculis capitalium delictorum inhorrerent: idolatria blasphemia homicidio adulterio stupro falso testimonio

3] cf. I Cor. 5, 11. 22] cf. IIII Reg. 5, 9—18. 27] cf. Luc. 2, 32.

4 qui *R*, quis *M* 7 pertinentius *MR*[1], pertinens eius *R*[3] 8 leprosum, a quo *uulgo* 14 nihili *R*, nihil *M* 24 melioris *R*[3], meliori se *MR*[1] 25 Israeliten *R*, israhelitem *MF* emundauit *N Pam* 26 ualuerat, Syro *uulgo* significat (*scil. prophetes*) *MR*[1], significato *R*[3] *uulgo* 27 propiores nationes emundationis *fort.*, per nationes emundationes *Eng*

fraude. quapropter septies, quasi per singulos titulos, in Iordane lauit, simul ut et totius hebdomadis caneret expiationem et quia unius lauacri uis et plenitudo Christo soli dicabatur, facturo in terris sicut sermonem compendiatum ita et lauacrum. nam et hoc opponit Marcion: Heliseum quidem materia eguisse, aquam adhibuisse, et eam septies, Christum uero uerbo solo, et hoc semel functo, curationem statim repraesentasse. quasi non audeam et uerbum ipsum in substantiam creatoris uindicare: nullius rei non ille potior auctor, qui prior. incredibile plane, ut potestas creatoris uerbo remedium uitii unius operata sit, quae uerbo tantam mundi molem semel protulit. unde magis dinoscitur Christus creatoris quam ex uerbi potestate? sed 'ideo alius Christus, quia aliter quam Heliseus, quia potentior dominus famulo suo'. quid constituis, Marcion? proinde res agi a seruis, quemadmodum ab ipsis dominis? non times, ne in dedecus tibi uertat, si ideo Christum negas creatoris, quia potentior fuerit famulo creatoris, quia ad Helisei pusillitatem maior agnoscatur, si tamen maior? par enim curatio, licet distet operatio. quid amplius praestitit tuus Christus quam meus Heliseus? immo quid magnum praestitit Christi tui uerbum, cum id praestiterit, quod fluuius creatoris?

Secundum haec cetera quoque occurrunt. quantum enim ad gloriae humanae auersionem pertinebat, uetuit eum diuulgare, quantum autem ad tutelam legis, iussit ordinem impleri: uade, ostende te sacerdoti et offer munus, quod praecepit Moyses. argumenta enim figurata utpote prophetae legis adhuc in suis imaginibus tuebatur, quae significabant hominem quondam peccatorem uerbo mox

1] cf. IIII Reg. 5, 14. 4] cf. Rom. 9, 28. 14] cf. Matth. 10, 24. 25] Luc. 5, 14.

2 ut et *M*, et ut *R* 3 et (*prius*) *del. Pam* 7 uero uerbo R^3, uerbo uero MR^1 functo *MR* (*defendit iure Eng; cf. de praescr. haer. 29:* tot ministeria perperam functa), functum *Lat* 15 Marcion, proinde *uulgo* 17 quia—agnoscatur *scripsi:* qui—agnoscitur *MR* 21 Christi tui *M*, tui Christi *R uulgo* 26 figurata, utpote propheta, legis *Eng* utpote *M*, utputa *R* 27 prophetae *MR*, prophetatae *Pam*

dei emaculatum offerre debere munus deo apud templum, orationem scilicet et actionem gratiarum apud ecclesiam per Christum Iesum, catholicum patris sacerdotem. itaque adiecit: ut sit uobis in testimonium, sine dubio quo testabatur se legem non dissoluere, sed adimplere, quo testabatur se ipsum esse, qui morbos et ualitudines eorum suscepturus adnuntiabatur. hanc tam congruentem et debitam interpretationem testimonii adulator Christi sui Marcion sub obtentu mansuetudinis et lenitatis quaerit excludere. nam 'ut bonus', inquit, 'praeterea ⟨ut⟩ sciens omnem, qui lepra esset liberatus, sollemnia legis executurum, ideo ita praecepit'. in uanum ergo descendit quasi legem destructurus, cum cedit obsecutoribus legis. atquin, quasi sciens formam eorum, magis ab ea auertendos praeuenire debuerat, si in hoc uenerat. quid tum? perseuerauitne in bonitate, id est permissione legis, an non? si enim bonus perseuerauit, nusquam destructor erit legis nec dei alterius habebitur, cessante legis destructione, per quam alterius dei uindicatur. si non perseuerauit bonus, destruendo postea legem, falsum ergo testimonium [postea] collocauit apud illos in curatione leprosi; deseruit enim bonitatem, dum destruit legem. malus iam, quando legis euersor, si bonus, cum legis indultor. sed et eo, quod indulsit legi obsequium, bonam legem confirmauit. nemo enim malo obsequi patitur. ergo et sic malus, si obsequium legi malae indulsit, et sic deterior, si bonae legis destructor aduenit. proinde si ut sciens omnem, qui lepra liberatus esset, ita facturum, ideo praecepit munus offerre, potuit et non praecepisse quod sciebat ultro futurum. cur enim non tacuit, ut homo solo suo arbitrio legi oboediret? tunc

4] Luc. 5, 14. 5] cf. Matth. 5, 17. 6] cf. Es. 53, 4.

5 quo testabatur—adnuntiabatur *fort. spuria; cf. quae sequuntur et 444, 3 sqq.* 9 ut bonus *scripsi:* et bonus *MR* 10 ⟨ut⟩ sciens *scripsi:* sciens *MR* 11 *uerba* in uanum—in hoc uenerat, *quae in MR infra l. 27 post* ultro futurum *leguntur, huc transtuli* 13 formam eorum = *ihre Art, nämlich die feierlichen Formen des Gesetzes zu erfüllen* 15 an *Pam:* aut *MR* 16 nusquam *MR*, numquam *Pam* 19 postea *seclusi* 23 obsequi *MR*³, obsequio *R*¹ 24 legi malae *M*, malae legi *R uulgo* 27 sciebaṇt *M* (*corr. m. 1*) cur enim *MR*, cur ergo *N Pam*

enim aliquatenus posset uideri patientiae suae praestitisse. sed adicit etiam auctoritatem suam exaggeratam testimonii pondere. cuius iam testimonii, nisi legis adsertae? certe nihil interest, quomodo firmauerit legem, siue qua bonus siue qua superuacuus, siue qua patiens siue qua inconstans, dum te, Marcion, de gradu pellam. ecce praecepit legem impleri. quocumque modo praecepit, eodem potuit etiam illam praemisisse sententiam: non ueni legem dissoluere, sed adimplere. quid ergo tibi fuit de euangelio erasisse quod saluum est? confessus es enim prae bonitate fecisse illum quod negas dixisse. constat ergo dixisse illum, quia et fecit, et te potius uocem domini de euangelio eradicasse quam nostros iniecisse.

10. Curatur et paralyticus, et quidem in coetu, spectante populo. uidebit enim, inquit Esaias, populus sublimitatem domini et gloriam dei. quam sublimitatem et quam gloriam? conualescite, manus dimissae et genua dissoluta — hoc erit paralysis —; conualescite, ne timete, non otiose iterans 'conualescite' nec uane subiungens 'ne timete', quoniam cum redintegratione membrorum uirium quoque repraesentationem pollicebatur: exurge et tolle grabattum tuum, simul et animi uigorem ad non timendos qui dicturi erant: quis dimittet peccata nisi solus deus? habes itaque iam et specialis medicinae dispunctam prophetiam et eorum, quae medicinam sunt secuta. pariter et dimissorem delictorum Christum recognosce apud eundem prophetam: quoniam, inquit, in plurimis dimittet delicta eorum, et delicta nostra ipse auferet. nam et in primore ex ipsius domini persona:

8] Matth. 5, 17. 13] cf. Luc. 5, 17—26. 14—17] Es. 35, 2—4. 20] Luc. 5, 24. 22] Luc. 5, 21. 25] Es. 53, 11.

1 perstitisse *Oehlerus* 4 superuacuus = *sich der Mühe des Verbietens (als einer doch vergeblichen) entziehend* 6 pellam (a *in ras. a m. 1*) *M* 7 praecepit *M*, praecipit *R* 12 eradicasse *MRN*, erasisse *Pam* nostros *R*[3], nostras *MR*[1] 16 gloriam? ⟨quam disserit, subiciens:⟩ *fort.* 17 ne *M*, nec *R uulgo* 18 ne *M*, nec *R uulgo* 20 grabattum *M*, grabbatum *F*, grabatum *R uulgo* 22 dimittet *M*, dimittit *R* 25 quoniam *M*, quomodo *R* 27 auferet *scripsi* (= ἀνοίσει): aufert *MR* primore *M*, priore *R uulgo*

etsi fuerint delicta uestra tamquam roseum, uelut niuem exalbabo, etsi tamquam coccinum, uelut lanam exalbabo, in roseo sanguinem ostendens prophetarum, in coccino domini, ut clariorem. etiam Micheas de uenia delictorum: quis deus, quomodo tu? eximens iniquitates et praeteriens iniustitias residuis hereditatis tuae; et non tenuit in testimonium iram suam, quia † uoluit et misericordiae; auertet et miserebitur nostri; demerget delicta nostra et demerget in profundum maris peccata nostra. sed et si nihil tale in Christum fuisset praedicatum, haberem huius benignitatis exempla in creatore, promittentia mihi et in filio patris adfectus. uideo Niniuitas scelerum ueniam consecutos a creatore, ne dixerim tunc quoque a Christo, qui a primordio egit in patris nomine. lego et Nathan prophetam agnoscenti Dauid delictum suum in Uriam dixisse: et dominus circumduxit delictum tuum et non morieris; proinde et Achab regem, maritum Iezabel, reum idolatriae et sanguinis Nabuthae, ueniam meruisse paenitentiae nomine, ⟨et⟩ Ionathan, filium Saulis, resignati ieiunii culpam deprecatione delesse. quid de ipso populo retexam, totiens delictorum indulgentia restituto? ab eo scilicet deo, qui mauult misericordiam quam sacrificium et peccatoris paenitentiam quam mortem. prius est igitur, neges creatorem indulsisse aliquando delicta, consequens est, ut ostendas nec in Christum suum tale quid eum praedicasse: et ita probabis nouam istam Christi, noui scilicet, benignitatem, si probaueris nec parem creatori nec praedicatam a creatore. sed et peccata dimittere an eius possit esse, qui negetur tenere, et an eius

1] Es. 1, 18. 5] Mich. 7, 18—19. 12] cf. Ion. 3, 10. 16] II Reg. 12, 13. 17] cf. III Reg. 21, 29. 19] cf. I Reg. 14, 27. 45. 22] cf. Os. 6, 6; Prou. 21, 3. cf. Ez. 33, 11.

7 uoluit et *MR*, uoluit esse *Oehlerus*, uolens est *fort.* (ὅτι θελητὴς ἐλέους ἐστίν) 8 misericordiae *M*, misericordiam *Eng*, misericordem *R uulgo* demerget (*bis*) *Pam:* dimerget *MR* 9 profundum *M*, profundo *R*, profunda *Pam* 14 qui *MR*, quia *Gel uulgo* 19 et *addidi* ionatham *M* 24 est *deleri uult Rig*

sit absoluere, cuius non sit etiam damnare, et an congruat eum ignoscere, in quem nihil sit admissum, alibi iam congressi malumus admonere quam retractare.

De filio hominis duplex est nostra praescriptio: neque mentiri posse Christum, ut se filium hominis pronuntiaret, si non uere erat, neque filium hominis constitui qui non sit natus ex homine, uel patre uel matre. atque ita discutiendum, cuius hominis filius accipi debeat, patris an matris. si ex deo patre est, utique non ex homine; si non est ex homine ⟨patre⟩, superest, ut ex homine sit matre; si ex homine ⟨matre,⟩ iam apparet, quia ex uirgine. cui enim homo pater non datur nec uir matri eius deputabitur. porro, cui uir non deputabitur uirgo est. ceterum duo iam patres habebuntur, deus et homo, si non uirgo sit mater. habebit enim uirum, ut uirgo non sit, et habendo uirum duos patres faciet, deum et hominem, ei qui et dei et hominis esset filius. talem, si forte, Castori aut Herculi natiuitatem fabulae tradunt. si haec ita distinguntur, id est si ex matre filius est hominis, quia ex patre non est, ex matre autem uirgine, quia non ex patre homine, hic erit Christus Esaiae, quem concepturam uirginem praedicat. qua igitur ratione admittas filium hominis, Marcion, circumspicere non possum. si patris hominis, negas dei filium; si et dei, Herculem de fabula facis Christum; si matris tantum hominis, meum concedis; si neque ⟨matris neque⟩ patris hominis, ergo nullius hominis est filius, et necesse est, mendacium admiserit qui se quod non erat dixit. unum potest angustiis tuis subuenire: si audeas aut deum tuum, patrem Christi, hominem quoque cognominare, quod de Aeone fecit Valentinus, aut uirginem hominem negare, quod nec Valentinus quidem fecit. quid nunc, si ipso titulo filii hominis censetur Christus apud

20] cf. Es. 7, 14. 30] cf. Dan. 7, 13.

3 malumus *MR*[1], maluimus *R*[3] *uulgo* 5 posset (t *eras.*) *M* 7 matre, atque *uulgo* 9 est ex *MR*, est *deleri uult Rig* patre *addidi* 10 matre *addidi* 11 homo *om.* *R*[1] 17 fabulae tradunt *M*, tradunt fabulae *R uulgo* distinguuntur *R uulgo* sin haec ita distinguntur, ⟨ut nos uolumus⟩ *fort.* 24 matris neque *addidi*

Danihelem? nonne sufficiet ad probationem prophetici Christi? cum enim id se appellat, quod in Christum praedicabatur creatoris, sine dubio ipsum se praestat intellegi, in quem praedicabatur. nominum communio simplex, si forte, uideri potest, — et tamen nec Christum nec Iesum ⟨eum⟩ uocari debuisse defendimus diuersitatis condicionem tenentes — appellatio autem, quod est filius hominis, in quantum ex accidenti obuenit, in tantum difficile est, ut et ipsa concurrat super nominis communionem, — ex accidenti enim proprio est — maxime cum causa non conuenit, [eadem] per quam deueniat in communionem. atque adeo, [si et Christus Marcionis natus ex homine diceretur, tunc et ipse caperet appellationis communionem. et essent duo filii hominis, sicut et duo Christi et duo Iesus. ergo] cum appellatio propria est eius, in quo habet causam, si et alii uindicetur, in quo est communio nominis, [non etiam appellationis] suspecta iam fit communio nominis quoque in eo, cui uindicatur sine causa communio appellationis, et sequitur, ut unus [idemque] credatur qui et nominis et appellationis capacior inuenitur, dum alter excluditur, qui non habet appellationis communionem, carens causa. nec alius erit capacior utriusque quam qui prior et nomen sortitus est Christi et appellationem filii hominis, Iesus scilicet creatoris. hic erit uisus Babylonio regi in fornace, cum martyribus suis quartus, tamquam

23] cf. Dan. 3, 25.

1 sufficiet *M*, sufficit *R* 2 appellant *M* 5 *parenthesin indicaui* eum *addidi* 6 diuersitates *M* 7 ex accidenti obuenit *MGR*[3], ex accidentia inuenit *R*[1] 9 *parenthesin indicaui* 10 eadem *seclusi* 11 si et Christus— ergo *seclusi: nam inde a uerbis* atque adeo *incipere totius disputationis conclusionem in propatulo est. quae autem intercedunt ea tantummodo explicant quae antecedunt:* maxime cum—in communionem. *postremo illud* ergo (l. 14) *prorsus caret sensu; additum uidetur postquam interpretamentum olim margini adscriptum inter uerba irrepsit. defendit quae seclusi Eng, sic distinguens:* in communionem, atque adeo, si .... et duo Iesus: ergo *etc., cui eo minus adstipulor, quia et supra et infra manus interpolatoris cognoscitur* 13 et (*prius*) *om. M* 15 et *deleri uult Rig* non etiam appellationis *seclusi* 17 uindicatur in eo sine *M* 18 idemque *seclusi* 21 appellationis (e supra) *M* (*corr. m. 1*) 22 erit *MF*, erat *R uulgo*

filius hominis, idem ipsi Daniheli reuelatus directo filius hominis, ueniens cum caeli nubibus iudex, sicut et scriptura demonstrat.

Hoc dixi sufficere potuisse de nominatione prophetica circa filium hominis. sed plus mihi scriptura confert, ipsius scilicet domini interpretatione. nam cum Iudaei, solummodo hominem eius intuentes necdum et deum certi, qua dei quoque filium, merito retractarent non posse hominem delicta dimittere, sed deum solum, cur non secundum intentionem eorum de homine eis respondit, habere eum potestatem dimittendi delicta, quando et filium hominis nominans hominem nominaret, nisi quia ideo ipsa uoluit eos appellatione filii hominis ex instrumento Danihelis repercutere, ut ostenderet esse et hominem, qui delicta dimitteret? illum scilicet solum filium hominis apud Danihelis prophetiam, consecutum iudicandi potestatem ac per eam utique et dimittendi delicta, — qui enim iudicat et absoluit — ut scandalo isto discusso per scripturae recordationem facilius eum agnoscerent ipsum esse filium hominis ex ipsa peccatorum remissione. denique nusquam adhuc professus est se filium hominis quam in isto loco primum, in quo primum peccata dimisit, id est in quo primum iudicauit, dum absoluit. ad haec quodcumque diuersa pars fuerit argumentata quale sit, dispice. nam in illam necesse est amentiam tendat, ut et filium hominis defendat, ne mendacem eum faciat, et ex homine neget natum, ne filium uirginis concedat. quodsi et auctoritas diuina et rerum natura et communis sapientia non admittunt insaniam haereticam, occasio est et hic interpellandi quam breuissime de substantia corporis aduersus phantasmata Marcionis. si natus ex homine est, ut filius hominis, corpus ex corpore est. plane facilius inuenias hominem natum cor non habere uel cerebrum, sicut

2] cf. Dan. 7, 13. 5] cf. Luc. 5, 17—26. 7] cf. Luc. 5, 21. 14] cf. Dan. 7, 14.

1 hominis. idem *uulgo* ipsi Danieli *R*[3], ipse Danihel *MR*[1] 10 *coniunge:* quando (*da er doch . .*) nominans hominem et filium hominis nominaret 13 esse et hominem *M*, esse hominem *F*, et hominem *R*, eum et hominem *G*, deum et hominem *Urs* 22 dispice *M*, inspice *R* 26 insaniam *Rig:* in insaniam *MR* 28 phantasma *fort.*

ipsum Marcionem, quam corpus, ut Christum Marcionis. atque adeo inspice cor Pontici aut cerebrum.

11. Publicanum adlectum a domino in argumentum deducit, quasi ab aduersario legis adlectum extraneum legis et Iudaismi profanum. excidit ei uel de Petro, legis homine et tamen non tantum adlecto sed etiam testimonium consecuto agnitionis praestitae a patre; nusquam legerat lumen et spem et expectationem nationum praedicari Christum. atquin probauit potius Iudaeos, dicendo medicum sanis non esse necessarium, sed male habentibus. si enim male ualentes uoluit intellegi ethnicos et publicanos, quos adlegebat sanos Iudaeos confirmabat, quibus medicum necessarium negabat. hoc si ita est, male descendit ad legem destruendam quasi ad malam ualitudinem remediandam, in qua qui agebant bene ualebant, quibus medicus necessarius non erat. quale est autem, ut similitudinem medici proposuerit nec impleuerit? nam sicut sanis medicum nemo adhibet, ita nec in tantum extraneis, quantum est homo a deo Marcionis, suum habens et auctorem et protectorem et ab illo potius medicum Christum. hoc similitudo praeiudicat, ab eo magis praestari medicum, ad quem pertinent qui languent. Unde autem et Iohannes uenit in medium? subito Christus, subito Iohannes. sic sunt omnia apud Marcionem, quae suum et plenum habent ordinem apud creatorem. sed de Iohanne cetera alibi. ad praesentes enim quosque articulos respondendum est. nunc illud tuebor, ut demonstrem et Iohannem Christo et Christum Iohanni conuenire, utique qua prophetae creatoris Christum creatoris, atque ita erubescat haereticus, Iohannis ordinem frustra frustratus. si enim nihil omnino administrasset Iohannes, secundum Esaiam

3] cf. Luc. 5, 27—32. 6] cf. Matth. 16, 17. 7] cf. Es. 42, 6; 49, 6; Luc. 2, 32. cf. Es. 51, 5. 8] cf. Gen. 49, 10. 9] cf. Luc. 5, 31. 21] cf. Luc. 5, 33—35. 29] cf. Es. 40, 3.

4 <ut> extraneum *fort.* 8 expectationem *Gel:* pectationem *M*, spectationem *R* 11 sanis *fort.* 18 <in> quantum *Iun* 22 iohannes *M*, et Iohannes *R uulgo* 24 enim *om. Pam* 27 qua prophetae creatoris *scripsi:* prophetae creatoris qua *MR*

uociferator in solitudinem et praeparator uiarum dominicarum per denuntiationem et laudationem paenitentiae, si non etiam ipsum inter ceteros tinxisset, nemo discipulos Christi manducantes et bibentes ad formam discipulorum Iohannis adsidue ieiunantium et orantium prouocasset, quia, si qua diuersitas staret inter Christum et Iohannem et gregem utriusque, nulla esset comparationis exactio, uacaret prouocationis intentio. nemo enim miraretur et nemo torqueretur, si diuersae diuinitatis aemulae praedicationes de disciplinis quoque inter se non conuenirent, non conuenientes prius de auctoritatibus disciplinarum. adeo Iohannis erat Christus et Iohannes Christi, ambo creatoris et ambo de lege et prophetis praedicatores et magistri. si Christus reiecisset Iohannis disciplinam, ut dei alterius, et discipulos defendisset, ut merito aliter incedentes, aliam scilicet et contrariam initiatos diuinitatem, — at nunc, humiliter reddens rationem, quod non possent ieiunare filii sponsi quamdiu cum eis esset sponsus, postea uero ieiunaturos promittens, cum ablatus ab eis sponsus esset, nec discipulos defendit, sed potius excusauit, quasi non sine ratione reprehensos, nec Iohannis reiecit disciplinam, sed magis concessit, [tempori Iohannis eam praestans] ut tempori suo eam destinans, reiecturus alioquin eam et defensurus aemulos eius, si non ipsius fuisset iam quae erat. teneo meum Christum etiam in nomine sponsi, de quo psalmus: ipse tamquam sponsus egrediens de thalamo suo: a summo caeli

2] cf. Matth. 3, 2. Marc. 1, 4. Luc. 3, 3. 3] cf. Luc. 5, 33. 16] cf. Luc. 5, 34—35. 24] Ps. 18, 6. 7.

1 solitudine *Iun* 3 ipsum <dominum> *fort.* 9 praedicationis R^1 11 Iohannis *R*, iohannes *M* 13 si *scripsi:* sed MR^1, sed <et> R^3 *uulgo* 14 incedentes R^3, intercedentes MR^1 15 diuinitatem *M in ras.* diuinitatem (*mente supple tale quid:* aliter res se haberet), — at nunc *scripsi:* diuinitatem. at nunc *MR* 21 tempori—praestans *seclusi: interpretantur haec ea quae sequuntur, et quidem falso;* suo *enim* tempori *intellege ei tempori, cum ablatus sit sponsus, id est post obitum domini* eā (ā *ex* t *m. 1 in mg.*) *M* ut tempori suo *Lat:* temporis ut tempore suo MR^1, temporis, ut tempori suo R^3 22 reiecturus R^3, reiecturos MR^1 defensurus MR^3, defensuros R^1 23 quae erat. teneo MR^3, quaerat, teneo R^1

profectio eius et deuersio eius ad summum usque eius, qui etiam per Esaiam gaudens ad patrem: exultet, inquit, anima mea in domino; induit enim me indumentum salutaris et tunicam iocunditatis, uelut sponso circumposuit mihi mitram, uelut sponsae **. in se enim et ecclesiam deputat, de qua idem spiritus ad ipsum: et circumpones tibi omnes eos uelut ornamentum sponsae. hanc sponsam Christus sibi etiam per Salomonem ex uocatione gentium arcessit, si quidem legisti: ueni, sponsa, de Libano, eleganter Libani utique montis mentione iniecta, qui turis uocabulo est penes Graecos; de idolatria enim sibi sponsabat ecclesiam. nega nunc te dementissimum, Marcion. ecce legem tui quoque dei impugnas. nuptias non coniungit, coniunctas non admittit, neminem tingit nisi caelibem aut spadonem, morti aut repudio baptisma seruat. quid itaque Christum eius sponsum facis? illius hoc nomen est, qui masculum et feminam coniunxit, non qui separauit. Errasti in illa etiam domini pronuntiatione, qua uidetur noua et uetera discernere. inflatus es utribus ueteribus et excerebratus es nouo uino, atque ita ueteri, id est priori euangelio, pannum haereticae nouitatis adsuisti. in quo aliter creator, uelim discere. cum per Hieremiam praecipit: nouate uobis nouamen nouum, nonne a ueteribus auertit? cum per Esaiam edicit: uetera transierunt. ecce noua, quae ego facio, nonne ad noua conuertit? olim hanc statuimus destinationem pristinorum a creatore potius repromissam a Christo exhiberi, sub unius [dei] et eiusdem dei auctoritate, cuius sint et uetera et noua.

2] Es. 61, 10. 6] Es. 49, 18. 9] Cant. 4, 8. 16] cf. Luc. 5, 36—39. 21] Hier. 4, 3. 23] II Cor. 5, 17 (cf. Es. 43, 18.) Es. 43, 19.

3 salutaris, et *uulgo* 4 iocunditatis uelut sponso *uulgo* 5 mitram uelut *uulgo* *lacunam signaui:* indidit mihi ornatum (κατεκόσμησέν με κόσμῳ) *intercidisse puto*, ⟨et⟩ uelut sponsam ⟨ornauit me ornatu⟩ *Pam* enim *om. R* 6 circumpones (*syll.* cum *s. u.*) *M* 8 etiam *om.* *R*[1] arcessit. siquidem *uulgo* 9 eliganter *M* 10 turis *R*, turris *MF* uocabulo est = *dient zur Bezeichnung* (*Eng*): uocabulum *ed. Migniana* 11 nunc te *M*, te nunc *R* 14 morti aut *R*[3], mortis aut *M*, mortis autem *R*[1] 20 aliter (*supple* egerit) *Iun:* alter *MR* creator uelim discere, cum *uulgo* 21 praecipit *scripsi:* praecepit *MR* 22 per (*s. u. a m. 1*) *M* 23 ecce *M*, et ecce *R* 26 dei *secl. Pam*

nam et uinum nouum is non committit in ueteres utres, qui nec ueteres utres habuerit, et nouum additamentum nemo inicit ueteri uestimento, nisi cui non defuerit et uetus uestimentum. ille non facit quid, si faciendum non est. qui ⟨non⟩ habeat, unde faciat, si faciendum esset. itaque si in hoc dirigebat similitudinem, ut ostenderet se euangelii nouitatem separare a legis uetustate, suam demonstrabat et illam, a qua separabat. alienorum separatio non fuisset notanda. quia nemo alienis sua adiungit, ut ab alienis separare possit. separatio per coniunctionem capit, de qua fit. ita quae separabat et in uno ostendebat fuisse, sicut et fuissent, si non separaret. et tamen, si concedimus separationem istam, per reformationem, per amplitudinem, per profectum. sicut fructus separatur a semine, cum sit fructus ex semine, sic et euangelium separatur a lege, dum prouehitur ex lege, aliud ab illa, sed non alienum, diuersum, sed non contrarium. nec forma sermonis in Christo noua. cum similitudines obicit, cum quaestiones refutat, de septuagesimo ⟨septimo⟩ uenit psalmo: aperiam, inquit, in parabolam os meum, id est similitudinem; eloquar problemata, id est edisseram quaestiones. si hominem alterius gentis probare uoluisset, utique de proprietate loquelae probaret.

12. De sabbato quoque illud praemitto, nec hanc quaestionem consistere potuisse, si non deum sabbati circumferret Christus. nec enim disceptaretur, cur destrueret sabbatum, si destruere deberet. porro destruere deberet, si alterius dei esset, nec quisquam miraretur facientem quod illi congruebat. mirabantur ergo, quia non congruebat illi deum creatorem circum-

1] cf. Luc. 5, 36—37. 18] Ps. 77, 2. 22] cf. Luc. 6, 1—5.

1 is R^3, id *MR*[1] 2 nec *Eng:* et *MR* habuerit *MR*, ⟨non⟩ habuerit *Gel reliqui* 4 ⟨non⟩ habeat *ed. Migniana:* habeat *MR* 8 separabat alienorum *uulgo* separatio *scripsi:* separatione *M*, separationem *R* fuisset notanda *M*, fuisse notandam *R* (notanda *F*) 10 ita quae *Urs:* itaque *MR* 12 si *R*, sic *M* (*Eng*) istam per *uulgo*, istam: per *Eng* 13 per profectum (*scil.* concedimus). sicut *scripsi:* per profectum, sicut *uulgo* 18 septimo *add. Pam* 19 prop^{b}lemata *M* 21 uoluisset—probaret *Eng:* uoluisses—probares *MR* 23 potuisse *Gel:* potuisses *MR* deum *MR*, dominum *Pam*

ferre et sabbatum eius impugnare. et ut prima quaeque decidamus, ne eadem ubique nouemus ad omnem argumentationem aduersarii ex aliqua noua Christi institutione nitentem. haec iam definitio stabit: ideo de nouitate institutionis cuiusque disceptatum, quia de nouitate diuinitatis nihil erat usque adhuc editum, sicuti nec disceptatum ***, nec posse retorqueri ex ipsa nouitate institutionis cuiusque satis aliam a Christo demonstratam diuinitatem, quando et ipsam nouitatem pronuntiatam a creatore constiterit in Christo non esse mirandam et oportuerit utique prius alium deum exponi, postea disciplinam eius induci, quia deus auctoritatem praestet disciplinae, non deo disciplina; nisi si et Marcion plane tam peruersas non per magistrum litteras didicit, sed per litteras magistrum. cetera de sabbato ita dirigo: si sabbatum Christus interuertit, secundum exemplum fecit creatoris, si quidem in obsidione ciuitatis Hierichonis circumlata per muros arca testamenti septem diebus, etiam sabbato, ex praecepto creatoris sabbatum operatione destruxit, ut putant qui hoc et de Christo existimant, ignorantes neque Christum sabbatum destruxisse neque creatorem, ut mox docebimus. et tamen per Iesum tunc quoque concussum est sabbatum, ut et hoc in Christum renuntiaretur. etiam si odio insecutus est sollemnissimum Iudaeorum diem ut Christus non Iudaeorum, de odio quoque sabbati professus creatorem, ut Christus ipsius, sequebatur exclamantem ore Esaiae: neomenias et sabbata uestra odit anima mea. sed et haec quoque, ⟨quo⟩modo dicta sint, scimus. adhibenda tamen in hac specie etiam abrupta

15] cf. Ios. 6, 3—4. 24] Es. 1, 14.

6 *lacunam signaui:* fuisset, si fuisset editum *intercidisse puto, deleri mauult uerba* sicuti nec disceptatum *Eng* 9 mirandam *R*, miranda *M* mirandam. et *uulgo* 15 si quidem (= εἴ γε, *wenn anders. wenn wirklich cf. 451, 9) scripsi:* siquidem *uulgo* hierichonis *M*, Hierichontis *R*, Hierichuntis *Pam* circumlata arca *nominatiuum intellego* 16 septem *Pam:* octo *MR* ex praecepto creatoris *coniunge cum* circumlata 20 Iesum *scil. filium Naue* 21 renuntiaretur, etiam *uulgo* 22 diem—Iudaeorum *om. M* 24 exclamante *M* 25 quoque ⟨quo⟩ *scripsi:* quoque *MR*, quoquo *Gel reliqui* 26 *post* scimus *grauiter distinxi* adhibenda ... abrupta defensio est *scripsi;* adhibendam ... abruptam defensionem *MR*

defensio est aduersus abruptam prouocationem. Nunc et ad ipsam materiam disceptabo, in qua uisa est destruere sabbatum Christi disciplina. esurierant discipuli ea die, spicas decerptas manibus effrixerant, cibum operati ferias ruperant. excusat illos Christus et reus est sabbati laesi; accusant Pharisaei. Marcion captat statum controuersiae quasi — ut aliquid ludam cum mei domini ueritate — 'scripti et uoluntatis'. de scriptura enim sumitur creatoris et de Christi uoluntate color, quasi ** de exemplo Dauid, introgressi sabbatis templum et operati cibum audenter fractis panibus propositionis. meminerat enim et ille hoc priuilegium donatum sabbato a primordio, quo dies ipse compertus est, ueniam ieiunii dico. cum enim prohibuisset creator in biduum legi manna, solummodo permisit in parasceue, ut sabbati sequentis ferias pridiana pabuli paratura ieiunio liberaret. bene igitur, quod et causam eandem secutus est dominus in sabbati, si ita uolunt dici, destructione; bene, quod et adfectum creatoris expressit in sabbati non ieiunandi honore. denique tunc demum sabbatum destruxisset, etiam ipsum creatorem, si discipulos sabbato ieiunare mandasset aduersus statum 'scripti et uoluntatis' creatoris. sed quoniam discipulos non constanter tuetur, sed excusat, quoniam humanam opponit necessitatem quasi deprecatricem, quoniam potiorem honorem sabbati seruat non contristandi quam uacandi, quoniam Dauid comitesque eius cum discipulis suis aequat in culpa et in uenia, quoniam placet illi quia creator indulsit, quoniam de exemplo eius et ipse tam bonus est, ideo alienus est a creatore? Exinde obseruant Pharisaei, si medicinas

1] cf. Luc. 6, 1—5. 9] cf. I Reg. 21, 2—6. 13] cf. Exod. 16, 5. 27] cf. Luc. 6, 7.

4 effrixerant *Pam:* efflixerant *MR* 6 captare = *sophistisch deuten* statum *scripsi:* status *MR* quasi *MR*, *om. Pam* ludam *Oehlerus:* eludam *MR*, cludam *Pam* 7 quasi scripti et uoluntatis (*scil.* controuersiam) = *als einen Streit über den Wortlaut des Gesetzes und die Absicht, die der Gesetzgeber hatte* 8 de Christi uoluntate: *animaduerte* τὸ ἀπροσδόκητον; *postulatur enim:* de creatoris (*cf. l. 20*) quasi *MR*[3], quia si *R*[1] *lacunam signaui:* non instructi *uelim suppleri* 11 die *M* 16 dici *Rig:* diei *MR* 17 sabbati *MR* (*cf. l. 23*), sabbato *Rig* 21 tuetur *scripsi:* tuebatur *MR* 23 uocandi *R*[1] 26 iam *fort.*

sabbatis ageret, ut accusarent eum, certe qua sabbati destructorem, non qua noui dei professorem. fortasse enim hunc solum articulum ubique ingeram, alium † Christum nusquam praedicatum. in totum autem errabant Pharisaei circa sabbati legem, non animaduertentes condicionaliter deum indicentem ferias operum, sub certa specie eorum. nam cum de die sabbati dicit: o m n e o p u s t u u m n o n f a c i e s i n e a, dicendo 'tuum' de humano opere definiit, quod quisque ex artificio uel negotio suo exequitur, non de diuino. opus autem salutis et incolomitatis non est hominis, sed dei proprium, sicut et rursus in lege: n o n f a c i e s, inquit, o m n e o p u s i n e a, n i s i q u o d f i e t o m n i a n i m a e, id est in causa animae liberandae, quia opus dei etiam per hominem fieri potest in salutem animae, a deo tamen. quod facturus fuerat et Christus homo, qua et deus. in hunc ergo sensum legis inducere uolens illos per manus arefactae restitutionem, interrogat: l i c e t n e s a b b a t i s b e n e f a c e r e a n n o n? a n i m a m l i b e r a r e a n p e r d e r e? ut id operis permittens, quod pro anima facturus esset, admoneret eos quae opera lex sabbati prohiberet, humana scilicet, et, quae praeciperet, diuina scilicet, quae fierent animae omni, dominus sabbati dictus, quia sabbatum ut rem suam tuebatur. quod etiam si destruxisset merito qua dominus, magis ille, qui instituit. sed non omnino destruxit qua dominus, ut hinc iam apparere possit ne tum quidem in arcae circumlatione apud Hierichonem sabbatum a creatore destructum. nam et illud opus dei erat, quod ipse praeceperat et quod propter animas disposuerat hominum suorum in discrimine belli constitutas. sed et si odium alicubi sabbatorum professus est, 'uestra sabbata' dicendo, hominum ea deputans, non sua,

7] Exod. 20, 10. 11] Exod. 12, 16. 16] Luc. 6, 9. 20] cf. Luc. 6, 5. 23] cf. Ios. 6, 3—4. 28] cf. Es. 1, 14.

3 ubique R^3, utique *MR*[1] ingeram (*syll.* ge *in ras.*) *M* alium <deum a> Christo *fort.* (*cf. 476, 14*) 5 deum *scripsi:* eum *MR*[1], eam R^3 *uulgo* 10 incolomitatis *MF*, incolumitatis *R uulgo* 13 tamen, quod *uulgo* 14 qua *Eng:* quia *MR* 17 permittens *Urs:* promittens *MR* 18 lex sabbati *M*, sabbati lex *R* 20 omni *Lat:* omnia *MR* omni. dominus *uulgo* 22 magis *scil.* merito (*Eng, qui rectius haec distinxit*) 24 hierichonem *M*, Hierichontem *R*, Hierichuntem *Pam* 26 disposuerat (t *ex* s *a m. 1*) *M*

quae sine dei timore celebrabat populus, plenus delictis, labiis deum diligens, non corde, suis sabbatis, id est quaecumque disciplina eius agerentur, alium statum fecit: quae per eundem postea propheten uera et delicata et non profananda pronuntiat. ita nec Christus omnino sabbatum rescindit, cuius legem tenuit, et supra in causa discipulorum pro anima operatus — esurientibus enim solatium cibi indulsit — et nunc manum aridam curans, factis ubique ingerens: non ueni dissoluere legem, sed adimplere, si Marcion hac uoce * os ei obstruxit. adimpleuit enim et hic legem, dum condicionem interpretatur eius, dum operum differentiam inluminat, dum facit quae lex de sabbati feriis excipit, dum ipsum sabbati diem benedictione patris a primordio sanctum benefactione sua efficit sanctiorem, in quo scilicet diuina praesidia ministrabat, quod aduersarius aliis diebus praestitisset, ne sabbatum creatoris ornaret, ne opera debita sabbato redderet. in quo die si et Heliseus prophetes Sunamitidis filium mortuum restituit in uitam, uides, Pharisaee tuque Marcion, olim creatoris esse sabbatis benefacere, animam liberare, non perdere, nihil Christum noui intulisse, quod non sit ex forma, ex lenitate, ex misericordia, ex praedicatione quoque creatoris. nam et hic specialis medicinae prophetiam repraesentat: inualescunt manus dissolutae, sicut et genua dissoluta in paralytico.

13. Certe euangelizat Sion et Hierusalem pacem et bona omnia, certe ascendit in montem et illic pernoctat in oratione et utique auditur a patre. euolue igitur prophetas et ordinem totum recognosce: in montem, inquit, excelsum, Esaias, ascende, qui euangelizas Sion, extolle cum uigore uocem tuam, qui euangelizas Hierusalem: adhuc in uigore

2] cf. Es. 29, 13. 4] cf. Es. 58, 13; 56, 2. 8] cf. Matth. 5, 17. 17] cf. IIII Reg. 4, 32—37. 22] cf. Es. 35, 3. 24] cf. Luc. 6, 12. 27] Es. 40, 9.

1 celebrabat *scripsi:* celebrat *MR* 4 uera et *R*[3], tenuerat *MR*[1] delicta *R*[1] 9 si *MR*, nec *Urs* *lacunam signaui:* eradicata *uel* erasa *intercidisse puto* (*cf. 434, 23; 444, 8—12*) 11 dum *om. Oehlerus* 17 prophetes *R*[3], prophetae *MR*[1] 18 uita *M* pharisee *M* 27 inquit, excelsum *MR*, excelsum, inquit *Gel*

obstupescebant in doctrina eius; erat enim docens tamquam uirtutem habens. et rursus: propterea cognoscet populus nomen meum in illa die, — quod nomen, nisi Christi? — quod ego sim ipse qui loquor: tunc enim ipse erat, qui in prophetis loquebatur, sermo filius creatoris. adsum, dum hora est, in montibus, ut euangelizans auditionem pacis, ut euangelizans bona; item Naum ex duodecim: quoniam ecce ueloces pedes in monte euangelizantis pacem. de uoce autem nocturnae orationis ad patrem manifeste psalmus: deus meus, clamabo per diem, et ⟨non⟩ exaudies, et nocte, et non in uanitatem mihi. et alibi de loco et uoce eadem psalmus: uoce mea ad dominum exclamaui, et exaudiuit me de monte sancto suo. habes nominis repraesentationem, habes actum euangelizantis, habes locum montis et tempus noctis et sonum uocis et auditum patris, habes Christum prophetarum. Cur autem duodecim apostolos elegit et non alium quemlibet numerum? ne ⟨non⟩ et ex hoc meum Christum interpretari possem, non tantum uocibus prophetarum, sed et argumentis rerum praedicatum. huius enim numeri figuras apud creatorem deprehendo: duodecim fontes Elim, et duodecim gemmas in tunica sacerdotali Aaronis, et duodecim lapides ab Iesu de Iordane electos et in arcam testamenti conditos. totidem enim apostoli portendebantur, proinde ut fontes et amnes rigaturi aridum retro et desertum a notitia ⟨dei⟩ orbem nationum, — sicut et per Esaiam: ponam in terra inaquosa flumina — proinde ut gemmae inluminaturi sacram ecclesiae uestem, quam induit Christus, pontifex patris, proinde ut et lapides solidi fide, quos

1] Marc. 1, 22. Matth. 7, 29. cf. Luc. 4, 32. 2] Es. 52, 6. 5] Es. 52, 6—7. 8] Nah. 2, 1. 10] Ps. 21, 3. 12] Ps. 3, 5. 16] cf. Luc. 6, 13—16. 20] cf. Num. 33, 9. 21] cf. Exod. 28, 17—21. 22] cf. Ios. 4, 9. 26] Es. 43, 19.

3 *parenthesin indicaui:* die. quod *uulgo* 4 sim *M*, sum *R* 8 montes *M* 10 non *add. Eng* 14 actum *Lat:* sanctum *MR*, statum *Eng*, factum *Ciacconius* 16 patris *MR*, pacis *Lat* 17 ne ⟨non⟩ *scripsi:* ne *MF*, nae *R uulgo* 21 aaronis *MR*[1], Aaron *R*[3] 25 dei *add. ed. Migniana in notis* 26 in terra *MR*[3], intra *R*[1] 27 inluminaturi *MR*[3], illuminaturae *R*[1]

de lauacro Iordanis Iesus uerus elegit et in sacrarium testamenti sui recepit. quid tale de numeri defensione competit Christo Marcionis? non potest simpliciter factum ab illo quid uideri, quod potest uideri non simpliciter factum a meo. eius erit res, apud quem inuenitur rei praeparatura. Mutat et Petro nomen de Simone, quia et creator Abrahae et Sarrae et Ausae nomina reformauit, hunc uocando Iesum, illis syllabas adiciendo. sed cur et Petrum? si ob uigorem fidei, multae materiae, solidae aeque, nomen de suo accommodarent. an quia et petra et lapis Christus? siquidem et legimus positum eum in lapidem offendiculi et in petram scandali. omitto cetera. itaque adfectauit carissimo discipulorum de figuris suis peculiariter nomen communicare, puto propius quam de non suis. Conueniunt a Tyro et ex aliis regionibus multitudo, etiam transmarina. hoc spectabat psalmus: et ecce allophyli et Tyrus et populus Aethiopum, isti fuerunt illic. mater Sion, dicet homo, et homo natus est in illa — quoniam deus homo natus est — et aedificauit eam — uoluntate patris —, ut scias ad eum tunc gentiles conuenisse, qui deus homo erat natus, aedificaturus ecclesiam ex uoluntate patris ex allophylis quoque. sic et Esaias: ecce isti ueniunt de longinquo, isti autem ueniunt ab aquilone et mari, alii autem de terra Persarum. de quibus et rursus: attolle per circuitum oculos tuos et uide: omnes congregati sunt; de quibus et infra, uidens ignotos et extraneos: et dices cordi tuo: quis istos genuit mihi? porro: hos quis mihi educauit? at hi mihi ubi fuerunt? hic erit Christus non prophetarum? et quis erit Christus Marcionitarum? si peruersitas placet: qui non fuerit prophetarum.

5] cf. Luc. 6, 14. 6] cf. Gen. 17, 5. 15. Num. 13, 17. 10] cf. Es. 8, 14. 13] cf. Luc. 6, 17—19. 15] Ps. 86, 4—5. 21] Es. 49, 12. 23] Es. 49, 18. 25] Es. 49, 21.

6 sarrae *M*, Sarae *uulgo* ausee *M* 8 cur et *Eng:* et cur *MR* 9 solidae aeque *Eng:* solidae quę *M*, solidaeque *R uulgo* 13 proprius *Pam* 15 hos *Ciacconius* spectabat *Rig:* expectabat *MR* 17 natus *M*, factus *R uulgo* 19 qui *R*, quia *M*, quis *F* 20 erat natus *M*, natus erat *R* 25 uidens *Lat:* uides *MR* (*rectius haec distinxit Eng*) 27 hii *M*

14. Venio nunc ad ordinarias sententias eius, per quas proprietatem doctrinae suae inducit, ad edictum, ut ita dixerim, Christi: beati mendici, — sic enim exigit interpretatio uocabuli, quod in Graeco est — quoniam illorum est dei regnum. iam hoc ipsum, quod a benedictionibus coepit, creatoris est, qui uniuersa, prout edidit, nulla alia uoce quam benedictionis dedicauit: eructauit, inquit, cor meum sermonem optimum. hic erit sermo optimus, benedictionis scilicet, qui et noui quoque testamenti initiator agnoscitur de ueteris exemplo. quid ergo mirum, si et ab adfectibus creatoris ingressus est per huiusmodi dictionem, semper mendicos et pauperes et humiles ac uiduas et pupillos usque diligentis consolantis adserentis uindicantis, ut hanc Christi quasi priuatam benignitatem riuulum credas de fontibus saluatoris? reuera quo dirigam nescio in tanta frequentia eiusmodi uocum, tamquam in silua uel in prato uel in nemore pomorum. passim prout incidit res petenda est. inclamat psalmus: iudicate pupillo et mendico et humilem et pauperem iuste tractate, liberate pauperem et mendicum de manu peccatoris eruite. item psalmus septuagesimus primus: iustitia iudicabit mendicos populi et faciet saluos filios pauperum, et in sequentibus de Christo: omnes nationes seruient ei, — Dauid autem uni genti Iudaicae praefuit, ne qui in Dauid putet dictum, quia et ille susceperat humiles et necessitatibus laborantes — quod liberauerit, inquit, a dynasta mendicum; parcet mendico et pauperi et animas pauperum saluas faciet, ex usura et iniu-

3] Luc. 6, 20. (Matth. 5, 3.) 7] Ps. 44, 2. 14] cf. Es. 12, 3. 17] Ps. 81, 3—4. 21] Ps. 71, 4. 22] Ps. 71, 11. 25] Ps. 71, 12—14.

2 inducit, ad *Eng:* inducit ad *uulgo* 5 dei regnum *M*, regnum dei *R*, regnum coelorum *Pam* 7 benedictionis R^3, benedictionibus *M*, bene dignis R^1 eructauit ⟨enim⟩ *N Pam* 10 ueteris *Iun:* ueteri *MR* mirum ⟨est⟩ *Pam* 11 est, per *uulgo* dictionem semper *uulgo* 12 usque = *semper* 23 *parenthesin indicaui:* ei. Dauid *uulgo* geniti *M* (*corr. m. 1*) 24 ne qui MR^1, ne quis R^3 25 liberauerat *susp. Eng* (*sed* quod quia *cum coniunctiuo saepius occurrunt*)

stitia redimet eorum animas, et honoratum nomen eorum in conspectu ipsius. item: auertantur peccatores in inferos, omnes nationes, quae dei obliuiscuntur, quoniam non in finem obliuioni habebitur mendicus; tolerantia pauperum non peribit in finem. item: quis sicut deus noster, qui habitat in excelsis et humilia prospectat in caelo et in terra, qui suscitat mendicum de terra et de stercore exaltat pauperem, uti sedere eum faciat cum principibus populi, utique in regno suo? sic et retro in Basiliis Anna, mater Samuhelis, spiritu gloriam deo reddens: qui, inquit, excitat pauperem de terra et ⟨de stercore eleuat⟩ mendicum, uti sedere eum faciat cum dynastis populi et in thronis gloriae, utique regalibus. per Esaiam uero quomodo inuehitur in uexatores egenorum! uos autem, ad quid incendistis uineam meam et rapina mendici in domibus uestris? cur uos laeditis populum meum et faciem mendicorum confunditis? et rursus: uae qui scribunt nequitiam! scribentes enim scribunt nequam, uitantes iudicia mendicorum et diripientes iudicata pauperum populi mei. quae iudicia pupillis quoque et uiduis exigit, ut et ipsis egenis solatii: iudicate pupillo et iuste tractate uiduam, et uenite, conciliemur, dicit dominus. cui tantus adfectus in omnem condicionem humilitatis [creatoris] est, eius erit et regnum, quod a Christo repromittitur. ad cuius adfectum iam dudum pertinent ii, quibus repromittitur. nam et si putas creatoris quidem terrenas promissiones fuisse, Christi uero caelestes, bene, quod caelum nullius alterius usque adhuc dei apparet, nisi cuius et terra, bene, quod creator uel minora promisit,

2] Ps. 9, 18—19. 5] Ps. 112, 5—8. 11] I Reg. 2, 8. 14] Es. 3, 14—15. 18] Es. 10, 1—2. 22] Es. 1, 17—18.

1 redimet *R*, redimes *M* 2 in conspectu ipsius *MR*, coram ipso *N Pam* 6 excelsis *R*, ecclesiis *MF* 11 de stercore eleuat *add. Eng* 13 dyna istis *M* populi ⟨utique in regno suo⟩ *Pam* 15 incendistis (= ἐνεπυρίσατε) *Eng:* incenditis *MR* rapina R^{3}, rapinam MR^{1} 21 pupillis R^{3}, populis MR^{1} 24 creatoris *seclusi* 26 pertinet *M* hii *MF*

ut facilius illi et de maioribus credam quam qui numquam de minoribus prius fidem liberalitatis suae struxit. Beati esurientes, quoniam saturabuntur. possem hunc titulum in superiorem transmisisse, quod non alii sunt esurientes quam pauperes et mendici, si non et hanc promissionem creator specialiter, in euangelii scilicet sui praestructionem, destinasset; siquidem per Esaiam de eis, quos uocaturus esset a summo terrae, utique nationes: ecce, inquit, uelociter, leuiter aduenient, — uelociter, qua properantes sub finibus temporum, leuiter, qua sine oneribus pristinae legis — non esurient neque sitient. ergo saturabuntur, quod utique nisi esurientibus et sitientibus non promittitur. et rursus: ecce, inquit, qui seruiunt mihi saturabuntur, uos autem esurietis; ecce qui seruiunt mihi bibent, uos autem sitietis. uidebimus et contraria ista, an Christo praeministrentur. interim quod esurientibus saturitatem repromittit, de creatoris est. Beati plorantes, quia ridebunt. decurre sententiam Esaiae: ecce qui seruiunt mihi oblectabuntur, uos autem confundemini; ecce qui seruiunt mihi exultabunt in iocunditate, uos autem clamabitis prae dolore cordis. et haec contraria apud Christum recognoscemus. certe oblectatio et exultatio in iocunditate illis promittitur, qui in diuersa condicione sunt, maestis et tristibus et anxiis. scilicet etiam psalmus centesimus uicesimus quintus dicit: qui seminant in lacrimis in exultatione metent. porro tam exultantibus et iocunditatem capientibus risus accedit

2] Luc. 6, 21. (Matth. 5, 6.) 8—10] Es. 5, 26—27 et Es. 49, 10. 12] Es. 65, 13. 17] Luc. 6, 21. (Matth. 5, 5.) 18] Es. 65, 13—14. 24] Ps. 125, 5.

2 liberalitati *fort.* 3 quoniam <ipsi> *Pam* 6 euangelii R^3, euangelio MR^1 8 utique *om.* R^1 leuiter *induxit m. 2 M* 9 qua *M*, quia *R* 15 contraria ista *scil.:* uos autem esurietis, uos autem sitietis 16 de creatoris (*scil. scripturis*) *M*, dei creatoris *R uulgo*, creatoris *F* 18 oblectabuntur *MR*, exultabunt in iocunditate *Gel reliqui* 19 exultabunt in iocunditate *MR*, oblectabuntur *Gel reliqui* 21 recognoscemus *scripsi* (*cf. l. 15*)*:* recognosce *MR* 24 psalmus uicesimus quintus dicit *Eng:* psalmus CXXVII *MR* (*ortum, ut uidetur, ex* CXXVđ = *dicit*), psalmus CXXV *Pam* 25 seminant, <inquit> *R uulgo* in gaudiis metent *N* 26 accendit *M* (n *eras.*)

quam maerentibus et dolentibus fletus. ita creator materias risus et fletus praedicans risuros plorantes prior dixit. igitur qui a consolatione pauperum et humilium et esurientium et flentium exorsus est, statim se illum repraesentare gestiuit, quem demonstrauerat per Esaiam: spiritus domini super me, propter quod unxit me ad euangelizandum pauperibus — beati mendici, quoniam illorum est regnum caelorum —; misit me curare obtritos corde — beati qui esuriunt, quoniam saturabuntur —; aduocare languentes — beati qui plorant, quoniam ridebunt —; dare lugentibus Sionis gloriam et pro cinere unguenti iocunditatem et gloriae habitum pro spiritu taedii. haec si statim admissus Christus administrauit, aut ipse est, qui se ad haec uenturum praedicauit, aut si nondum uenit qui praedicauit, — ridicule, sed necessarie dixerim — fortasse mandauerit Christo Marcionis. Beati eritis, cum uos odio habebunt homines et exprobrabunt et eicient nomen uestrum uelut nequam propter filium hominis. hac pronuntiatione sine dubio ad tolerantiam exhortatur. quid minus creator per Esaiam? ne metueritis ignominiam ab hominibus et nullificatione eorum ne minuamini. quae ignominia, quae nullificatio? quae futura erat propter filium hominis. quem istum? qui est secundum creatorem. unde probabimus? ex odio in ipsum quoque praedicato, sicut per Esaiam ad auctores odii Iudaeos: propter uos blasphematur nomen meum in nationibus, et alibi: sancite eum, qui circumscribit animam suam, qui aspernamento habetur a nationibus, famulis et magistratibus. si enim

5—13] Es. 61, 1—3. 7] Matth. 5, 6. (Luc. 6, 20.) 9] Luc. 6, 21. 10] ib. 16] Luc. 6, 22. 20] Es. 51, 7. 25] Es. 52, 5. Rom. 2, 24. 26] ?

3 qui a *R*[3]*G*, quia *M*, qua *R*[1] 11 lugentibus *M* (*in ras. a m. 1*) et *om. Pam* 16 mandauerit *M* (manda *in ras. a m. 1*) 18 nequam *M*, malum *R uulgo* 19 exortatur *M* 21 eorum *R*, earum *MF* 24 ex odio *scripsi* (*cf. 463, 1*): excidio *MR* 25 odii *om. R*[1] 26 sancite *R*, sanctite *MF* 28 ʾodium ʾenim *M*

odium in illum filium hominis praedicabatur, qui secundum creatorem est, euangelium autem nomen Christianorum, utique a Christo deductum, odio futurum contestatur propter filium hominis, quod est Christus, eum filium hominis in causa odii constituit, qui erat secundum creatorem, in quem odium praedicabatur. et utique, si nondum uenisset, non potuisset nominis odium, quod agitur hodie, personam nominis antecessisse. nam et sancitur penes nos et animam suam circumscribit, propter nos eam ponens, et aspernamento habetur a nationibus. ergo qui natus est, ipse erit filius hominis, propter quem et nomen nostrum recusatur.

15. Secundum haec, inquit, faciebant prophetis patres eorum. o Christum uersipellem, nunc destructorem nunc adsertorem prophetarum! destruebat ut aemulus, conuertens discipulos eorum sibi, adserebat ut amicus, suggillans insectatores eorum. porro, in quantum ⟨non⟩ congruisset Christo Marcionis adsertio prophetarum, ad quorum uenerat destructionem, in tantum congruit Christo creatoris suggillatio in insectatores prophetarum, quos in omnibus adimplebat, uel quia magis creatoris est delicta patrum filiis exprobrare quam eius dei, qui nec propria cuiusque castiget. 'sed non statim', inquis, 'prophetas tuebatur, si iniquitatem Iudaeorum adfirmatam uolebat, quod nec cum prophetis suis pie egissent'. atquin nulla hic iniquitas exprobranda erat Iudaeis, laudandis potius et probandis, si eos suggillauerunt, ad quorum destructionem post tantum aeui deus optimus motus est. sed, puto, iam et non optimus, iam aliquid et cum creatore moratus nec in totum Epicuri deus. ecce enim demutat in maledictionem et

12] Luc. 6, 23.

5 qui erat *R*, querat *M* 8 sancitur *R*, sanctitur *MF* 9 ergo *scripsi:* et *MR* 13 o Christum *R*[3], et Christum *MR* 15 eorum, sibi *uulgo* 16 non *add. R*[3], *om. MR*[1] 20 patuum *M* exprobare *M* 21 castiget *M*, castigat *R uulgo* 23 atquin *R*, at *M* (quin *in mg. add. m. 1*) 25 sugillauerunt *Oehlerus:* figurauerunt *MR* 28 maledictionem *M*, maledictione *R*

ostendit eum se esse, qui nouit offendi et irasci. 'uae' enim dicit. sed fit nobis quaestio de uerbi istius qualitate, quasi non tam maledictionis sit quam admonitionis. et quid causae interest, quando et admonitio non sit sine aculeo comminationis, maxime per 'uae' amarior facta? et admonitio autem et comminatio eius erunt, qui norit irasci. nemo enim admonebit et nemo comminabitur, ne quid ⟨quis⟩ faciat, nisi qui factum uindicabit; nemo uindicarit, nisi qui norit irasci. alii adcognoscunt quidem uerbum maledictionis, sed uolunt Christum sic 'uae' pronuntiasse, non quasi ex sententia sua proprie, sed quod 'uae' a creatore sit et uoluerit illis asperitatem creatoris opponere, quo suam supra in benedictionibus sufferentiam commendaret. quasi non creatori competat, qua utrumque praestanti, et bonum deum et iudicem, ut, quia praemiserat in benedictionibus benignitatem, subiceret etiam in maledictionibus seueritatem, amplitudinem disciplinae utriusque instruendo, tam ad benedictionem sectandam quam ad maledictionem praecauendam. nam et ita praemiserat: ecce posui ante uos benedictionem et maledictionem. quod etiam in hanc euangelii dispositionem portendebat. alioquin qualis est ille, qui, ut suam insinuaret bonitatem, creatoris opposuit asperitatem? infirma commendatio est, quae de alterius destructione fulcitur. atquin opponens asperitatem creatoris timendum eum confirmauit. si timendum, magis utique obaudiendum quam neglegendum, et incipit iam Christus Marcionis creatori docere. tunc, si 'uae' creatoris est, quod in diuites spectat, ergo Christus non est diuitibus offensus, sed creator, et ratas habet Christus diuitum causas, superbiam dico et gloriam et saeculi studia et dei

1] cf. Luc. 6, 24. 18] Deut. 30, 19.

2 fit *MR*³, sit *R*¹ 4 sit *R*, fit *MF* 7 quis *add. Eng: ego olim rescribere uolui:* ne quid fiat 8 adcognoscunt *M*, agnoscunt *R uulgo* 14 promiserat *R*¹ 16 instruendo *scripsi:* instruendae *MR* 21 asperitatem *MR*³*G*, asperitatem dei (de *F*) alterius *R*¹ 22 de alterius destructione *MR*³*G*, destructione *R*¹ 26 in diuites spectat *R*³, induit et expectat *MR*¹

incuriam, per quae 'uae' merentur a creatore. sed quomodo non eiusdem sit diuites reprobare, qui supra mendicos probarit? nemo non contrarium eius, quod probauerit, reprobat. itaque si creatori deputabitur maledictio in diuites, eiusdem defendetur benedictio in mendicos, et totum iam opus Christi creatoris est. si deo Marcionis adscribetur benedictio in mendicos, eidem imponetur et maledictio in diuites, et erit par iam creatoris, tam bonus quam et iudex, nec erit iam discrimini locus, quo duo dei fiunt, sublatoque discrimine supererit unum deum renuntiari, creatorem. igitur 'uae' si et uox maledictionis est uel alicuius austerioris inclamationis et a Christo dirigitur in diuites, debeo creatorem diuitum quoque aspernatorem probare, sicut probaui mendicorum aduocatorem, ut Christum in hac quoque sententia creatoris ostendam. locupletat is quidem Salomonem, sed quia permissa sibi optione maluit ea postulare, quae sciebat deo grata, sapientiam et ⟨intellegentiam,⟩ meruerat etiam diuitias consequi, quas non magis uoluit. quamquam et diuitias praestare non incongruens deo sit, per quas et diuites solatio iuuantur — quoniam, inquit, recepistis aduocationem uestram, utique ex diuitiis, de gloria earum et saecularibus fructibus — et multa inde opera iustitiae et dilectionis administrantur. sed accidentia diuitiis uitia illa in euangelio quoque 'uae' diuitibus adscribunt, uti in Deuteronomio Moysei: ne, inquit, cum manducaueris et repletus fueris et domus magnas aedificaueris, pecoribus

15] cf. III Reg. 3, 13. 16] cf. III Reg. 3, 12. 19] Luc. 6, 24. 24] Deut. 8, 12—14.

1 merentur *Gel:* merentibus *MR* 5 Christo *Oehlerus* (*errore typographico, ut uid.*) 6 eidem *scripsi:* eiusdem *MR*, eiusdem ⟨deo⟩ *mauult Eng* 7 creatoris R^3, creator is MR^1 14 ostendam. locupletat is quidem *scripsi:* ostendam locupletantis quidem *M,* ostendam locupletantis *R* 15 Salomonem. sed *uulgo* 16 intellegentiam *add. Eng: ego olim suppleri uolebam* iustitiam (*cf. III Reg 3, 11*) 18 diuites solatio R^3, diuitiae solatio R^1, diuitiae solacia *M* 19 *uerba* quoniam—fructibus, *quae in MR paulo infra post* adscribunt *leguntur, huc transtuli* 20 ex diuitiis MR^3, et diuitiis R^1 21 inde R^3, in deo MR^1 22 diuitiis uitia *Eng:* uitia diuitiis *MR* 23 uti *scripsi:* utique MR^1, itaque R^3 *uulgo* 24 Moysei *Eng:* moyses *MR*

et bobus tuis multificatis et pecunia et auro exaltetur cor tuum et obliuiscaris domini dei tui, quemadmodum et Ezechiam regem, thesauris inflatum et de eis potius quam de deo gloriatum apud illos, qui ex Perside aduenerant, insilit per Esaiam: ecce dies ueniunt, et auferentur omnia, quae in domo tua sunt, et quae patres tui congesserunt in Babylonem transferentur. sic et per Hieremiam quoque edicit: ne glorietur diues in diuitiis suis, et qui gloriatur, scilicet in deo glorietur. sic et in filias Sionis inuehitur per Esaiam, cultu ex diuitiarum abundantia inflatas, comminabundus et alibi nobilibus et superbis: dilatauit orcus animam suam et aperuit os suum, et descendent incliti et magni et diuites — hoc erit Christi 'uae' super diuites — et humiliabitur homo, utique exaltatus diuitiis, et ⟨de⟩honorabitur uir, utique ob substantiam honorabilis. de quibus et rursus: ecce dominus uirtutum conturbabit gloriosos cum ualentia, et elati comminuentur et ruent gladio sublimes. qui magis quam diuites? quia receperunt scilicet aduocationem suam, gloriam et honorum sublimitatem, ex diuitiis. a quibus auertens nos et in psalmo quadragesimo octauo: ne timueris, inquit, cum diues factus fuerit homo et cum abundabit gloria eius, quoniam cum morietur non tollet omnia nec descendet cum illo gloria sua, item in sexagesimo primo: ne desideraueritis diuitias, etsi relucent, ne adieceritis

5] Es. 39, 6. 8] Hier. 9, 23—24 (cf. I Cor. 1, 31. II Cor. 10, 17). 10] cf. Es. 3, 16—26. 12] Es. 5, 14. 15. 17] Es. 10, 33—34. 19] cf. Luc. 6, 24. 22] Ps. 48, 17—18. 25] Ps. 61, 11.

1 bobus *M*, bubus *R* multificatis *M*, multiplicatis *R uulgo* 7 transferentur GR^3, transferuntur MR^1 8 ieremiam *M* edidit R^1 10 filia *M* 11 ex MR^3, et R^1 *Oehlerus* 12 dilatauit R^3, dilatabit MR^1 15 ⟨de⟩honorabitur *Eng:* honorabitur *MR*, inhonorabitur *Gel* 16 substantiam (b *s.u.*) *M* 18 ruent *M* (*in ras. a m. 1*) 19 receperunt *M*, receperint *R* 20 honorum *Eng:* honorem *MR* 21 ex diuitiis MGR^3, et diuitias R^1 24 nec *M*, sed *R* 25 desideraueritis *M*, desideraueris *R* 26 adieceritis *M*, adieceris *R*

cor. id ipsum postremo uerbum 'uae' olim per Amos in diuites affluentes deliciis destinatur: uae, inquit, qui dormiunt in lectis eburnaciis et deliciis fluunt in toris suis, qui edunt haedos de gregibus caprarum et uitulos de gregibus boum lactantes, complaudentes ad sonum organorum: tamquam perseuerantia deputauerunt et non tamquam fugientia, qui bibunt uinum liquatum et unguentis primariis unguuntur. igitur et si tantummodo dehortantem a diuitiis ostenderem creatorem, non etiam praedamnantem diuites, etiam uerbo ipso quo et Christus, nemo dubitaret ab eodem adiectam in diuites comminationem per 'uae' Christi, a quo ipsarum materiarum, id est diuitiarum, dehortatio praecucurrrisset. comminatio enim dehortationis accessio est. Ingerit 'uae' etiam saturatis, quia esurient, etiam ridentibus nunc, quia lugebunt. his respondebunt illa, quae supra benedictionibus opposita sunt apud creatorem: ecce qui mihi seruiunt saturabuntur, uos autem esurietis, utique qui saturati estis, et: ecce qui mihi seruiunt oblectabuntur, uos autem confundemini, utique ploraturi, qui nunc ridetis. sicut enim in psalmo qui seminant in lacrimis in laetitia metent, ita in euangelio qui in risu seminant, scilicet ex laetitia, in lacrimis metent. haec olim creator simul posuit, Christus solummodo distinguendo, non mutando, renouauit. Vae, cum uobis benedixerint homines! secundum haec faciebant et pseudoprophetis patres illorum. aeque creator benedictionis et laudis humanae sectatores incusat per Esaiam: populus meus, qui uos beatos dicunt seducunt uos et uias pedum ue-

2] Am. 6, 4—6. 14] cf. Luc. 6, 25. 17—20] Es. 65, 13. 21] Ps. 125, 5. 22] cf. Luc. 6, 25. 25] Luc. 6, 26. 28] Es. 3, 12.

1 et ipsum *fort.* 2 deliciis *MGR*³, diuitiis *R*¹ destinabatur *fort.*, destinaturus *Eng*, *quod probarem, si uerba* olim per Amos *post* destinaturus *legerentur* uae enim *NPam* 3 eburnaciis *R*¹, eburneis *MGR*³ 4 suis *om. R*¹ ędos *M* 16 his *R*, hic *MF* 18 qui *scripsi:* quia *MR* 23 ex *M*, et *R*

strorum disturbant. prohibet et alias fidere omnino in hominem, sicut in laudem hominis, ut per Hieremiam: maledictus homo, qui spem habet in homine. nam et in psalmo centesimo decimo septimo dicit: bonum est confidere in deum quam confidere in hominem, et bonum est sperare in deum quam sperare in principes. ita totum, quod ab homine captatur, abdixit creator, nedum benedictionem. pseudoprophetas autem laudatos siue benedictos a patribus eorum tam eius est exprobrare quam prophetas uexatos et recusatos: sicut iniuriae prophetarum non pertinuissent ⟨nisi⟩ ad deum ipsorum, ita nec gratiae pseudoprophetarum displicuissent nisi deo prophetarum.

16. Sed uobis dico, inquit, qui auditis — ostendens hoc olim mandatum a creatore: loquere in aures audientium —: diligite inimicos uestros et benedicite eos, qui uos oderunt, et orate pro eis, qui uos calumniantur. haec creator una pronuntiatione clusit per Esaiam: dicite 'fratres nostri estis' eis, qui uos oderunt. si enim qui inimici sunt et oderunt et maledicunt et calumniantur fratres appellandi sunt, utique et benedici odientes et orari pro calumniatoribus iussit qui eos fratres deputari praecepit. 'Nouam plane patientiam docet Christus, etiam uicem iniuriae cohibens permissam a creatore, oculum exigente pro oculo et dentem pro dente, contra ipse alteram amplius maxillam offerri iubens et super tunicam pallio quoque cedi.' plane, ⟨ni⟩ haec Christus adiecerit ut supplementa consentanea disciplinae creatoris. atque adeo hoc statim renuntiandum est: an

2] Hier. 17, 5. 4] Ps. 117, 8—9. 9] cf. Matth. 23, 37. 13—17] Luc. 6, 27—28. 14] cf. Iudd. 7, 3 et IIII Esr. 15, 1. 18] Es. 66, 5. 23] cf. Exod. 21, 24. 24] cf. Luc. 6, 29. Matth. 5, 39—40.

1 prohibent *M* 2 sicut *Eng:* sic et *MR* ieremias *M* 4 centesimo decimo septimo dicit *Eng:* CXVIIII *M* (*ortum, ut uidetur, ex* CXVIIđ = *dicit cf.* *461, 24*) 4 in deum *MR*, in dominum *Pam*, in domino *Oehlerus* 5 hominem *R*, homine *M* 6 deum *MR*, dominum *Pam*, domino *Oehlerus* principibus *Oehlerus* 9 exprobare *M* quam R^3, tam MR^1 10 nisi *addidi* 11 deum *R*, dominum *M* 19 maledicent R^1 26 ni *addidi* 27 an = *nonne, etwa nicht*

disciplina patientiae praedicatur penes creatorem? si per Zachariam praecepit: ne unusquisque malitiae fratris sui meminerit, — sed nec proximi; nam et rursus: malitiam, inquit, proximi sui unusquisque ne recogitet — multo magis patientiam indixit iniuriae qui indixit obliuionem. sed et cum dicit: mihi uindictam, et ego uindicabo, proinde patientiam docet, uindictae expectatricem. in quantum ergo fidem non capit, ut idem uideatur oculum pro oculo et dentem pro dente in uicem iniuriae exigere, qui non modo uicem sed etiam ultionem, etiam recordationem et recogitationem iniuriae prohibet, in tantum aperitur nobis, quomodo oculum pro oculo et dentem pro dente censuerit: non ad secundam iniuriam talionis permittendam, quam prohibuerat interdicta ultione, sed ad primam coërcendam [quam prohibuerat] opposito talione, ut unusquisque respiciens licentiam secundae iniuriae a prima semetipsum contineret. facilius enim uim comprimi sciit repraesentatione talionis quam repromissione ultionis. utrumque autem constituendum fuit pro natura et fide hominum, ut qui deo crederet, ultionem a deo expectaret, qui minus fideret, legis taliones timeret. hanc legis uoluntatem de intellectu laborantem dominus et sabbati et legis et omnium paternarum dispositionum, Christus, et reuelauit et compotem fecit, mandans alterius quoque maxillae oblationem, ut tanto magis uicem iniuriae extingueret, quam et lex et per talionem uoluerat impedisse, certe quam prophetia

2] Zach. 7, 10. 3] Zach. 8, 17. 6] Deut. 32, 35 (cf. Rom. 12, 19. Hebr. 10, 30). 21] cf. Matth. 12, 8. 23] cf. Luc. 6, 29.

1 praedicatur R^3, praedicat MR^1 3 *parenthesin indicaui* 4 recogitet. multo *uulgo* recogitet (re *in ras.*) *M* 5 indixit *R*, induxit *M* 8 fidem *om. Pam* oculum pro oculo et dentem pro dente *scripsi:* et dentem pro dente, oculum pro oculo *MR* 9 iniuriam R^1 14 quam prohibuerat *seclusi* 15 opposito talione *M*, talione opposito R^1, talione opposita R^3 17 comprimi sciit (*scil.* deus) *scripsi:* comprimiscit *F*, comprimi scit *R*, comprimescit *M* 20 fideret, legis MR^1, fideret, leges R^3 *uulgo*, fideret legi *Eng* taliones (legis taliones = *die im Gesetz gebotenen Wiedervergeltungen, nämlich* oculum pro oculo et dentem pro dente *cf. l. 12*) *scripsi:* talionis *MR* 22 reuelauit (re *s. u. M*) 25 et per *MF*, per *R*

manifeste coërcuerat, et memoriam iniuriae prohibens et ultionem ad deum redigens. ita si quid Christus intulit, non aduersario sed adiutore praecepto, non destruxit disciplinas creatoris. denique si in ipsam rationem patientiae praecipiendae, et quidem tam plenae atque perfectae, consideremus, non consistet, si non est creatoris, qui uindictam repromittit, qui iudicem praestat. alioquin si tantum patientiae pondus non modo non repercutiendi sed et aliam maxillam praebendi, et non modo non remaledicendi sed etiam benedicendi, et non modo non retinendi tunicam sed et amplius et pallium concedendi, is mihi imponit, qui non sit me defensurus, in uacuum patientiam praecipit, non exhibens mihi mercedem praecepti, patientiae dico fructum, quod est ultio, quam mihi permisisse debuerat, si ipse non praestat, aut, si mihi non permittebat, ipse praestare, quoniam et disciplinae interest iniuriam uindicari. metu enim ultionis omnis iniquitas refrenatur, ceterum passim emissa libertate dominabitur, utrumque oculum effossura et omnem dentem excitatura prae impunitatis securitate. sed hoc est dei optimi et tantum boni, patientiae iniuriam facere, uiolentiae ianuam pandere, probos non defendere, improbos non coërcere. Omni petenti te dato, utique indigenti, uel tanto magis indigenti, si etiam et abundanti. ne quis ergo indigeat datorem, imperatam habes in Deuteronomio formam creatoris: non erit, inquit, in te indigens, uti benedicens benedicat te dominus deus tuus, datorem scilicet, qui fecerit non esse indigentem. et plus hic. non enim petenti iubet dari, sed non sit, inquit, indigens in te, id est 'cura ultro, ne sit'. quo magis petenti praeiudicat dandum, etiam in sequentibus: si autem fuerit indigens

8] cf. Luc. 6, 29. 9] cf. Luc. 6, 27. 21] Luc. 6, 30. 24] Deut. 15, 4. 29] Deut. 15, 7—8.

5 consideremus *M*, considerem *R* 10 et (*prius*) *del. Gel* 12 praecipit *Eng:* praecepit *MR* 13 mihi ⟨aut⟩ *fort.* 15 praestare *Rig:* praestaret *MR* 17 effosura *M* 18 excussura *Lat* 22 etiam et *cf. de idol. 20:* etiam in uerbis quoque 23 indigeat datorem *MR*[1], indigeat, datori *R*[3], indigeat, ⟨in⟩ datorem *Pam* paratam *R*[1] habes *R*[3], habens *MR*[1] 27 dari. sed *uulgo*

ex fratribus tuis, non auertes cor tuum nec constringes manum tuam a fratre tuo indigente. aperiens aperies illi manum, fenus fenerabis illi, quantum desiderarit. fenus enim nisi petenti dari non solet. sed de fenore postmodum. nunc, si qui uoluerit argumentari creatorem quidem fratribus dari iussisse, Christum uero omnibus petentibus, ut hoc sit nouum atque diuersum, immo unum erit ex his, per quae lex creatoris erit * in Christo. non enim aliud Christus in omnes praecepit quam quod creator in fratres. nam etsi maior est bonitas, quae operatur in extraneos, sed non prior ea, quae ante debetur in proximos. quis enim poterit diligere extraneos, ***? quodsi secundus gradus bonitatis est in extraneos, qui in proximos primus est, eiusdem erit secundus gradus, cuius et primus, facilius quam ut eius sit secundus, cuius non extitit primus. ita creator et secundum naturae ordinem primum in proximos docuit benignitatem, emissurus eam postea et in extraneos, et secundum rationem dispositionis suae primo in Iudaeos, postea et in omne hominum genus. ideoque quamdiu intra Israhelem erat sacramentum, merito in solos fratres misericordiam mandabat, at ubi Christo dedit gentes hereditatem et possessionem terminos terrae et coepit expungi quod dictum est per Osee: non populus meus populus meus, et non misericordiam consecuta misericordiam consecuta, natio scilicet, exinde Christus in omnes legem paternae benignitatis extendit, neminem excipiens in misera-

21] cf. Ps. 2, 8. 23] Rom. 9, 25. cf. Os. 2, 23; 2, 1.

1 ex *M*, e *R uulgo* auertens *M* (*corr. m. 1*) 2 fratre tuo *M*, fratre *R* 3 illi *R* (*alt. loco*), illum *M* 4 desiderarit *M*, desiderat *R* 5 de fenore *R*[3], dato fenore *MR*[1] 8 et his *R*[1] *lacunam signaui:* adimpleta *siue* suppleta *intercidisse puto* 9 aliut *M* 11 debetur *M*, deberet *R uulgo* 12 *lacunam signaui:* nisi qui ante dilexerit proximos *intercidisse puto*, quis enim ⟨non diligens proximos⟩ poterit *Urs* 13 secundus *R*, secundum *MF* 15 extitit *MF*, existit *R* 17 emisurus *M* et in *M*, in *R* 25 legem (m *ex* s *a m. 1*) *M*

tione, sicut in uocatione. ita et si quid amplius docuit, hoc quoque in hereditatem gentium accepit. Et sicut uobis fieri uultis ab hominibus, ita et uos facite illis. in isto praecepto utique alia pars eius subauditur: et sicut uobis fieri non uultis ab hominibus, ita et uos ne faciatis illis. hoc si nouus deus et ignotus retro et nondum plane editus praecepit, qui me nulla antehac institutione formauerit, qua prius scirem, quid deberem mihi uelle uel nolle atque ita et aliis facere quae et mihi uellem, non facere quae et mihi nollem, passiuitatem sententiae meae permisit nec adstrinxit me ad conuenientiam uoluntatis et facti, ut id aliis faciam, quod mihi uelim, et id nec aliis faciam, quod mihi nolim. non enim definiit, quid mihi atque aliis debeam uelle uel nolle, ut ad legem uoluntatis parem factum, et possum ⟨iam⟩ alii non praestare quod ab alio mihi uelim praestitum, amorem obsequium solatium praesidium et eiusmodi bona, proinde et alii facere quod ab alio fieri mihi nolim, uim iniuriam contumeliam fraudem et eiusmodi mala. denique hac inconuenientia uoluntatis et facti agunt ethnici nondum a deo instructi. nam etsi natura bonum et malum notum est, non tamen dei disciplina, qua cognita tunc demum conuenientia uoluntatis et facti ex fide, ut sub metu dei, agitur. itaque deus Marcionis cum maxime reuelatus, si tamen reuelatus, non potuit huius praecepti, de quo agitur, tam strictum et obscurum et caecum adhuc et facilius pro meo potius arbitrio interpretandum compendium emittere, cuius nullam praestruxerat distinctionem. at enim creator meus olim et ubique praecepit indigentes pauperes et pupillos et uiduas

2] Luc. 6, 31. 20] cf. Rom. 2, 14.

5 fieri non uultis *M*, non uultis fieri *R uulgo* 9 quae et R^3. et quae MR^1, quae *Rig* 14 uoluntatis parem R^3, uoluntati sperem MR^1 15 possum ⟨iam⟩ *scripsi:* possim *MR* alii *R*, aliis *M* 17 fieri mihi *M*, mihi fieri *R uulgo* 20 a deo *M*, ab eo *R* 21 qua *Lat:* a qua *MR* 23 reuelatus, si tamen *scripsi:* reuelatus sit, tamen *MR* 27 praestruxerat R^3, praestrinxerat MR^1 ⟨et⟩ olim *Pam*

protegi iuuari refrigerari, sicut et per Esaiam: infringito panem tuum mendicis, et qui sine tecto sunt in domum tuam inducito, et nudum si uideris, tegito; item per Ezechielem de uiro iusto: panem suum dabit esurienti et nudum conteget. satis ergo iam tunc me docuit ea facere aliis, quae mihi uelim fieri. proinde denuntians: non occides, non adulterabis, non furaberis, non falsum testimonium dices, docuit, ne faciam aliis quae fieri mihi nolim. et ideo ipsius erit praeceptum in euangelio, qui illud retro et praestruxit et distinxit et ad arbitrium disciplinae suae disposuit et merito iam compendio substrinxit, quoniam et alias recisum sermonem facturus in terris dominus, id est Christus, praedicabatur.

17. Hic nunc de fenore, cum interponit: et si feneraueritis a quibus speratis uos recepturos, quae gratia est uobis? percurre sequentia Ezechielis de eodem uiro iusto: pecuniam, inquit, suam fenore non dedet et quod abundauerit non sumet, fenoris scilicet redundantiam, quod est usura. prius igitur fuit, ut fructum fenoris eradicaret, quo facilius adsuefaceret hominem ipsi quoque fenori, si forte, perdendo, cuius fructum didicisset amittere. hanc etenim dicimus operam legis fuisse procurantis euangelio: quorundam tunc fidem paulatim ad perfectum disciplinae Christianae nitorem primis quibusque praeceptis balbutientis adhuc benignitatis informabat. nam et supra: et pignus, inquit, reddet debenti, — utique si non sit soluendo, quia solutori [utique] pignus restituendum esse utrum homo scriberet? — multo

1] Es. 58, 7. 4] Ez. 18, 7. 7] Exod. 20, 13—16. 12] cf. Es. 10, 23. 14] Luc. 6, 34. 17] Ez. 18, 8. 25] Ez. 18, 7.

1 infringito ⟨esurienti⟩ panem tuum et mendicos qui *Pam* 17 fenore *MR*, fenori *Pam* 17 dedet *scripsi:* dedit *MR*, dederit *Eng* 22 quarundem *M* 25 reddet debenti *scripsi* (ἐνεχυρασμὸν ὀφείλοντος [debitoribus *Vulg.*] ἀποδώσει): reddes beati MR^1, reddes R^3, reddes dati *Oehlerus* 26 soluendo R^3, soluendum MR^1 solutori *M* (so *in lit.*), soluturo *Ciacconius* 26 utique *seclusi* 27 utrum homo scriberet *MR* (= *num quisquam scriberet;* utrum *etiam in interrogatione non disiunctiua haud raro occurrit*), utcunque non scriberet *Oehlerus*

manifestius in Deuteronomio: non dormies super pignus eius, redditione reddes illi pallium circa solis occasum, et dormiet in pallio suo; adhuc clarius supra: dimittes omne debitum, quod tibi proximus debet, et fratrem tuum non reposces, quoniam remissio domini dei tui inuocata est. porro cum debitum dimitti iubet, utique non exsoluturo, — plus enim esset, si exsoluturo — cum reposci uetat, quid aliud docet quam: non exsoluturo feneremus, qui tantum detrimentum fenori indixit? Et eritis filii dei. nihil impudentius, si ille nos sibi filios faciet, qui nobis filios facere non permisit auferendo conubium. quomodo in id nomen adlecturus est suos, quod iam erasit? filius spadonis esse non possum, maxime qui patrem habeam eundem, quem et omnia. nam tam pater omnium qui conditor uniuersitatis quam spado qui nullius substantiae conditor. et si marem ac feminam non miscuisset creator, et si non uniuersis quoque animalibus filios concessisset, hoc eram eius ante paradisum, ante delictum, ante exilium, ante duos unum denuo factos: filius fui, statim cum me manibus enixus est, cum de suo halitu mouit. ille nunc me rursus filium nuncupat, iam non in animam sed in spiritum pariens. quia ipse, inquit, suauis est aduersus ingratos et malos. euge, Marcion, satis ingeniose detraxisti illi pluuias et soles, ne creator uideretur. sed quis iste suauis, qui ne cognitus quidem usque adhuc? quomodo suauis, a quo nulla beneficia praecesserant hoc genus suauitatis, qua soles et imbres, qui ⟨non⟩ fenerauerat non recepturus ab humano genere, ut creator, qui pro tanta elementorum liberalitate facilius idolis quam

1] Deut. 24, 12—13. 4] Deut. 15, 2. 10] Luc. 6, 35. 18] cf. Gen. 2, 24. 21] Luc. 6, 35. 23] cf. Matth. 5, 45.

7 *parenthesin indicaui* plus = *zu viel* (*Eng*) esset, si *Eng:* est, et si *MR* exsoluturo *Rig:* exsoluturos *MR* 9 tantum *Priorius:* tam *MR* 11 connubium *R uulgo* auferendo conubium *cf. 451, 11—13* 13 qui *M*, cum *R uulgo* 18 antduos *M* unum denuo factos *scripsi:* unum. denuo factus *MR* 20 halitu *R*, habitu *MF* nunc me *M*, me nunc *R uulgo* 26 praecesserunt *Lat* qua *R*, quae *M* 27 non *addidi*

sibi debitum gratiae referentes homines usque adhuc sustinet, uere suauis etiam spiritalibus commodis: eloquia enim domini dulciora super mel et fauos? ille igitur et ingratos suggillauit, qui gratos experiri merebatur, cuius soles et imbres tu quoque, Marcion, ingratus habuisti. ceterum tuus non poterat iam queri ingratos, qui nondum parauerat gratos. Misericordiam quoque praecipiens: estote, inquit, misericordes, sicut pater uester misertus est uestri. hoc erit: panem infringito esurienti, et ⟨qui⟩ sine tecto in domum tuam inducito, et nudum si uideris, tegito, et: iudicate pupillo et iustificate uiduam. agnosco ueterem doctrinam eius, qui mauult misericordiam quam sacrificium. aut si alius nunc misericordiam praecepit, quia et ipse misericors sit, cur tanto aeuo misericors mihi non fuit? Nolite iudicare, ne iudicemini; nolite condemnare, ne condemnemini; dimittite et dimittemini; date et dabitur uobis. mensuram bonam, pressam ac fluentem dabunt in sinum uestrum. eadem, qua mensi eritis mensura, remetietur uobis. ut opinor, haec retributionem pro meritis prouocatam sonant. a quo ergo retributio? si ab hominibus tantum, ergo humanam docet disciplinam et mercedem, et in totum hominibus oboediemus; si a creatore, ut a iudice et dispunctore meritorum, ergo illi nostrum impellit obsequium, apud quem constituit retributionem captandam uel timendam, prout quisque iudicauerit aut condemnauerit aut dimiserit aut mensus fuerit; si ab ipso, ergo et ille iam iudicat, quod Marcion negat. eligant itaque Marcionitae, ne

2] Ps. 18, 10. 11. 7] Luc. 6, 36. 9] Es. 58, 7. 11] Es. 1, 17. 12] cf. Os. 6, 6. 14] Luc. 6, 37—38.

1 sustinet. uere *uulgo* 4 soles *M*, solem *R*, sol *F* 5 ingratus R^3 (*ohne dankbar zu sein*), ingratos MR^1 tuus <deus> *susp. Eng* 6 nondum *M*, non *R uulgo* 8 pater uester *M*, pater *R* 9 <qui> sine *Leopoldus:* sine *MR*, <si> sine *Oehlerus* 12 ueterem doctrinam eius *M*, doctrinam eius ueterem *R uulgo* 13 alius R^3, aliud MR^1 20 promeritis R^1 sonant MR^3, sonat R^1 23 m$\overset{\text{e}}{\text{o}}$ritorum *M* (*corr. m. 1*)

tanti sit de magistri regula excidere, quanti Christum aut hominibus aut creatori docentem habere. sed caecus caecum ducit in foueam. Corrigunt aliqui Marcionem. sed non est discipulus super magistrum. hoc meminisse debuerat Appelles, Marcionis de discipulo emendator. eximat et de oculo suo trabem haereticus, tunc in oculo Christiani si quam putat stipulam reuincat. proinde ut arbor bona non proferat malum fructum, quia nec ueritas haeresim, nec mala bonum, quia nec haeresis ueritatem, sic nec Marcion aliquid boni de thesauro Cerdonis malo protulit nec Appelles de Marcionis. multo enim haec congruentius in ipsos interpretabimur, quae Christus in homines allegorizauit, non in duos deos secundum scandalum Marcionis. Puto me non temere huic usque adhuc lineae insistere, qua definio nusquam omnino alium deum a Christo reuelatum — in hoc solo adulterium Marcionis manus stupuisse miror, nisi quod etiam latrones timent; nullum maleficium nec ⟨sine⟩ formidine est, quia nec sine conscientia sui —: tamdiu ergo et Iudaei non alium deum norant quam praeter quem neminem adhuc norant, nec alium dominum appellabant quam quem solum norant. si ita est, quis uidebitur dixisse: quid uocatis ⟨me⟩ 'domine, domine'? utrumne qui numquam hoc fuerat uocatus, ut nusquam adhuc editus, an ille, qui semper dominus habebatur, ut a primordio cognitus, deus scilicet Iudaeorum? quis item adiecisse potuisset: et non facitis quae

2] cf. Luc. 6, 39. 3] Luc. 6, 40. 5] cf. Luc. 6, 41—42. 7] cf. Luc. 6, 43—45. 20] Luc. 6, 46. 24] ib.

1 quanti *Lat:* quam *MR* 2 hominibus aut creatori *cf. 475, 21:* humanam docet disciplinam, *Eng supplendum putat:* creatori ⟨oboediendum⟩ docentem habere 3 corrigunt *scripsi:* credunt *MR* marcionem *MF*, Marcioni *R uulgo* 5 appelles *M*, Apelles *R uulgo* 6 putat stipulam *R*, putasti pulam *MF* 7 ut *Eng:* et *MR* 8 haeresi *M* 9 ueritatem, sic *Eng:* ueritatem. sic *uulgo* 10 appelles *M*, Apelles *R uulgo* 13 huic *scripsi:* huc *MR* 15 *parenthesin indicaui: quae enim infra proferuntur:* tamdiu ergo *arctissime cohaerent cum eis, quae hic leguntur:* qua definio *sqq.* in hoc solo *scil. in negotio interpolandi alicubi in euangelio alium deum* 16 nec ⟨sine⟩ formidine *scripsi:* nec formidine *MF*, sine formidine *R* 19 dominum *scripsi:* deum *MR* 20 uocatis *Pam:* uocas *MR* 21 me *add. Eng* 22 nuṃquam *M* (*corr. m. 1*)

dico? utrumne qui cum maxime edocere temptabat an qui a primordio ad illos et legis et prophetarum eloquia mandauerat? qui et inobaudientiam illis exprobrare posset etiam, si numquam alias exprobrasset? porro qui ante Christum: populus iste me labiis diligit, cor autem eorum longe absistit a me contionatus est, ueterem utique illis contumaciam imputabat. alioquin quam absurdum, ut nouus deus, nouus Christus, nouae tantum quod religionis inluminator contumaces et inobsequentes pronuntiaret quos non potuisset experiri?

18. Proinde extollenda fide centurionis incredibile, si is professus est talem se fidem nec in Israhele inuenisse, ad quem non pertinebat fides Israhelis. sed nec exinde pertinere poterat: adhuc cruda ut probaretur uel compararetur, ne dixerim adhuc nulla? 'sed cur non licuerit illi alienae fidei exemplo uti'? quoniam si ita esset, ⟨dixisset⟩ talem fidem nec in Israhele umquam fuisse. ceterum dicens talem fidem debuisse ⟨se⟩ inuenire in Israhele, *** quique ad hoc uenisset, uti eam inueniret, deus scilicet et Christus Israhelis. quam non suggillasset nisi exactor et sectator eius, aemulus uero etiam maluisset eam talem inuentam, ad quam infirmandam et destruendam magis uenerat, non ad comprobandam. Resuscitauit et mortuum filium uiduae. non nouum documentum. hoc et prophetae creatoris ediderant, quanto magis filius? adeo autem in illud

5] Matth. 15, 8. Marc. 7, 6. cf. Es. 29, 13. 10] cf. Luc. 7, 1—10. 21] cf. Luc. 7, 11—15.

1 qui a *R*, quia *MF* 3 qui = *quomodo* et—etiam *cf.* et—quoque *420,28: 453, 25 et saepius* posset, etiam si *uulgo* 6 continatus *M* 7 ut *R*, et *M* 8 tantum quod *M* (*cf.* tantum quod lucescentem *511,1 et 520, 6*), tante quod *F*, tantaeque *R uulgo* 10 ⟨in⟩ extollenda fide *fort.* 11 Israele *R*, israhelem *M* 12 Israelis *R*, israhel *M* *uerba* sed nec—adhuc nulla *fort. spuria* poterat = *hätte können* poterat adhuc *uulgo* 14 nulla. sed *uulgo* 15 dixisset *add.* R^3, *om.* MR^1 Israele umquam fuisse *R*, israhel eum quam fuit *M* fuisse, ceterum *uulgo* se *add. Oehlerus* 17 inuenire MR^1, inueniri R^3 *uulgo* *lacunam signaui:* eum se probauit, ad quem pertineret fides Israhelis *uel similia interciderunt* quique *MR*, qui quidem *Oehlerus* uti *M*, ut *R uulgo* inueniṣ^{r}set *M* (*corr. m. 1*) 18 Israelis, quam *uulgo* 19 eius. aemulus *uulgo*

usque momenti nullum alium deum Christus intulerat, ut omnes illic creatori gloriam retulerint dicentes: magnus prophetes prodiit in nobis, et respexit deus populum suum. quis deus? utique cuius populus et a quo prophetae. quodsi illi quidem creatorem glorificabant, Christus uero et audiens et sciens non corrigebat, et quidem in tanto documento mortui resuscitati creatorem adhuc orantes, sine dubio aut non alium circumferebat deum quam quem in suis beneficiis atque uirtutibus honorari sustinebat, aut quale est, ut illos tam diu errantes sustineret, ad hoc ueniens, ut errori eorum mederetur? Sed 'scandalizatur Iohannes auditis uirtutibus Christi, ut alterius'. at ego rationem scandali prius expediam, quo facilius haeretici scandalum explodam. ipso iam domino uirtutum, sermone et spiritu patris, operante in terris et praedicante necesse erat portionem spiritus sancti, quae ex forma prophetici moduli in Iohanne egerat praeparaturam uiarum dominicarum, abscedere iam ab Iohanne, redactam scilicet in dominum ut in massalem suam summam. itaque Iohannes, communis iam homo et unus de turba, scandalizabatur quidem, sed qua homo, non qua alium Christum sperans uel intellegens, qui neque ⟨haberet.⟩ unde speraret, ut nihil noui docentem uel operantem. nemo haesitabit de aliquo, quem dum scit non esse nec sperat nec intellegit; Iohannes autem certus erat neminem deum praeter creatorem, uel qua Iudaeus, ⟨ne dicam⟩ etiam prophetes. plane facilius quis haesitabit de eo, quem cum sciat esse, an ipse sit, nesciat. hoc igitur metu et Iohannes: tu es, inquit, qui uenis, an alium expectamus? simpliciter inquirens, an ipse uenisset, quem expectabat.

2] Luc. 7, 16. 11] cf. Luc. 7, 20. 16] cf. Mal. 3, 1. 27] Luc. 7, 19.

1 deum *scripsi:* dominus *MR* 12 at ego rationem R^3, addecorationem MR^1 prius *om. M* 15 quae ex MGR^3, quae et *F*, qui et R^1 18 dominum R^3, domino MR^1 19 unus ⟨iam⟩ de *Pam* scandalizabatur *R*, scandalizabant *M* 20 quidem, sed qua homo, non *scripsi:* quidem qua homo, sed non *MR* 21 haberet *addidi* unde *MR*, eundem *Lat* 25 ne dicam *addidi* (ne dicam etiam *cf. 384, 13; 387, 23.*) quis haesitabit *scripsi:* quasi haesitauit *MR* 27 expectamus *M*, speramus *R*

[tu es, qui uenis? id est: qui uenturus es; an alium expectamus? id est: an alius est quem expectamus, si non tu es quem uenturum expectamus?] sperabat enim, sicut omnes opinabantur, ex similitudine documentorum potuisse et prophetam interim missum esse, a quo alius esset, id est maior, qui uenturus expectabatur, ipse scilicet dominus. atque adeo hoc erat Iohannis scandalum, quod dubitabat ipsum uenisse quem expectabant, quem ex praedicatis operationibus agnouisse debuerat. ⟨aut⟩ ut dominus per easdem operationes agnoscendum se nuntiauerit Iohanni? quae cum constent praedicata in Christum creatoris, sicut ad singula ostendimus, satis peruersum, ut Christum non creatoris per ea renuntiarit intellegendum, per quae magis Christum creatoris agnosci compellebat. multo peruersius, si et testimonium Iohanni perhibet non Iohannis Christus, propheten eum confirmans, immo et supra, ut angelum, ingerens etiam scriptum super illo: ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui praeparet uiam tuam, eleganter ad superiorem sensum scandalizati Iohannis commemorans prophetiam, ut confirmans praecursorem Iohannem iam aduenisse extingueret scrupulum interrogationis illius: tu es, qui uenis, an alium expectamus? praecursore enim iam functo officium, praeparata uia domini, ipse erat intellegendus, cui praecursor ministrauerat. maior is quidem omnibus

1] Luc. 7, 19. 4] cf. Luc. 9, 7. 13] cf. Luc. 7, 27—28. 15] cf. Luc. 7, 26. 16] Luc. 7, 27. 20] Luc. 7, 19. 22] cf. Luc. 3, 4; cf. Es. 40, 3. 23] cf. Luc. 7, 28.

1 tu es—expectamus *seclusi: Tertulliani enim eo minus crediderim esse hoc interpretamentum, quia quod sequitur* enim *aperte respicit ad uerba* simpliciter inquirens *sqq.* 6 qui uenturus expectabatur, ipse scilicet dominus *scripsi:* ipse scilicet dominus, qui uenturus expectabatur *MR* 8 ex *scripsi:* et *MR* 9 debuerat *scripsi:* debuerant *MR* aut *addidi* 10 Iohanni. quae *uulgo* constent *R*. conste[n]t *M* (*corr. m. 1*) 12 Christum *R*, Christus *MF* ea *R*, eas *MF* 14 Iohanni *R*, iohannes *MF* 15 immo et supra, *cf. Luc. 7, 26* ναὶ καὶ περισσότερον προφήτου 17 praeparet *R*, praepararet *M*, praeparabit *Pam N* 22 iam *bis M* 23 ministrauerat. maior is *scripsi:* ministrauerat maiori *M*, ministrauerat, maior *R uulgo*

natis mulierum, sed non ideo subiectus ei, qui minor fuerit in regno dei, quasi alterius sit dei regnum, in quo modicus quis maior erit Iohanne, alterius Iohannes, qui omnibus natis mulierum maior sit. siue enim de quocumque dicit modico siue de semetipso per humilitatem, quia minor Iohanne habebatur, omnibus scilicet in solitudinem concurrentibus ad Iohannem potius quam ad Christum, — quid existis uidere in solitudinem? — tantundem est: creatori competit et Iohannem ipsius esse, maiorem natis mulierum, et Christum uel quem⟨cum⟩que modicum, qui maior Iohanne futurus sit in regno ⟨dei.⟩ — aeque creatoris — et qui sit maior tanto propheta, quia non fuerit scandalizatus in Christum, quod tunc Iohannem minuit. Diximus de remissa peccatorum. illius autem peccatricis feminae argumentum eo pertinebit, ut cum pedes domini osculis figeret, lacrimis inundaret, crinibus detergeret, unguento perduceret, solidi corporis ueritatem, non phantasma inane tractauerit, et ut peccatricis paenitentia secundum creatorem meruerit ueniam, praeponere solitum sacrificio. sed et si paenitentiae stimulus ex fide acciderat, per paenitentiam ex fide iustificata ab eo audiit: fides tua te saluam fecit, qui per Abacuc pronuntiarat: iustus ex fide sua uiuet.

19. Quod diuites Christo mulieres adhaerebant, quae et de facultatibus suis ministrabant ei, inter quas et uxor regis procuratoris, de prophetia est. has enim uocabat per Esaiam: mulieres diuites, exsurgite et audite uocem meam, ut discipulas primo, dehinc ut operarias et ministras osten-

7] Luc. 7, 24. 13] cf. Luc. 7, 36—50. 14—15] cf. Luc. 7, 38. 18] cf. Os. 6, 6. 20] Luc. 7, 50. 21] Hab. 2, 4. 22] cf. Luc. 8, 2. 25] Es. 32, 9.

1 non ideo *coniunge cum* quasi *l. 2* subiectus *Leopoldus:* subiecto *MR* 5 siue de semetipso per humilitatem *scripsi:* per humilitatem siue de semetipso *MR* 8 tantundem est: creatori *scripsi:* tantundem et creatori *MR* 10 quemcumque *scripsi:* quemque *MR* 11 dei *addidi* aeque creatoris *in parenthesi posui* quia *Iun:* qui *MR reliqui* 13 remissione *R*[1] 14 arcumentum *M* 20 iustificata *scripsi:* iustificatam *MR* 21 uiuet *M*, uiuit *R* 24 uocabaṇt *M* (*corr. m. 1*)

deret: filiae in spe, audite sermones ⟨meos.⟩ diei anni mementote cum labore in spe; cum labore enim prosequebantur et ob spem ministrabant. Aeque de parabolis semel sufficiat probatum hoc genus eloquii a creatore promissum. at nunc illa quoque pronuntiatio eius ad populum: aure audietis et non audietis dedit Christo frequenter inculcare: qui habet aures audiat, non quasi ex diuersitate auditum permitteret Christus, quem ademisset creator, sed quia comminationem exhortatio sequebatur. [primo: aure audietis et non audietis, dehinc: qui habet aures audiat.] non enim audiebant ultro qui aures habebant, sed ostendebant aures cordis necessarias, quibus illos audituros negarat creator, et ideo per Christum adicit: uidete, quomodo audiatis, id est: ne aure audiatis et non audiatis, non corde scilicet audientes, sed aure. si dignum sensum pronuntiationi accommodes pro sensu eius, qui auditui suscitabat, etiam dicendo: uidete, quomodo audiatis non audituris minabatur. sane non minatur mitissimus deus, quia nec iudicat nec irascitur. hoc probat etiam subiacens sensus: ei, qui habet, dabitur, ab eo autem, qui non habet, etiam quod habere se putat auferetur ei. quid dabitur? adiectio fidei uel intellectus uel salus ipsa. quid auferetur? utique quod dabitur. a quo dabitur auferetur? si a creatore auferetur, ab eo et dabitur; si a deo Marcionis dabitur, ab eo et auferetur. quoquo tamen nomine comminatur ablationem, non erit eius dei, qui nescit comminari, qui non nouit irasci. miror autem, cum lucernam negat abscondi solere qui se tanto saeculo absconderat, maius et necessarius lumen, cum omnia de occulto in

1] Es. 32, 9—10. 4] cf. Ps. 48, 4—5. 5] Es. 6, 9. 7] Luc. 8, 8. 13] Luc. 8, 18. 19] ib. 26] cf. Luc. 8, 16. 28] cf. Luc. 8, 17.

1 meos *add. Pam* diei *scripsi* (ἡμέρας LXX): dei *MR*, die *Oehlerus*, dies *Pam* 2 prosequebantur *Iun:* quo sequebantur *MR* 6 non (*s. u. a m. 1*) *M* 9 primo—audiat *seclusit Eng* 11 ostendebant *scripsi:* ostendebat *MR* 12 audituros *R*, auditurus *MF* 14 id est: ne aure audiatis *M*, *om. R et reliqui omnes* 18 non minatur *scripsi* (*cf. l. 26*): nominatur *MR*, minatur *Oehlerus*

apertum repromittit qui deum suum usque adhuc obumbrat, expectans, opinor, nasci Marcionem. Venimus ad constantissimum argumentum omnium, qui domini natiuitatem in controuersiam deferunt. 'ipse,' inquiunt, 'contestatur se non esse natum dicendo: *quae mihi mater et qui mihi fratres*'? ita semper haeretici aut nudas et simplices uoces coniecturis quo uolunt rapiunt aut rursus condicionales et rationales simplicitatis condicione dissoluunt, ut hoc in loco. nos contrario dicimus primo non potuisse illi adnuntiari, quod mater et fratres eius foris starent quaerentes uidere eum, si nulla illi mater et fratres nulli fuissent, quos utique norat qui adnuntiarat, uel retro notos uel tunc ibidem compertos, dum eum uidere desiderant uel dum ipsi nuntium mandant. ad hanc primam propositionem nostram solet ex diuerso responderi: 'quid enim, si temptandi gratia nuntiatum est ei'? sed hoc scriptura non dicit, quae quanto significare solet ex temptatione quid factum, — *ecce legis doctor adsurrexit temptans eum*, et de tributi consultatione: et *accesserunt ad eum Pharisaei temptantes eum* — tanto, ubi non facit temptationis mentionem, non admittit temptationis interpretationem. et tamen ex abundanti causas temptationis expostulo, cui rei temptauerint illum per nominationem matris et fratrum. si, ut scirent, natusne esset an non, quando de hoc fuit quaestio, quam ex ist temptatione discuterent? quis autem dubitaret natum quem uideret hominem? quem audisset filium se hominis professum? quem de conspectu omnis humanae qualitatis dubitaret deum aut filium dei credere, propheten facilius existimans, licet magnum aliquem, utique tamen natum? etiam si in explorationem natiuitatis temptandus fuisset, quodcumque aliud argumentum temptationi competisset, quam

5] Matth. 12, 48. cf. Luc. 8, 21. 9] cf. Luc. 8, 20. 16] Luc. 10, 25. 17] Matth. 16, 1. 27] cf. Matth. 21, 46.

1 obumbrarat *susp. Eng* 2 uenimus *R*, uenimus enim *MF*, uenimus nunc *Eng* 4 deferunt R^3, defuerunt MR^1 5 mater *R*, pater *M* 6 quo *R*, quod *MF* 11 adnuntiaret *fort.* 27 existimans *scripsi:* existimantes *MR, defendit Eng, qui supra l. 26 legi mauult:* dubitarent 28 explorationem *scripsi* (*cf. l. 23*): exploratione *MR*

per earum personarum mentionem, quas potuit etiam natus non habere. dic mihi, omnibus natis mater aduiuit? omnibus natis adgenerantur et fratres? non licet patres magis et sorores habere uel et neminem? sed et census constat actos sub Augusto tunc in Iudaea per Sentium Saturninum, apud quos genus eius inquirere potuissent. adeo nullo modo consistit ratio temptationis istius, et uere mater et fratres eius foris stabant, et superest dispicere sensum non simpliciter pronuntiantis: 'quae mihi mater aut fratres'? quasi ad generis et natiuitatis negationem, sed [et] ex causae necessitate et condicione rationali. tam proximas enim personas foris stare, extraneis intus defixis ad sermones eius, amplius et auocare eum a sollemni opere † quaerentes merito indignatus est non tam negauit quam abdicauit. atque adeo cum praemisiss et: quis mihi mater et qui mihi fratres? subiungens: nisi qui audiunt uerba mea et faciunt ea, transtulit sanguinis nomina in alios, quos magis proximos prae fide iudicaret. nemo autem transfert quid, nisi [ab eo] qui habet id, quod transfert. si ergo matrem et fratres eos fecit, qui non erant, quomodo negauit eos, qui erant? ceterum ex hoc magis matrem et fratres confitebatur, quod illos nolebat agnoscere, meritorum scilicet condicione, non ex proximorum negatione, in semet ipso docens qui patrem aut matrem aut fratres praeponeret uerbo dei non esse dignum discipulum. quod alios adoptabat, confirmabat quos ex offensa negauit, quibus non ut ueriores substituit, sed ut digniores. denique nihil magnum, si fidem sanguini praeposuit, quem non habebat.

11] cf. Luc. 8, 20. 12] cf. Marc. 3, 31. 13] cf. ib. 14] Matth. 12, 48; cf. Luc. 8, 21. 22] cf. Matth. 10, 37; Luc. 14, 26.

1 quam earum personarum mentio, quas per<inde> potuit *fort.* 5 tunc *Iun:* nunc *MR* Iudaea *Lat:* iudaeam *MR* 6 consistit *scripsi:* constitit *MR*, constiterit *Eng* 7 at uere *Urs* 8 superest et *Pam* dispicere *M*, inspicere *R uulgo* 10 et *seclusi* 13 indignatus, eas non *Eng, ego malim deleri* quaerentes *et* est 14 abnegauit *N Pam* quis *MR*, qua *Pam N* 17 prae *M* (*cf. 444, 10*), pro *R uulgo* 18 ab eo *seclusi* 20 *uerba* ceterum ex hoc—agnoscere, *quae in MR paulo infra post* dignum discipulum *leguntur, huc transtuli* 22 *in F unius folii iactura perierunt uerba* in semetipso—inhumanitatem qui (488, 8) 24 quod<si> *fort.* 26 quem *MR*, quam *Iun*

20. Quis autem iste est, qui uentis et mari imperat? 'nimirum nouus dominator atque possessor elementorum subacti iam et exclusi creatoris.' non ita est. sed agnorant substantiae auctorem suum, quae famulis quoque eius obaudire consuei uerant. inspice Exodum, Marcion aspice mari rubro, uastior super omnia stagna Iudaeae, uirgam Moysi imperantem, ut funditus proscissum et pari utrimque stupore discriminis fixum sicco populum pede intestino itinere transmitteret, rursusque sub eiusdem uirgae nutu redeunte natura Aegyptium exercitum undarum concordia obrueret, in quod opus et austri seruierunt. lege et † sorte familiae dirimendae in transitu eius Iordanis machaeram fuisse, cuius impetum atque decursum plane et Iesus docuerat prophetis transmeantibus stare. 'quid ad haec'? si tuus Christus est, non erit potentior famulis creatoris. sed his solis exemplis usus essem, si non etiam praedicatio marinae istius expeditionis Christum antecessisset. nam cum transfretat, psalmus expungitur: d o m i n u s, inquit, s u p e r a q u a s m u l t a s; cum undas freti discutit, Abacuc adimpletur: d i s p a r g e n s, inquit, a q u a s i t i n e r e; cum ad minas eius eliditur mare, Naum quoque absoluitur: c o m m i n a n s, inquit, m a r i e t a r e f a c i e n s i l l u d, utique cum uentis, quibus inquietabatur. unde uis meum uindicem Christum? de exemplis an de prophetis creatoris? Age nunc, qui militarem et armatum

1] cf. Luc. 8, 22—25. 6] cf. Exod. 14, 16. 21. 7] cf. Exod. 14, 22. 8] cf. Exod. 14, 27. 10] cf. Exod. 14, 21. 11] cf. IIII Reg. 2, 14. 12] cf. Ios. 3, 15—17. 17] Ps. 28, 3. 18] Hab. 3, 10. 20] Na. 1, 4. 23] cf. Luc. 8, 26—39. cf. Es. 8, 4.

1 uentis *MR*[1], et uentis *FR*[3] *uulgo* 5 exhodum *M* 6 iudeae *M* 7 utrumque *M* 11 et sorte *MR,* extorri *Oehlerus* (*quod ego non intellego*)*: aperte corrupta sunt haec uerba; mentionem facere uidetur auctor eorum, quae IIII Reg. 2, 14 sqq. narrantur, unde uelim restitui:* lege et, s o d e s, p a l l i u m E l i a e, *Eng. sic restitui uult:* lege et p e l l e m o u i l l a m E l i a e dirimendae <undae> *Eng, quod ego probo* transitu *R,* transitum *M* Iordani *Iun* 18 discutit *R,* discutet *M* adimpletur *R,* adimpletus *M* dispergens *R* 21 inquiebatur *M* 23 militarem *et* armatum *nescio an praedicatiua intellegenda sint*

bellatorem praedicari putas, non figurate nec allegorice, qui bellum spiritale aduersus spiritales hostes spiritali militia et spiritalibus armis spiritaliter debellaturus esset, cum inuenis in uno homine multitudinem daemonum legionem se professam, utique spiritalem, disce et Christum expugnatorem spiritalium hostium, spiritaliter armatum et spiritaliter bellicosum intellegendum, atque ita ipsum esse, qui cum legione quoque daemonum erat dimicaturus, ut et de hoc bello psalmus possit uideri pronuntiasse: dominus ualidus, dominus potens in bello. nam cum ultimo hoste, morte, proeliaturus per tropaeum crucis triumphauit. cuius autem dei filium Iesum 'legio' testatus est? sine dubio cuius tormenta et abyssum nouerant et timebant. nec enim uidentur posse ignorasse adhuc quod noui et ignoti dei uirtus operaretur in terri, quia uerisimile non est creatorem ignorasse. si enim alium supra se deum ignorauerat aliquando, tamen iam infra caelum suum agentem utique compererat. quod autem dominus comperisset, iam et uniuersae familiae innotuisse ** in eodem mundo et intra eundem ambitum caeli, quo peregrina diuinitas, conuersaretur. in quantum ergo et creator scisset eam et substantiae eius, si fuisset, in tantum nulla fuit, quia non alium daemones sciebant quam dei sui Christum. non enim depeterent, ab alio quod meminissent petendum sibi, a creatore, ueniam scilicet abyssi creatoris. denique impetrauerunt. quo merito? quia mentiti erant, quia saeui dei filium eum fecerant? et qualis erit qui mentitos iuuabat, qui infamantes sustinebat? sed enim quia mentiti non erant, quia deum abyssi et suum cognouerant,

4] cf. Luc. 8, 30. 9] Ps. 23, 8. 10] cf. I Cor. 15, 26. 12] cf. Luc. 8, 31. 23] cf. ib. 24] cf. Luc. 8, 32—33.

1 ⟨proprie⟩ praedicari *fort.* praedicare *M* 8 ut et *R*, et ut *M* 10 praeliaturus *M*, proeliatus *R* tropheum *MR*[1] 12 testatus *MR*[1] (legio = ὁ λεγεών), testata *R*[3] *uulgo* 13 uidentur *R*[3], uidebant *MR*[1] 15 supra se *R*[3], superesse *MR*[1] 18 innotuisse *MF*, innotuisset *R uulgo* *lacunam signaui:* debuisset, ut quae *intercidisse puto* 21 nulla fuit, quia *scripsi:* quia nulla fuit *MR* 22 enim *om. M* depeterent (= *deprecarentur*), ab alio *scripsi:* depetunt ab alio *MR*, peterent ab alio *Urs* 23 sibi a creatore *uulgo* 27 cognouerant *R*[3], cognouerunt *MR*[1]

ita eum se et ipse confirmauit, quem adcognouerunt daemones, Iesum, iudicis et ultoris dei filium. Ecce aliquid et de illis pusillitatibus et infirmitatibus creatoris in Christo — ignorantiam enim et ego adscribere ei uolo; permittite mihi aduersus haereticum —: tangitur a femina, quae sanguine fluitabat, et nesciuit a qua. quis me, inquit, tetigit? etiam excusantibus discipulis perseuerat in ignorantiae uoce: tetigit me aliquis, idque de argumento adfirmat: sensi enim uirtutem ex me profectam. quid dicit haereticus? sciebatne personam? et cur quasi ignorans loquebatur? ut confessionem certe prouocaret, ut timorem ⟨re⟩probaret. sic et Adam aliquando quaesierat ⟨creator⟩ quasi ignorans: Adam ubi es? habes et creatorem cum Christo excusatum et Christum creatori adaequatum. 'sed et hoc, qua aduersarius legis, ut, quia lex a contactu sanguinantis feminae summouet, idcirco gestierit non tantum contactum eius admittere, sed etiam sanitatem donare'. o deum non natura beneficum, sed aemulatione! at enim, si fidem mulieris inuenimus ita meruisse, cum dixit: fides tua te saluam fecit, quis es, ut aemulationem legis interpreteris in isto facto, quod ipse dominus ex fidei remuneratione editum ostendit? sed hanc uis mulieris fidem constituere, qua contempserat legem. et cui credibile, ut mulier nullius adhuc ⟨noui⟩ dei conscia, nullius adhuc nouae legis initiata, legem inrumperet eam, cui adhuc tenebatur? qua denique fide inrupit? in quem deum credens? cui spernens creatorem? certe enim ex fide tetigit. si ex fide creatoris, quae alium deum ignorabat, quomodo legem eius inrupit? tam enim inrupit, si inrupit.

5] cf. Luc. 8, 43—48. 6] Luc. 8, 45. 7—9] Luc. 8, 46. 12] Gen. 3, 9. 15] cf. Leu. 15, 19—24. 18] Luc. 8, 48.

1 *confirmauit *M* adcognouerunt *M*, cognouerunt *R* 2 iudicis *scripsi:* iudicem *MR* 3 *parenthesin indicauit Eng* 11 reprobaret *scripsi:* probaret *MR* 12 creator *addidi* (*cf. l. 3 et 13*) 14 qua *Eng:* qui *MR*, quia *Leopoldus* 15 sanguinantis feminae *M*, feminae sanguinantis *R* 16 sanitatem *R*, sanitate *M* (e *in ras.*), sanitate ⟨eam⟩ *fort.* 23 noui *addidi*, *Eng mauult supra supplere:* nullius ⟨alius⟩ (*cf. l. 26*) 25 cui (= *wem zu Liebe*) spernens creatorem *M*, quem spernens? creatorem *R uulgo* 27 quomodo *scripsi:* et quomodo *MR*, ecquomodo *Oehlerus* tam *R*, tamen *M*

quam ex fide creatoris. quomodo autem utrumque conueniet, ut et inruperit et ex fide eam inruperit, propter quam inrupisse non debuit? dicam. fides haec fuit primo, qua deum suum confidebat misericordiam malle quam ipsum sacrificium, qua eum deum certa erat operari in Christo. qua si eum tetigit, non ut hominem sanctum nec ut prophetam, quem contaminabilem pro humana substantia sciret, sed ut ipsum deum, quem nulla spurcitia pollui posse praesumpserat. itaque non temere interpretata est sibi legem, ea contaminari significantem, quae essent contaminabilia, non deum, quem in Christo confidebat. sed et illud recogitauit, ordinarium et sollemnem menstrui uel partualis sanguinis fluxum in lege taxari, qui ueniat ex officio naturae, non ex uitio ualitudinis; ille autem ex uitio ualitudinis redundabat, cui non modum temporis, sed diuinae misericordiae auxilium necessarium sciebat. atque ita potest uideri legem non inrupisse, sed distinxisse. haec erit fides, quae contulerat etiam intellectum: n i s i c r e d i d e r i t i s, inquit, n o n i n t e l l e g e t i s. hanc fidem probans Christus eius feminae, quae solum credebat creatorem, eius fidei se deum respondit, quam probauit. nec illud omittam, quod, dum tangitur uestimentum eius, utique corpori, non phantasmati inditum, corpus quoque demonstrabatur; non quasi iam de hoc retractemus, sed quia ad praesentem conspirat quaestionem. si enim non erat ueritas corporis, phantasma utique contaminari, qua res uacua, non posset. qui ergo non potest contaminari prae inanitate substantiae, quomodo uoluisset ut aemulus legis? mentiebatur, qui non uere polluebatur.

21. Dimittit discipulos ad praedicandum dei regnum. num-

4] cf. Os. 6, 6; Prou. 21, 3. 11] cf. Leu. 12, 4—6. 17] Es. 7, 9. 20] cf. Luc. 8, 44. 28] cf. Luc. 9, 1—6.

1 autem *scripsi:* enim *MR* 5 certa *R*, certe *M* Christo. qua si *scripsi:* Christo, quasi *M*, Christo, qua sic *R* 6 non ut hominem sanctum *scil:* tetigit 11 sollempne *M* 13 ille (*scil.* sanguinis fluxus) *scripsi:* illa *MR* 15 uideri *om. R*[1] 17 inlectum *M* (tel *in mg. add. m. 1*) 18 intellegitis *M* 20 probaui *M* (t *s. u. add. m. 1*) omittam *R*, omittat *M*, omittatur *fort.* 26 uoluisset? ut *uulgo* legis mentiebatur *uulgo*

quid uel hic editit, cuius? prohibet eos uictui aut uestitui quid in uiam ferre. quis hoc mandasset, nisi qui et coruos alit et flores agri uestit, qui boui quoque terenti libertatem oris ad ueniam pabuli ex opere summouendi ante praecepit, quia dignus operarius mercede sua? haec Marcion deleat, dum sensui salua sint. at cum iubet puluerem excutere de pedibus in eos, a quibus excepti non fuissent, et hoc in testimonium mandat fieri. nemo testatur quod non iudicio destinatur: inhumanitatem qui in testationem redigi iubet iudicem comminatur. nullum deum nouum a Christo probatum illa etiam opinio omnium declarauit, qua Christum Iesum alii Iohannem alii Heliam alii unum aliquem ex ueteribus prophetis Herodi adseuerabant. ex quibus quicumque fuisset, non utique hoc esset suscitatus, ut alium deum post resurrectiouem praedicaret. Pascit populum in solitudine, de pristino scilicet more. aut si non eadem est maiestas, ergo iam minor est creatore, qui non uno die, sed annis quadraginta, nec de inferioribus materiis panis et piscis, sed de manna caelesti, nec quinque circiter, sed sexcenta milia hominum protelauit. adeo autem ea⟨dem⟩ fuit maiestas, ut et pabuli exiguitatem non tantum sufficere, uerum etiam exuberare de pristino uoluerit exemplo. sic enim et in tempore famis sub Helia uiduae Sareptensis modica et suprema alimenta ex prophetae benedictione per totum famis tempus redundauerant. habes tertiam Basiliarum. si et quartam reuoluas, inuenies totum hunc ordinem Christi circa illum dei hominem, qui oblatos sibi decem ordiacios

1] cf. Luc. 9, 3. 2] cf. Ps. 146, 9; Hiob 38, 41. 3] cf. Luc. 12, 27. cf. Deut. 25, 4. 5] cf. Luc. 10, 7. 6] cf. Luc. 9, 5. 7] cf. ib. 11] cf. Luc. 9, 7—9. 15] cf. Luc. 9, 10—17. 17] cf. Exod. 16, 35. 18] cf. Exod. 12, 37. 20] cf. Exod. 9, 17. 22] cf. III Reg. 17, 7—16. 26] cf. IIII Reg. 4, 42—45.

4 summouendi *MR*, sumendi *Urs* 9 *a uerbis* in testationem *pergit F* 10 prolatum *fort.* 11 qua *Eng:* quia *MR* 13 hoc (= *propterea*) *MF*, ⟨ob⟩ hoc *R uulgo* esset *scripsi:* est *MR* 16 est (*priore loco*) *scripsi:* et *MR* 20 eadem *scripsi* (*cf. l. 16*)*:* ea *MR* 22 sareptensis *M*, Sareptensi *R uulgo* 23 supprema *M* 25 reuoluas *Urs:* resoluas *MR reliqui* Christi *R*[3], Christum *MR*[1] 26 ordiacios *M*, hordeaceos *R*

panes cum populo distribui iussisset et minister eius proinde comparata multitudine et pabuli mediocritate respondisset: quid ergo? hoc dem in⟨con⟩spectu centum[milibus]hominum? da inquit, et manducabunt, quoniam haec dicit dominus: manducabunt et relinquent reliquias secundum dictum domini. o Chritum et in nouis ueterem! Haec itaque qui uiderat Petrus et cum pristinis compararat et non tantum retro facta sed et in futurum iam tunc prophetantia recognouerat, interroganti domino, quisnam illis uideretur, cum pro omnibus responderet: tu es Christus, non potest non eum sensisse Christum, [nisi] quem nouerat in scripturis. quem iam recensebat in factis. hoc et ipse confirmat usque adhuc patiens, immo et silentium indicens. si enim Petrus quidem non poterat alium eum confiteri quam creatoris, ille autem praecepit, ne cui hoc dicerent, utique id noluit prouulgari, quod Petrus senserat. 'immo', inquis, 'quia non recte senserat, noluit mendacium disseminari'. sed aliam silentii causam edixit, quia oporteret filium hominis multa pati et reprobari a presbyteris et scribis et sacerdotibus et interfici et post tertium diem resurgere. qua cum praedicata sunt et ipsa in Christum creatoris, sicut suis locis implebimus, sic quoque ipsum se ostendit esse, in quem praedicabantur. certe et si non essent praedicata, eam causam indicti silentii protulit, quae non Petri errorem demonstraret: obeundarum passionum necessitatem. Qui uoluerit, inquit, animam suam saluam facere perdet illam, et qui perdiderit eam propter me saluam faciet eam. certe filius hominis hanc sententiam emisit. perspice igitur et tu cum rege Babylonio fornacem

1] cf. IIII Reg. 4, 43; Luc. 9, 13. 2] IIII Reg. 4, 43. 6] cf. Luc. 9, 18—22. 9] cf. Luc. 9, 20. 10] Marc. 8, 29. cf. Matth. 16, 16. Luc. 9, 20. 13] cf. Luc. 9, 21. 15] cf. Luc. 9, 21. 17] cf. Luc. 9, 22. 25] Luc. 9, 24. 28] cf. Dan. 3, 92.

3 ergo *MR*[1], ego *R*[3] *uulgo* dem *R*[3], idem *MR*[1] in conspectu *Rig:* inspectu *M*, inspectum *R* milibus *secl. Pam* 4 haec *M,* hoc *R* 7 qui *R*[3], quae *MR*[1] 11 nisi *seclusit Lat: receperunt reliqui* 15 dicerent *R*, diceret *M* 20 sunt *M*, sint *R uulgo* 24 ⟨sed⟩ obeundarum *R*[3]

eius ardentem et inuenies illic tamquam filium hominis — nondum enim uere erat, nondum scilicet natus ex homine — iam tunc istos exitus constituentem. saluas facit animas trium fratrum, qui eas pro deo perdere conspirauerant, Chaldaeorum uero perdidit, quas illi per idolatriam saluas facere maluerant. quae est ista noua doctrina, cuius uetera documenta sunt? quamquam et praedicationes martyriorum tam futurorum quam a deo mercedem relaturorum decucurrerunt: uide, inquit Esaias, quomodo periit iustus, et nemo excipit corde, et uiri iusti auferuntur, et nemo considerat. quando magis hoc fit quam in persecutione? *** sanctorum eius, utique non simplex, nec de naturae lege communis, sed illa insignis et pro fide militaris, in qua qui animam suam propter deum perdit seruat illam. ut et hic tamen iudicem adcognoscas, qui malum animae lucrum perditione eius et bonum animae detrimentum salute eius remuneraturus sit, et zeloten deum mihi exhibet, malum malo reddentem: qui confusus, inquit, mei fuerit, et ego confundar eius, *** quando nec confusionis materia conueniat nisi meo Christo, cuius ordo magis pudendus, ut etiam haereticorum conuiciis pateat, omnem natuitatis et educationis foeditatem et ipsius etiam carnis indignitatem, quanta amaritudine possunt, perorantibus. ceterum quomodo ille erit obnoxius confusionis, qui eam non capit? non uulua, licet uirginis tamen feminae, ** coagulatus, et si

8] Es. 57, 1. 11] Ps. 115, 6. 15] cf. Luc. 9, 24. 17] Luc. 9, 26.

3 facit (a *s.* e *m. 1*) *M* 4 caldaeorum *M* 5 perdit *fort.* 8 relatororum *M* (*corr. m. 1*) 9 periit *M*, perit *R uulgo* 11 *lacunam signaui:* <sed et honorabilis, inquit Dauid, mors> *supplendum puto* (*cf. quae sequuntur et supra l. 8:* quam a deo mercedem relaturorum) 12 sed *R*, et *MF* 14 illam, ut *uulgo* adcognoscas *M*, cognoscas *R uulgo* 16 salute *R*, salutis *MF* remuneraturus sit et *Eng:* remuneraturus. sed et MR^1, remuneratur. sed et R^3 *uulgo* 18 mei *Rig:* me *MR* *lacunam signaui:* <sic quoque meus Christus> *supplendum puto* 24 *lacunam signaui:* prolatus, non (*siue* iaculatus, non *Eng* [*cf. Euagrius Alt. Sim. et Theoph. p. 8, 11 ed. Bratke:* iaculatus uuluae intaminatae]) *intercidisse uidetur* coagulatus R^3, coagulatum MR^1

non ex semine, tamen lege substantiae corporalis ex sanguine et humore, non caro habitus ante formam, non pecus dictus post figuram, non decem mensium cruciatu deliberatus, non subita dolorum concussione cum tanti temporis caeno per corporis cloacam effusus ad terram, nec statim lucem lacrimis auspicatus ex primo retinaculi sui uulnere, nec multum ablutus, nec sale ac melle medicatus, nec pannis iam sepulturae inuolucrum initiatus, nec exinde per inmunditias inter sinus uolutatus, molestus uberibus, diu infans, uix puer, tarde homo, sed de caelo expositus, semel grandis, semel totus, statim Christus, spiritus et uirtus et deus tantum; ceterum, ⟨ut⟩ non uerus, qui non uidebatur, ita nec de crucis maledicto erubescendus, cuius carebat ueritate carens corpore. non poterat itaque dixisse: qui mei confusus fuerit. noster hoc debuit pronuntiasse, minoratus a patre modico citra angelos, uermis et non homo, ignominia hominis et nullificamen populi, quatenus ita uoluit, ut liuore eius sanaremur, ut dedecore eius salus nostra constaret. et merito se pro suo homine deposuit, pro imagine et similitudine sua, non aliena, [tunc] ut, quoniam homo ⟨non⟩ erubuerat lapidem et lignum adorans, eadem constantia non confusus de Christo pro impudentia idolatriae satis deo faceret per impudentiam fidei. quid horum Christo tuo competit, Marcion, ad meritum confusionis? plane pudere te debet, quod illum ipse finxisti.

22. Iam et hoc uel maxime erubescere debuisti, quod illum cum Moyse et Helia in secessu montis conspici pateris quorum destructor aduenerat. hoc scilicet intellegi uoluit uox illa de caelo: hic est filius meus dilectus, hunc audite, id est non Moysen iam et Heliam. ergo sufficiebat uox sola sine ostentatione Moysei et Heliae. definiendo enim, quem audirent,

11] cf. Gal. 3, 13. 13] Luc. 9, 26. 14] Ps. 8, 6. 15] Ps. 21, 7. 16] cf. Es. 53, 5. 18] cf. Gen. 1, 26. 19] cf. Ez. 20, 32. 24] cf. Luc. 9, 28—36. 27] Luc. 9, 35.

1 ex semine, tamen *scripsi:* semine, tamen ex *MR* sanguine et *scripsi* (*cf. de carne Christi 4:* humoris et sanguinis foeda coagula): semine et *MR*[1], feminae *R*[3] *uulgo* (*probat Eng*) 3 delibratus *Lat* 6 ex *scripsi:* et *MR* ac *MF*, et *R* 8 molestius *M* 9 tarde *M*, tardus *R* 11 ut *add. R*[3], *om. MR*[1] 17 liquore *M* 19 tunc *secl. R*[3] non *add. R*[3], *om. MR*[1] 24 iam *scripsi:* nam *MR*

quoscumque alios uetuisset audiri. aut numquid Esaiam et Hieremiam ceterosque, quos non ostendit, permisit audiri, si uetuit quos ostendit? nunc et si praesentia illorum fuit necessaria, non utique in conloquio ostenderentur, quod familiaritati- indicium est, nec in consortio claritatis, quod dignationis et gratiae exemplum est, sed in sordibus aliquibus, quod destructionis argumentum est, immo in tenebris creatoris, quibus discutiendis erat missus, longe etiam discreti a claritate Christi, qui uoces et litteras ipsas eorum ab euangelio suo erat separaturus. sicin alienos demonstrat illos, dum secum habet? sic relinquendos decet quos sibi iungit? sic destruit quos de radiis suis exstruit? quid faceret Christus ipsorum? credo, secundum peruersitatem tales eos reuelasset, quales Christus Marcionis debuisset, aut quoscumque alios secum ⟨ostendisset⟩ quam prophetas suos. sed quid tam Christi creatoris quam secum ostendere praedicatores suos? cum illis uideri, quibus in reuelationibus erat uisus? cum illis loqui, qui eum fuerant locuti? cum eis gloriam suam communicare, a quibus dominus gloriae nuncupabatur? cum principalibus suis, quorum alter populi informator aliquando alter reformator quandoque, alter initiator ueteris testamenti alter consummator noui. igitur et Petrus, meritum contubernium Christi sui agnoscens, ⟨in⟩ indiuiduitatem eius suggerit consilium: b o n u m e s t h i c n o s e s s e, — bonum plane, ubi Moyses scilicet et Helias — e t f a c i a m u s h i c t r i a t a b e r n a c u l a, u n u m t i b i e t M o y s i u n u m e t H e l i a e u n u m. 'sed n e s c i e n s, q u i d d i c e r e t.' quomodo nesciens? utrumne simplici errore an ratione, qua defendimus in causa nouae prophetiae gratiae exstasin, id est amentiam, conuenire?

4] cf. Luc. 9, 30. 5] cf. Luc. 9, 31. 20] cf. Mal. 4, 5—6. 23] Luc. 9, 33. 26] cf. ib.

1 isaiam *M* 2 ieremiam *M* 6 sed et *R* 10 sicin *scripsi:* sic in *MR*, siccin *ed. Mign.* habet. sic *uulgo* 11 iunget *M* iungit. sic *uulgo* 12 exstruit. quid *uulgo* 14 ostendisset *addidi* (*cf. l. 16*) 15 Christi *scripsi:* Christus *MR* 22 meritum *MR*, merito *Pam* ⟨in⟩ indiuiduitatem *scripsi:* indiuiduitate *MR*, indiuiduitati *Eng* 23 hic nos *M*, nos hic *R uulgo* 27 errore *M in ras.* qua *Iun:* quam *MR* causae *M*

in spiritu enim homo constitutus, praesertim cum gloriam dei conspicit uel cum per ipsum deus loquitur, necesse est excidat sensu, obumbratus scilicet uirtute diuina. de quo cum inter nos et psychicos quaestio est, interim facile est amentiam Petri probare. quomodo enim Moysen et Heliam cognouisset, [nisi in spiritu?] — nec enim imagines eorum uel statuas populus habuit nec similitudines, lege prohibente — nisi quia in spiritu uiderat? et ita quod dixit, scilicet in spiritu non in sensu constitutus, scire non poterat. ceterum, si sic nesciit quasi errans, eo quod putaret illorum esse Christum, ergo iam constat et supra Petrum interrogatum a Christo, quem se existimarent, ut de creatoris dixisse: tu es Christus, quia, si tunc alterius dei illum cognouisset, hic quoque non errasset. quodsi ideo et hic errauit quia et supra, ergo certus es in illum diem quoque nullam nouam diuinitatem a Christo reuelatam et usque adhuc non errasse Petrum, Christo usque adhuc nihil eiusmodi reuelante, et tamdiu non alterius deputandum Christum quam creatoris, cuius omnem et hic ordinem expressit. tres de discentibus arbitros futurae uisionis et uocis adsumit. et hoc creatoris est: in tribus, inquit, testibus stabit omne uerbum. in montem secedit. agnosco formam loci. nam et pristinum populum apud montem et uisione et uoce sua creator initiarat. oportebat in eo suggestu consignari nouum testamentum, in quo conscriptum uetus fuerat, sub eodem etiam ambitu nubis, quem nemo dubitabit de aëre creatoris conglobatum, — nisi ⟨si⟩ et nubes suas ille deduxerat — quia et

7] cf. Exod. 20, 4. 12] Marc. 8, 29. cf. Matth. 16, 16. Luc. 9, 20. 18] cf. Luc. 9, 28. 20] Deut. 19, 15. 22] cf. Exod. 19, 16—20. 25 cf. Exod. 19, 16. Luc. 9, 34.

1 spiritu *Pam:* spiritum *MR* 3 diuina. de quo cum inter *scripsi:* diuina de quo cum inter *M*, diuina, de quo inter *R uulgo*, diuina. de quo, (*scil. agemus*) cum inter *Eng* 6 nisi in spiritu *seclusi* (*cf. l. 7*) 7 habuit nec *Eng:* habuisset *MR* 8 quod dixit, scilicet *scripsi:* quod dixisset *MR,* quid dixisset *Eng* 9 nesciit *scripsi:* nescit *MR* 12 quia si R^3, quasi MR^1 19 arbitros *R*, arbitror *MF* 25 quem *MF*, quam *R* dubitabit *Oehlerus:* dubitauit *MR* conglobatum *Eng:* conglobatā *M* (ā *ex* ū *m. 1*) *R* 26 *parenthesin indicaui:* conglobatam. nisi *uulgo* si *addidi* ille *Eng:* illo *MR*

ipse per caelum creatoris uiam ruperat. aut proinde et nubilo creatoris precario usus est? itaque nec nunc muta nubes fuit, sed uox solita de caelo et patris nouum testimonium super filio, ad quem in secundo psalmo: filius meus es tu, ego hodie genui te, de quo et per Esaiam: quis deum metuens? audiat uocem filii eius. itaque iam repraesentans eum — hic est filius meus — utique subaudit: quem repromisi. si enim repromisit aliquando et postea dicit: hic est, eius est exhibentis uoce uti in demonstratione promissi, qui aliquando promisit, non eius, cui possit responderi: 'ipse enim tu quis es qui dicas: hic est filius meus, de quo non magis praemisisti quam te ipsum, quod prius eras, reuelasti'? hunc igitur audite! quem? ⟨nisi quem⟩ ab initio edixerat audiendum in nomine prophetae quoniam et prophetes existimari habebat a populo: prophetam, inquit Moyses, suscitabit uobis deus ex filiis uestris, secundum carnalem scilicet censum, tamquam me audietis illum. omnis autem qui illum non audierit, exterminabitur anima eius de populo suo. sic et Esaias: quis in uobis metuens ⟨deum?⟩ exaudiat uocem filii eius, quam et ipse pater commendaturus erat: sistens enim, inquit, uerba filii sui, dicendo scilicet: hic est filius meus dilectus, hunc audite. itaque et si facta translatio sit auditionis a Moyse et Helia in Christum, sed non ut ab alio deo nec ad alium Christum, sed a creatore in Christum eius, secundum decessionem ueteris et successionem noui testamenti: non legatus, inquit Esaias, nec nuntius, sed ipse deus sal-

4] Ps. 2, 7. 5] Es. 50, 10. 7] Luc. 9, 35. 11] ib. 13] ib. 15] Deut. 18, 15. Act. 3, 22. 17] Act. 3, 23. cf. Deut. 18, 19. 19] Es. 50, 10. 21] Es. 44, 26. 26] Es. 63, 9.

2 usus est. itaque *uulgo* 4 ad quem *scripsi:* atque *MR*, ut qui *Oehlerus*, aeque *Iun* in secundo *Pam:* in primo *MR* 7 subaudit *scripsi:* subauditur *MR* 8 repromisit *R*[1] 9 promissi *R*[3], promisit *MR*[1] 12 eras *Urs:* erat *MR* 13 nisi quem *addidi* 17 sensum *Gel* 20 deum *addidi* fili *M* (i *s. u. a m. 1*) 24 Christum *Urs:* Christo *MR reliqui* aliquo *M* 26 decensionem *M* 27 deus *MR*, dominus *Pam*

uos eos faciet, ipse iam praedicans et implens legem et prophetas. traditit igitur pater filio discipulos nouos, ostensis prius cum illo Moyse et Helia in claritatis praerogatiua atque ita dimissis, quasi iam et officio et honore dispunctis, ut hoc ipsum confirmaretur propter Marcionem, societatem esse etiam claritatis Christi cum Moyse et Helia. totum autem habitum uisionis istius habemus etiam apud Abacuc, ubi spiritus ex persona interdum apostolorum: domine, audiui auditum tuum et extimui — quem magis quam uocis caelestis illius: hic est filius meus dilectus, hunc audite? — consideraui operam tuam ⟨et⟩ excidi mente — quando magis quam cum uisa claritate eius nesciit quid diceret Petrus? — in medio duorum animalium cognosceris, Moysi et Heliae, de quibus et Zacharias uidit in figura duarum olearum et duorum ramulorum oleae. nam hi sunt, de quibus dictum est illi: duo filii opimitatis adsistunt domino uniuersae terrae. et rursus idem Abacuc: operuit caelos uirtus, utique nubilo illo, et splendor eius ut lux erit, utique qua etiam uestitus eius refulsit. et si commemoremur promissionis Moysi, hic inuenietur expuncta. cum enim desiderasset conspectum domini Moyses dicens: si ergo inueni gratiam coram te, manifesta mihi te, ut cognoscenter uideam te, eum conspectum desiderans, in quo hominem esset acturus, quod propheta sciebat, — ceterum dei faciem, iam audierat, nemo homo uidebit et uiuet — et hunc, inquit, sermonem, quem dixisti, faciam tibi. et rursus Moyses: ostende mihi

1] cf. Matth. 5, 17. 8—13] Hab. 3, 1—2. 10] Luc. 9, 35. 14] cf. Zach. 4, 3. 16] Zach. 4, 14. 17] Hab. 3, 3—4. 21] Exod. 33, 13. 24] Exod. 33, 20. 25] Exod. 33, 17. 26] Exod. 33, 18.

1 faciet *MR*, fecit *Pam* 9 quem *R*³, quam *MR*¹ uocis *R*, uoces *MF* 11 operam tuam *MR*, opera tua *Pam* ⟨et⟩ excidi *Rig:* excidi *R*, excedi *M* 17 rursus *M*, rursum *R uulgo* 21 ergo *om. R*¹ 22 mihi te *MF*, te mihi *R uulgo* 24 *parenthesin indicaui:* sciebat. ceterum *uulgo* ⟨de⟩ dei facie *Oehlerus* faciem iam *uulgo* 25 uidebit *M*, uidebit me *R reliqui praeter Rig* inquit *scil. deus*

gloriam tuam. et dominus similiter de futuro: ego praecedam gloria mea, et reliqua. et in nouissimo: et tunc uidebis posteriora mea, non lumbos nec suras, sed quam desiderauerat gloriam in posterioribus temporibus reuelandam, in qua facie ad faciem uisibilem se ei repromiserat, etiam ad Aaronem dicens: et si fuerit prophetes in uobis, in uisione cognoscar illi et in uisione loquar ad eum, non quomodo ad Moysen; os ad os loquar ad eum, in specie — utique hominis, quam erat gestaturus — non in aenigmate. nam et si Marcion noluit eum conloquentem domino ostensum, sed stantem, tamen et stans os ad os stabat et faciem ad faciem, — cum illo, inquit, non 'extra illum' — in gloria ipsius, nedum in conspectu. de qua gloria non aliter inlustratus discessit a Christo quam solebat a creatore, proinde tunc oculos percutiens filiorum Israhelis, quemadmodum et nunc excaecati Marcionis, qui hoc quoque argumentum aduersus se facere non uidit.

23. Suscipio in me personam Israhelis. stet Christus Marcionis et exclamet: o genitura incredula, quousque ero apud uos? quousque sustinebo uos? statim a me audire debebit: 'quisquis es, o oeconome, prius ede, qui sis et a quo uenias et quod in nobis tibi ius? usque adhuc creatoris est totum apud te. plane, si ab illo uenis et illi agis, admittimus increpationem. si uero ab alio, dicas uelim: quid nobis umquam de tuo commisisti, quod credere debuissemus, ut exprobres incredulitatem qui nec te ipsum aliquando nobis reuelasti? quam olim apud nos agere coepisti, ut tempus que-

1] Exod. 33, 19. 2] Exod. 33, 23. 6] Num. 12, 6—8. 10] cf. Luc. 9. 30—31. 12] Luc. 9, 32. 14—15] cf. Exod. 34, 29—30. 19] Luc. 9, 41.

2 gloria mea (τῇ δόξῃ μου) *MF*, <in> gloria *R uulgo* 5 repromittit *Pam* 6 aronem *M* 7 uisionem *R*[1] loquar *R*, loquor *M* 8 ad eum *om.* *R*[1] 9 utique *R*[3], itaque *MR*[1] 12 *parenthesin indicauit Eng* 13 gloria *scripsi:* gloriam *MR* conspectum *Pam* 15 percutiens *Urs:* percutere *MR* 20 quousque sustinebo uos *om.* *R*[1] 21 o oeconome *scripsi* (*cf. Luc. 12, 24*): o ęchonome *M*, eperchomene *F*, o ἐπερχόμενε *R uulgo* qui *M*, quis *R uulgo* 23 apud te *om.* *R*[1] 26 exprobes *M*

raris? in quibus nos sustinuisti, ut patientiam imputes? asinus de Aesopi puteo modo uenis et iam exclamas'. [suscipio adhuc et personam discipulorum, in quos insiliit: o natio incredula, quamdiu ero uobiscum, quamdiu uos sustinebo? hanc eruptionem eius utique hoc modo iustissime repercuterem: quisquis es, o oeconome, prius ede, qui sis, a quo uenias, quod tibi ius sit in nobis? usque adhuc, puto, creatoris es, et ideo secuti sumus, recognoscentes omnia illius in te. quodsi ab illo uenis, admittimus increpationem. si uero alii agis, oro te, dicas: quid nobis aliquando ⟨commisisti,⟩ dumtaxat de tuo, quod iam credidisse debuissemus, ut exprobres incredulitatem, qui nec auctorem tuum usque adhuc edis? quam olim autem apud nos agere coepisti, ut tempus quoque opponas? in quibus autem nos sustinuisti, ut et patientiam iactes? asinus de Aesopi puteo modo huc apparuit et iam exclamat.] quis non ita iniustitiam increpationis retudisset, si eius eum credidisset, qui nondum queri debuisset? nisi quod nec ille eos insilisset, si non olim apud illos in lege, in prophetis, in uirtutibus et beneficiis deuersatus incredulos semper fuisset expertus. Sed 'ecce Christus diligit paruulos, tales docens esse debere qui semper maiores uelint esse, creator autem ursos pueris inmisit, ulciscens Heliseum propheten conuicia ab eis passum'. satis impudens antithesis, cum tam diuersa committit, paruulos et pueros, innocentem adhuc aetatem et iudicii iam capacem, quae conuiciari poterat, ne dicam blasphemare. qua ergo iustus deus, nec pueris impiis parsit, exigens maiori aetati honorem,

3] [Luc. 9, 41.]   19] cf. Luc. 9, 46—48.   21] cf. IIII Reg. 2, 23—24.

1 patientiam *Eng* (*uide infra l. 14*): paenitentiam *MR*   ut imputes (*scil. tibi*) = *daß du dir zum Verdienst anrechnest*   2 suscipio—exclamat (*l. 15*) *seclusi: sunt interpolatoris, qui secundum euangelium Marci 9, 19:* ὁ δὲ ἀποκριθεὶς αὐτοῖς λέγει *increpationem illam non in Israhelem sed in discipulos factam putauit*   5 iustissime *R*[3], iusticiae *MR*[1], iustitia (= *iure*) *fort.* 6 o oeconome *scripsi:* oechomene *M*, eperchomene *F*, ἐπερχόμενε *R uulgo*   10 commisisti *add. Gel* (*cf. 496, 25*)   11 exprobes *M*   12 auctorem *R*[3], auditorem *MR*[1]   15 non ita *R*[3], nouit *MR*[1]   16 e a m *susp. Eng*   credisset *M* (di *s. u. a m. 2*)   18 in (*alt.*) *om. R*[1]   20 docens esse *M*, esse docens *R*   25 blasphemare *R*[3], blasphemari *MR*[1]   qua *MR*[1], quia *R*[3]   26 parsit *scripsi:* psit *M*, pepercit *R uulgo*

et utique magis a minore; qua uero bonus, adeo diligit paruulos, ut apud Aegyptum benefecerit obstetricibus protegentibus partus Hebraeos periclitantes edicto Pharaonis. ita et haec adfectio Christi cum creatoris est. iam nunc deus Marcionis, qui conubium aduersatur, quomodo uideri potest paruulorum dilector, quorum tota causa conubium est? qui semen odit, fructum quoque exsecretur necesse est. ne ille saeuior habendus Aegyptio rege. nam Pharao educari non sinebat infantes, iste nec nasci, auferens uitam illis etiam decem mensium in utero. at enim quanto credibilius, ut eius deputetur adfectio in paruulos, qui benedicendo conubium in propagationem generis humani ipsum quoque fructum conubii benedicendum promisit, qui de infantia primus! 'Repraesentat creator ignium plagam Helia postulante in illo pseudopropheta'. agnosco iudicis seueritatem, e contrario Christi ⟨lenitatem increpantis⟩ eandem animaduersionem destinantes discipulos super illum uiculum Samaritarum: agnoscat et haereticus ab eodem seuerissimo iudice promitti hanc Christi lenitatem: non contendet, inquit, nec ⟨clamabit nec⟩ uox eius in platea audietur: harundinem quassatam non comminuet et linum fumigans non extinguet. talis utique multo magis homines non erat crematurus. nam et tunc ad Heliam: non in igni, inquit, dominus, sed in spiritu miti. At enim humanissimus dominus cur recusat eum, qui se tam indiuiduum

2] cf. Exod. 1, 20. cf. Exod. 1, 17. 3] cf. Exod. 1, 15—16. 11] cf. Gen. 1, 28. 13] cf. IIII Reg. 1, 10. 15] cf. Luc. 9, 51—56. 18] Matth. 12, 19—20. Es. 42, 2. 22] III Reg. 19, 12. 23] cf. Luc. 9, 57—58

4 creatoris *Eng:* creator *MR*¹, creatore *R*³ 5 aduersatur *M*, auersatur *R* 6 diloctor *M* (e *s.* o *a m. 1*) 7 ne *scripsi:* nec *MR*¹, nae *R*³ *uulgo* 8 ḍesinebat *M* (*corr. m. 1*) 10 ut$\overset{e}{\text{ọ}}$ro *M* (*corr. m. 1*) 12 benedicendum (*per Christum uidelicet*) *scripsi:* benedicendo *MR* 13 pr$\overset{m}{\text{i}}$us *M* (m *s. u. add. m. 1*), primus est *R*, primus ⟨est status⟩ *Eng* (*qui probat* benedicendo) qui de infantia primus = *qui incipit ab infantia, ut uidetur* 15 seueritatem. e contrario *uulgo* lenitatem, increpantis *add. Pam:* ⟨in⟩ eandem *Oehlerus* (*non recipiens quod suppleuit Pam*) 16 destinantes *Pam:* destinantis *MR* 19 clamabit nec *addidi* (*cf. p. 3, 14 et adu. Iud. cap. 9*) in platea *M* (*in ras.*) 24 dominus *scripsi:* deus *MR* se *om. M*

illi comitem offert? si quia superbe uel ex hypocrisi dixerat: sequar te quocumque ieris, ergo aut superbiam aut hypocrisin recusandam iudicando iudicem gessit. et utique damnauit quem recusauit, non consecuturum scilicet salutem. nam sicut ad salutem uocat quem non recusat uel etiam quem ultro uocat, ita in perditionem damnat quem recusat. illi autem causato patris sepulturam cum respondet: sine mortui sepeliant mortuos suos, tu autem uade et adnuntia regnum dei, utramque legem creatoris manifeste confirmauit: et de sacerdotio in Leuitico, prohibentem sacerdotes supremis etiam parentum interesse — super omnem, inquit, animam defunctam sacerdos non introibit, et super patrem suum ⟨et super matrem suam⟩ non contaminabitur —, et de deuotione in Arithmis; nam et illi, qui se deo uouerit, inter cetera iubet, ne super ullam animam introeat defunctam, ne super patris quidem aut matris aut fratris. puto autem, et deuotioni et sacerdotio destinabat quem praedicando regno dei imbuerat. aut si non ita est, satis impius pronuntiandus qui nulla ratione legis intercedente sepulturas parentum despici a filiis imperabat. cum uero et tertium illum prius suis ualedicere parantem prohibet retro respectare, sectam creatoris exequitur: hoc et ille noluerat fecisse quos ex Sodomis liberarat.

24. Adlegit et alios septuaginta apostolos super duodecim. quo enim duodecim secundum totidem fontes in Elim, si non et septuaginta secundum totidem arbusta palmarum? Antithesîs plurimum causarum diuersitas fecit, non potestatum. sed qui diuersitatem causarum non respexit, facile eam potestatum existimauit. 'profectionem filiorum Israhelis creator etiam illis spoliis aureorum et argenteorum uasculorum et uestium praeter

2] Luc. 9, 57. 7] cf. Luc. 9, 59. Luc. 9, 60. 11] Leu. 21, 11. 14] cf. Num. 6, 6—7. 20] cf. Luc. 9, 61—62. 22] cf. Gen. 19, 17. 23] cf. Luc. 10, 1. 24] cf. Exod. 15, 27. Num. 33, 9. 28—500, 1] cf. Exod. 12, 34—35.

4 consecuturum *M*, secuturum *R* 5 recusat *M* (a *ex* u *corr. m. 1*) 7 sepeliant *R*, sepeliam *M* 12 patrem *MR*, parentem *Rig* 13 et super matrem suam *addidi* (*cf. de monog. 7*) 14 illi *scripsi* (*cf. 246, 24. 25.*): illic *MR*, illic ⟨illi⟩ *Eng* 18 deo *M*

oneribus consparsionum offarcinatam educit ex Aegypto, Christus autem nec uirgam discipulis in uiam ferre praescripsit'. illi enim in solitudinem promouebantur, hi autem in ciuitates mittebantur. considera causarum offerentiam, et intelleges unam et eandem potestatem, quae secundum penuriam et copiam expeditionem suorum disposuit, proinde per ciuitates abundaturam circumcidens, sicut et egituram per solitudinem struxerat. etiam calciamenta portare uetuit illos. ipse enim erat, sub quo nec in solitudine per tot annos populus calciamenta detriuerat. neminem, inquit, in uia salutaueritis. o Christum destructorem prophetarum, a quibus hoc quoque accepit! Heliseus, cum Gezin puerum suum mitteret in uiam ad filium Sunamitidis resuscitandum de morte, puto, sic ei praecepit: accinge lumbos tuos et sume bacillum meum in manum et uade: quemcumque conueneris in uia, ne benedixeris eum, id est ne salutaueris, et qui te benedixerit, ne responderis ei, id est ne resalutaueris. quae est enim inter uias benedictio nisi ex occursu mutua salutatio? sic et domini istud: in quam introissent domum, pacem ei dicere⟨nt, de⟩ exemplo eodem est. mandauit enim et hoc Heliseus: cum introisset ad Sunamitin, diceret ei: pax uiro tuo, pax filio tuo. haec erunt nostrae potius antithesîs, quae comparant, non quae separant Christum. dignus autem operarius mercede sua quis magis pronuntiarit quam deus iudex? quia et hoc ipsum iudicare est, dignum facere mercede operarium. nulla retributio non ex iudicatione constitit. iam nunc et hic lex consignatur creatoris, etiam boues operantes dignos

2] cf. Matth. 10, 10. Luc. 10, 4. 3] cf. Luc. 10, 1. 8] cf. Luc. 10, 4. 10] Luc. 10, 4. 14] IIII Reg. 4, 29. 19] cf. Luc. 10, 5. 21] IIII Reg. 4, 26. 23] Luc. 10, 7.

1 eduxit *Pam* 2 uirgam *MR*, peram *Pam* 4 differentiam *fort.* (*cf. 499, 26*) 7 circumcidens *Lat:* circumiens *MR* 8 ⟨in⟩struxerat *fort.* 9 in uia *MR*, per uiam *Pam* 12 helisas *M* gezin MR^1, Giezin R^3 *uulgo* 15 cumueneris *M* (*corr. m. 1*) 18 occursū utua *M* 19 domini istud *scripsi:* dominus ut *MR*, dominus *Pam* 20 dicere⟨nt, de⟩ exemplo *Eng:* dicere. exemplo *MR* 21 sunamitin MR^3, Sunamiten R^1 22 tuo *om.* R^1 nostrae potius *M*, potius nostrae *R uulgo* 23 dignus *MR*, dignus est *N Pam* 26 retributio *R*, retribu*ione *M*, retributione *F*

operarios mercede iudicantis: boui, inquit, terenti os non colligabis. quis tam praestans in homines nisi qui et in pecudes? quodsi et Christus dignos mercede pronuntiat operarios, excusauit praeceptum illud creatoris de uasis aureis et argenteis Aegyptiorum auferendis. qui enim uillas et urbes operati fuerant Aegyptiis, digni utique operarii mercede, non ad fraudem sunt instincti, sed ad mercedis compensationem, quam alias a dominatoribus exigere non poterant. Regnum dei neque nouum neque inauditum sic quoque confirmauit, dum illud iubet adnuntiari adpropinquasse. quod enim longe fuerit aliquando, id potest dici adpropinquasse. si autem numquam retro fuisset, antequam adpropinquasset, nec dici potuisset adpropinquasse, quod numquam longe fuisset. omne quod nouum et incognitum est, subitum est. omne quod subitum est, cum adnuntiatur, tunc primum speciem inducens tunc primum accipit tempus. ceterum nec retro tardasse potuerit, quamdiu non adnuntiabatur, nec, ex quo adnuntiari coeperit, adpropinquasse. etiam adicit, ut eis, qui illos non recepissent, dicerent: scitote tamen adpropinquasse regnum dei. si hoc non et comminationis gratia mandat, uanissime mandat. quid enim ad illos, si adpropinquaret regnum, nisi quia cum iudicio adpropinquat? in salutem scilicet eorum, qui adnuntiationem eius recepissent, ***. quo modo, si comminatio non potest sine executione, habes deum executorem in comminatore et iudicem in utroque. sic et puluerem iubet excuti in illos, in testificationem eieratae etiam terrae eorum, nedum com-

1] Deut. 25, 4. 4] cf. Exod. 12, 34—35. 10] cf. Luc. 10, 9. 19] Luc. 10, 11. 25] cf. Luc. 10, 11.

3 mercede pronuntiat *M*, pronuntiat mercede *R uulgo* 6 fuerant *Rig:* fuerint *MR* 7 instincti *MR*, instructi *Urs* 10 fuerat *Oehlerus* 15 speciem *Pam:* spem *MR* 16 accipit *Rig:* accepit *MR* potuerit *Eng:* poterit *MR*, *ego olim rescribi uolui:* poterit <dici> 23 *lacunam signaui:* et in perditionem eorum, qui non recepissent *interciderunt* non potest *scil. esse, secundum usum auctoris: iniuria Oehlerus deleuit* non 25 utroque? sic *uulgo* 26 eieratae etiam *scripsi* (*cf. 438, 3*): ei; hęret etiam *M*, et haeret etiam *R*, et haerentia *Oehlerus* (*quod ego quidem non intellego*), ad horrentiam *Rmg*

municationis reliquae. si enim inhumanitas et inhospitalitas nullam ab eo relaturae sunt ultionem, cui rei praemittit testificationem, minas utique portendentem? porro cum etiam creator in Deuteronomio Ammonitas et Moabitas prohibeat recipi in ecclesiam, quod populum Aegypto profectum inhumane et inhospitaliter copiis defraudassent, ergo in Christum inde manasse constabit communicationis interdictum, ubi habet formam. qui uos spernet, me spernet. hoc et Moysi creator: non te contempserunt, sed me. tam enim apostolus Moyses quam et apostoli prophetae. aequanda erat auctoritas utriusque officii ab uno eodemque domino apostolorum et prophetarum. Quis nunc dabit potestatem calcandi super colubros et scorpios? utrumne omnium animalium dominus an nec unius lacertae deus? sed bene, quod creator hanc potestatem etiam paruulis pueris per Esaiam repromisit, conicere manum in cauernam aspidum et in cubile natorum aspidum nec omnino laedi. et utique scimus — salua simplicitate scripturae, nam nec et ipsae bestiae nocere poterunt, ubi fides fuerit — figurate scorpios et colubros portendi spiritalia malitiae, quorum ipse quoque princeps in serpentis et draconis et eminentissimae cuiusque bestiae nomine deputetur penes creatorem, largitum hanc potestatem priori Christo suo, sicut nonagesimus psalmus ad eum: super aspidem et basiliscum incedes et conculcabis leonem et draconem, sicut etiam Esaias: illa die superducet dominus deus machaeram sanctam, magnam et fortem, Christum scilicet suum, in draconem illum, colubrum magnum et tortuosum, et interficiet eum illa die. sed et cum idem: uia munda et uia sancta

4] cf. Deut. 23, 3. 8] Luc. 10, 16. 9] I Reg. 8, 7. 12] cf. Luc. 10, 19. 15] cf. Es. 11, 8—9. 23] Ps. 90, 13. 24] Es. 27, 1. 28] Es. 35, 8—9.

4 ammanitas *M* (a *alt. ex* o *a m. 1*) 6 defraudassent *R*, defraudasset *MF* 8 spernet *M* (*bis*), spernit *R uulgo* (*bis*) 10 erat *Eng:* erit *MR* 14 lacertae *om.* *R*^{1} 15 paruulis pueris *M*, paruulis puerulis *R*, puerulis *F* 17 scimus *R*, sciemus *MF*, sciamus *Eng* 18 poterunt *Eng:* potuerunt *MR* 20 immanissimae *Ciacconius*, imminentissimae *Eng* 28 sed et *M*, sed *R* idem ⟨dicit⟩ *susp. Eng*

uocabitur et non transibit illic inmundum nec erit illic uia inmunda; qui autem dispersi erunt uadent in ea et non errabunt, et non erit iam illic leo nec ex bestiis pessimis quicquam ascendet in eam nec inuenietur illic, cum 'uiam' fidem demonstret, per quam ad deum perueniemus, iam tunc eidem uiae, id est fidei, hanc euacuationem et subiectionem bestiarum pollicetur. denique et tempora promissionis congruere inuenias, si quae antecedunt legas: inualescite, manus dimissae et genua resoluta: tunc patefient oculi caecorum et aures exaudient surdorum; tunc saliet claudus ut ceruus et clara erit lingua mutorum. igitur ubi medicinarum edidit beneficia, tunc et scorpios et serpentes sanctis suis subdidit, ille scilicet, qui hanc potestatem, ut et aliis praestaret, prior acceperat a patre et secundum ordinem praedicationis exhibuit.

25. Quis dominus caeli inuocabitur, qui non prius factor ostenditur? gratias enim, inquit, ago et confiteor, domine caeli, quod ea, quae erant abscondita sapientibus et prudentibus, reuelaueris paruulis. quae ista? et cuius? et a quo abscondita? et a quo reuelata? si a deo Marcionis abscondita et reuelata, qui omnino nihil praemiserat, in quo aliquid absconditum esse potuisset, non prophetias, non parabolas, non uisiones, non ulla rerum aut uerborum aut nominum argumenta per allegorias et figuras uel aenigmatum nebulas obumbrata? sed 'ipsam magnitudinem sui absconderat, quam cum maxime per Christum reuelabat'. satis inique. quid enim deliquerant sapientes et prudentes, ut absconderetur illis deus, ad quem cognoscendum non suffecerat sapientia atque prudentia illorum, nulla uia data ab ipso per aliquam operum

9] Es. 35, 3. 5—6. 17] Luc. 10, 21.

5 uiam fidem *M*, uiam fides *R*, uia fidem *Rig*, uiam fidei *Iun* 6 euacuationem *MR*, erogationem *Lat* 19 reuelaueris *R*, reuelauerit *MF* 20 et a quo reuelata—abscondita *in M bis comparent* 21 qui = *quare?*, *Eng rescribendum censet:* si a deo Marcionis, abscondit et reuelauit qui omnino nihil praemiserat 25 obumbrata. sed *uulgo* (*Eng*) 27 deliquerant *R*, delinquerint *M* delinquerant *F* 29 illorum? nulla *uulgo*

praedicationem uel uestigia, per quae sapientes atque prudentes deducerentur? quamquam et si in aliquo deliquissent erga deum ignotum pone, nunc notum, non tamen zeloten eum experiri debuissent, qui dissimilis creatoris inducitur. igitur si nec materias praemiserat, in quibus aliquid occultasset, nec reos habuerat, a quibus occultasset, nec debuerat occultasse, etiam si habuisset, iam nec reuelator ipse erit, qui absconditor non fuit, — ita nec dominus caeli nec pater Christi — sed ille, in quem competunt omnia. nam et abscondit praemisso obscuritatis propheticae instrumento, cuius intellectum fides mereretur — nisi enim credideritis, non intellegetis — et reos habuit sapientes atque prudentes ex ipsis operibus tot ac tantis intellegibilem deum non requirentes uel perperam in illum philosophantes et ingenia haereticis sumministrantes, et nouissime zelotes est. denique olim hoc per Esaiam contionabatur, quod Christus gratulatur: perdam sapientiam sapientium et prudentiam prudentium celabo, sicut et alibi tam abscondisse ⟨se⟩ quam reuelaturum esse significat: et dabo illis thesauros absconditos, inuisibiles aperiam illis, et rursus: quis alius disiciet signa uentriloquorum et diuinationes ex corde, auertens in posteriora sapientes et cogitationes eorum infatuans? si autem et Christum suum inluminatorem nationum designauit: posui te in lucem nationum, quas interpretamur in nomine paruulorum, sensu scilicet retro paruulos et imprudentia infantes, iam uero et humilitate fidei pusillas, facilius utique credemus eundem etiam paruulis reuelasse per Christum, qui et retro absconderit et per Christum reuelationem repromiserit. aut si deus Marcionis ea, quae a

11] Es. 7, 9. 12] cf. Rom. 1, 20. 15] cf. Deut. 5, 24. 16] Es. 29, 14. 19] Es. 45, 3. 20] Es. 44, 25. 24] Es. 49, 6.

2 deducerentur, quamquam *uulgo* 3 ignotum pone (= *retro*), nunc *scripsi:* ignotum, pone nunc *MR*, ignotum, pone tunc *Rig* 6 reuelator *R*, reuelatur *MF* 7 absconditor *R*, absconditu *M*, absconditur *F* 11 intellegitis *M* 18 se *addidi* 20 dissiciet *M* 26 paruulos *scripsi:* paruos *MR*, paruas R^3, paruo *siue* pueros *Eng*

creatore abscondita retro fuerant, patefecit, ergo iam creatori negotium gessit, res eius edisserens. sed 'in destructionem,' inquis, 'uti traduceret eas.' ergo illis traduxisse debuerat, quibus creator abscondidit, sapientibus et prudentibus. si enim benignitate faciebat, illis erat adgnitio praestanda, quibus fuerat negata, non paruulis, quibus nihil creator inuiderat. et tamen usque adhuc, puto, probamus extructionem potius legis et prophetarum inueniri in Christo quam destructionem. Omnia sibi tradita dicit a patre. credas, si creatoris est Christus, cuius omnia, et quia non minori se tradidit omnia filio creator quae per eum condidit, per sermonem suum scilicet. ceterum si oeconomus ille, quae sunt 'omnia', quae illi a patre sunt tradita? quae sunt creatoris? ergo bona sunt quae pater filio tradidit, et bonus iam creator, cuius 'omnia' bona sunt, et ille iam non bonus, qui in aliena bona inuasit, ut filio traderet, docens alieno abstinere. certe mendicissimus qui nec filium unde ditaret habuit nisi de alieno. aut si nihil de creatoris traditum est ei a patre, [et] quomodo hominem creatoris sibi uindicat? aut si solus homo ei traditus est, 'omnia' homo non est. scriptura autem 'omnium' edicit traditionem filio factam. sed et si 'omnia' ad hominum genera, id est ad omnes nationes, interpretaberis, et has filio tradidisse creatoris est: dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam terminos terrae. aut si habebat et ipse aliqua sua 'omnia', quae filio traderet pariter cum homine creatoris, ostende unum aliquod ex 'omnibus' in fidem, in exemplum, ne tam merito non credam eius esse 'omnia', cuius nihil uideo, quam merito credam etiam quae non uideo eius esse, cuius sunt uniuersa, quae uideo.

8] cf. Luc. 10, 22. 22] Ps. 2, 8.

5 adgnitio *M*, agnitio *R* 10 et quia *MR*, qui *Gel reliqui* minori se R^3, minorum si MR^1 12 oeconomus *scripsi* (*cf. 496, 21. 497, 6*): eperchomenus MR^1, ἐπερχόμενος R^3 *uulgo* ille *scil. Christus dei Marcionis* 17 si *interpolatum putat Eng, seruans infra l. 18* et *ante* quomodo (*sed cf. supra l. 13:* quae sunt creatoris?) 18 quomodo *scripsi:* et quomodo *MR*, ecquomodo *Oehlerus* 24 omnia, quae *scripsi:* quae omnia *MR* habebat *scripsi:* habet *MR* 25 aliquod *Ciacconius:* aliquem *MR*

sed 'nemo scit, qui sit pater, nisi filius, et qui sit filius, nisi pater, [nemo enim scit patrem nisi filius et filium nisi pater] et cuicumque filius reuelauerit, atque ita Christus ignotum deum praedicauit'. hinc enim et alii haeretici fulciuntur, opponentes creatorem omnibus notum, et Israheli secundum familiaritatem et nationibus secundum naturam. et quomodo ipse testatur nec Israheli cognitum se — Israhel autem me non cognouit et populus me non intellexit — nec nationibus? ecce enim nec de nationibus, inquit, nemo. propter quod et illas stillicidium situlae deputauit et Sionem tamquam speculam in uinea derelictam. uide ergo, an confirmatio sit propheticae uocis exprobrantis ignorantiam in deum humanam, quae fuerit ad filium usque. nam et ideo subtexuit ab eo cognosci patrem, cui filius reuelauerit, quoniam ipse erat, qui positus a patre in lumen nationum adnuntiabatur, utique de deo inluminandarum, etiam Israhelis, utique per agnitionem dei pleniorem. ita non proficient argumenta in fidem dei alterius, quae creatori competere possunt, quia quae non competent creatori, haec poterunt in fidem proficere dei alterius. Si et sequentia inspicias: beati oculi, qui uident quae uidetis: dico enim uobis, quia prophetae non uiderunt quae uos uidetis, de superiore sensu descendunt adeo: neminem, ut decuit, deum cognouisse, quando nec prophetae uidissent quae sub Christo uidebantur. nam si non meus esset Christus, nec prophetarum hoc in loco mentionem conlocasset. quid enim mirum, si non uiderant res

1] Luc. 10, 22. 2] [Matth. 11, 27.] 6] cf. Rom. 1, 19—20. 8] Es. 1, 3. 9] Es. 55, 5 (?) 10] cf. Es. 40, 15. 11] cf. Es. 1, 8. 14] cf. Luc. 10, 22. 15] cf. Es. 49, 6. 20] Luc. 10, 23—24.

2 nemo enim scit patrem nisi filius et filium nisi pater *deleuit Gel* 7 naturam *Gel:* naturalem *MR*, naturalem ⟨agnitionem⟩ *fort.* 8 *parenthesin indicaui* 9 nationibus *MR*[3], nationis *F*, nationes *R*[1] 12 confirmatio *R*, conformatio *MF* uocis *M*, uocis et *R* 15 in lumen nationum (= εἰς φῶς ἐθνῶν *cf. 424, 2*) *scripsi:* inluminatio nationum *MR*, inluminationi nationum *Eng* 17 Israelis *R*, israhelem *MF* 19 non *om. M* competent *M*, competunt *R uulgo* 22 superiore *M*, superiori *R uulgo*

dei ignoti et tanto post aeuo reuelati, si non erant consecuti repraesentationem eorum, quae numquam praedicarant? quae autem fuisset felicitas eorum, qui tunc uidebant, [quae alii merito uidisse non poterant] nisi quoniam qui poterant uidisse qui⟨dem⟩ dei sui res, quas etiam praedicauerant, non tamen uiderant? haec enim felicitas erit illorum, quia uidebant quae alii tantum praedicauerant. denique ostendemus et iam ostendimus, ea uisa in Christo, quae fuerant praedicata, abscondita tamen et ab ipsis prophetis, ut absconderentur et a sapientibus atque prudentibus saeculi. In euangelio ueritatis legis doctor dominum adgressus: quid faciens, inquit, uitam aeternam consequar? in haeretico 'uita' solummodo posita est, sine 'aeternae' mentione, ut doctor de ea uita uideatur consuluisse, quae in lege promittitur a creatore longaeua, et dominus ideo illi secundum legem responsum dedisse: diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et totis uiribus tuis, quoniam de legis uita sciscitabatur. sed sciebat utique legis doctor, quo pacto uitam legalem consequi posset, ut non de ea interrogasset, cuius regulas etiam docebat. sed quia et mortui iam suscitabantur a Christo, et suscitatus ad spem aeternae uitae per exempla recidiuae ** ne plus aliquid obseruationis exigeret sublimior spes, idcirco

9] cf. Es. 29, 14. 11] Luc. 10, 25. 14] cf. Exod. 20, 12. 15] Luc. 10, 27. cf. Deut. 6, 5.

1 *uerba* si non—praedicarant, *quae in MR paulo infra post* merito uidisse non poterant *leguntur, huc transtuli* 3 *quid hic sibi uelint uerba* quae alii merito uidisse non poterant, *non uideo; substituta haec puto a sciolo quodam pro uerbis* quae numquam praedicarant, *in quibus iure offendit, postquam genuinus ordo uerborum erat turbatus* 4 qui = *ei, qui; olim uolui supplere:* quoniam ⟨erant⟩ qui 5 qui⟨dem⟩ *scripsi:* qui *MR*, aeque *Oehlerus* 6 enim *scripsi:* autem *MR* illorum *Eng:* aliorum *MR* quia *scripsi:* qui *MR* (*intellego autem: darin nämlich wird eben ihr Glück (ihr Vorzug) bestehen, daß sie etc.* 7 denique = *nam* 8 $\overset{\text{in}}{\text{a}}$ *M (corr. m. 1)* quae *R*, quam *MF* 10 atque *M*, et a *R uulgo*, et *F* 12 in *R*, ita *MF* haeretico *scil. euangelio* 14 longaeua *R*, longaeua aeterna *M* 15 dedisse *MR*^{3}, dedit *R*^{1} 17 legis uita *scripsi:* lege uitae *MR*, lege uitam *Eng* 20 et suscitatus *MF*, exsuscitatus *R uulgo* 21 *lacunam signaui:* et incertus *intercidisse puto* 22 aliquid obseruationis aliquid *M* spes *Lat:* spei *MR*, spe *Oehlerus*

consuluit de aeternae uitae consecutione. itaque dominus, ut nec ipse alius nec aliud nouum inferens praeceptum, quam quod principaliter ad omnem salutem et utramque uitam facit, ipsum caput ei legis opponit, omnifariam diligendi dominum deum suum. denique si de uita longaeua et ille consuluit et Christus respondit, quae sit penes creatorem, non de aeterna, quae sit penes Marcionis deum, quomodo consequetur aeternam? non utique eodem modo, quo et longaeuam. pro differentia enim mercedum operarum quoque credenda distantia est. ergo non ex dilectione dei sui consequentur uitam aeternam Marcionitae, sicut longaeuam dilector creatoris. sed quale est, ut non magis diligendus sit qui aeternam pollicetur, si diligendus est qui longaeuam repromittit? ergo eiusdem erit utraque uita, cum eadem est utrique uitae captandae disciplina, — quod creator docet, idem Christo opus est, diligi ut praestet, — interueniente et hic illa praescriptione, qua facilius apud eum debeant credi maiora, apud quem minora praecedunt, quam apud eum, cui nullam de maioribus fidem aliqua minora praeparauerunt. uiderit nunc, si 'aeternam' nostri addiderunt: hoc mihi satis est, quod Christus, ille aeternae, non longae⟨uae⟩ uitae inuitator, de longaeua consultus, quam destruebat, non ⟨ad⟩ aeternam potius exhortatus est hominem, quam inferebat. quid, oro te, fecisset Christus creatoris, si creatori diligendo aedificauerat hominem qui non erat creatoris? credo, negasset diligendum creatorem.

26. Cum in quodam loco orasset ad patrem illum superiorem, — satis impudentibus et temerariis oculis suspiciens ad caelum creatoris, a quo tam aspero et saeuo et grandine et

26] cf. Luc. 11, 1.

7 consequetur *scripsi:* consequitur *MR* 10 sui *scripsi:* tui *MR* consequentur *M*, consequetur *R uulgo* 11 Marcionitae *scripsi:* Marcionites *MR uulgo* 15 captandae *scripsi:* captanda *MR* *parenthesin indicauit Eng, sed nescio an haec omnino sint delenda* idem *scripsi:* id ē *M*, id et *R uulgo* 20 haec R^1 21 longae<uae> *scripsi:* longae *MR* 22 destruebat, non MFR^3, destruebat R^1 ad *add.* R^3, *om.* MR^1 23 si *scripsi:* si qui *MR* 24 qui non *scripsi:* non *MR*

fulmine potuisset elidi, sicut et ⟨ad⟩ Hierusalem suffigi ab eo potuit — adgressus eum ex discipulis quidam: domine, inquit, doce nos orare, sicut et Iohannes discipulos suos docuit, scilicet 'quia alium deum aliter existimaret orandum'. hoc qui praesumpserit, prius est, probet alium deum editum a Christo. nemo enim ante uoluisset orare nosse, quam didicisset quem oraret. igitur si didicerat, proba. si nusquam usque adhuc probas, scito illum in creatorem formam orationis postulasse, in quem etiam discipuli Iohannis orabant. sed quia et Iohannes nouum aliquem ordinem orationis induxerat, ideo hoc et a Christo discipulus eius expostulandum non inmerito praesumpserat, ut et illi de proprio magistri sui instituto non alium, sed aliter deum orarent. proinde nec Christus ante orationis notitiam discipulo contulisset quam dei ipsius. ita et ipse in eum docuit orationem, quem discipulus usque adhuc nouerat. denique sensus orationis, quem deum sapiant, recognosce. cui dicam 'pater'? ei, qui me omnino non fecit, a quo originem non traho, an ei, qui me faciundo et instruendo generauit? a quo spiritum sanctum postulem? a quo nec mundialis spiritus praestatur an a quo fiunt etiam angeli spiritus, cuius et in primordio spiritus super aquas ferebatur? eius regnum optabo uenire, quem numquam regem gloriae audiui, an in cuius manu etiam corda sunt regum? quis mihi dabit panem cottidianum? qui nec milium mihi condit an qui etiam de caelo panem angelorum cottidianum populo suo praestitit? quis mihi delicta dimittet? qui ea non iudicando non retinet an qui, si non dimiserit, retinebit, ut iudicet? quis non sinet nos deduci in temptationem? quem poterit temptator non timere an qui a primordio temptatorem angelum prae-

2] Luc. 11, 1. 17] cf. Luc. 11, 2. 19] cf. ib. 20] cf. I Cor. 2, 12. cf. Ps. 103, 4. 21] cf. Gen. 1, 2. 22] cf. Luc. 11, 2. 23] cf. Prou. 21, 1. cf. Luc. 11, 3. 25] cf. Sap. 16, 20. 26] cf. Luc. 11, 4. 27] cf. ib. 29] cf. Gen. 3, 14.

1 ad *addidi* iherusalem *M* suffigi R^3, suffugi MR^1 3 et *om.* R^3 5 praesumpserit *Urs:* praesumpserat *MR uulgo* 8 probas<ti> *fort.* 11 postulandum *N Pam* 20 angeli *R*, angelis *MF* 22 obtabo *M* 23 mihi dabit *M*, dabit mihi *R uulgo* 27 ut iudicet *R*, et iudicet *MF*

damnauit? hoc ordine qui alii deo supplicat et non creatori, non orat illum, sed infamat. proinde a quo petam, ut accipiam? apud quem quaeram, ut inueniam? ad quem pulsabo, ut aperiatur mihi? quis habet petenti dare, nisi cuius omnia, cuius sum etiam ipse, qui peto? quid autem perdidi apud deum illum, ut apud eum quaeram et inueniam? si sapientiam atque prudentiam, has creator abscondidit. apud eum ergo quaeram. si salutem et uitam, et has apud creatorem. nihil alibi quaeretur, ut inueniatur, quam ubi latuit, ut appareat. sic nec aliorsum pulsabo, quam unde sum fugatus. denique si accipere et inuenire et admitti laboris et instantiae fructus est illi, qui petiit et quaesiuit et pulsauit, intellege haec a creatore mandari et repromitti. ille enim deus optimus, ultro ueniens ad praestandum non suo homini, nullum illi laborem nec instantiam indixisset. iam enim non optimus, si non ultro daret ⟨non⟩ petenti et inuenire praestaret non quaerenti et aperiret non pulsanti. creator autem potuit indicere ista per Christum, ut, quia delinquendo homo offenderat deum suum, labore et instantia petendi acciperet et quaerendi inueniret et pulsandi introiret. Sic et praemissa similitudo nocturnum panis petitorem amicum facit, non alienum, et ad amicum pulsantem, non ad ignotum. amicus autem, etiam si offendit, magis creatoris est homo quam dei Marcionis. itaque ad eum pulsat, ad quem ius illi erat, cuius ianuam norat, quem habere panes sciebat, cubantem iam cum infantibus, quos nasci uoluerat. etiam quod sero pulsatur, creatoris est: tempus illius et serum, cuius saeculum et saeculi occasus;

2—4] cf. Luc. 11, 9. 4] cf. Luc. 11, 10. 6] cf. Es. 29, 14. Hiob 17, 4. 20] cf. Luc. 11, 5—8. 25] cf. Luc. 11, 7. 26] cf. Luc. 11, 5.

5 sūṇṭ *M* (*corr. m. 1*) 9 appareat *R*, apparuit *MF* 10 fugatus R^3, functus MR^1 11 si R^3, sic MR^1 12 petiit R^3, petit MR^1 14 *praestare alicui* = προστατεῖν τινος, *sicut 357, 27 praestantia* = προστασία praestandū *M* (ū *ex* a) suo R^3, sui MR^1 15 indixisset R^3, induxisset MR^1 16 non *add.* R^3, *om.* MR^1 19 labore *Eng:* laboraret *MR* 21 amicum R^3, amici MR^1 26 est tempus. illius *uulgo*

ad deum autem nouum nemo sero pulsasset tantum quod lucescentem. creatoris est et ianua, qui olim nationibus cluserat quae olim ⟨non⟩ pulsabatur. o deus iste! exsurgit et dat, etsi iam non quasi amico, non tamen quasi extraneo homini. 'sed quasi molesto,' inquit. molestum autem tam cito deus recens neminem pati potuit. Agnosce igitur et patrem, quem etiam appellas, creatorem. ipse est, qui scit, quid filii postulent. nam et panem petentibus de caelo dedit manna et carnem desiderantibus emisit ortygometram, non serpentem pro pisce nec scorpium pro ouo. illius autem erit non dare malum pro bono, cuius utrumque sit. ceterum deus Marcionis, non habens scorpium, non poterat id se dicere non daturum, quod non habebat, sed ille qui, habens et scorpium, non dat. ita et spiritum sanctum is dabit, apud quem est et non sanctus. Cum surdum daemonium expulisset, ut et in ista specie curationis Esaiae occurrisset, in Belzebule dictus eicere daemonia: si ego, inquit, in Belzebule eicio daemonia, filii uestri in quo eiciunt? hac uoce quid magis portendit quam in eo se eicere, in quo et filii eorum, in uirtute scilicet creatoris? nam si putas sic accipiendum: si ego in Belzebule, filii uestri in quo? quasi illos suggillaret in Belzebule eicientes, resistet tibi prior sensus, non posse satanan diuidi aduersus semetipsum. adeo nec illi in Belzebule eiciebant, sed, ut diximus, in uirtute creatoris, quam ut intellegi faceret, subiungit: quodsi ego in digito dei expello daemonia, ergone adpropinquauit in uos regnum dei? apud Pharaonem

6] cf. Luc. 11, 11—13. 9] cf. Exod. 16, 31. Num. 11, 31—32. cf. Luc. 11, 11. 10] cf. Luc. 11, 12. 13] cf. Luc. 11, 13. 15] cf. Luc. 11, 14—20. 16] cf. Es. 29, 18. 17] Luc. 11, 19. 20] ib. 22] cf. Luc. 11, 18. 25] Luc. 11, 20.

1 tantum quod = *kaum daß, eben erst cf. 511,1; 520,6* 2 lucescentem R^3, lucescentum *M* (u *s.* e *a m. 1*) R^1 creatoris est et ianua, qui *scripsi:* creator est, qui et ianuam *MR* cluserat *Urs:* cluserit *MF*, clauserit *R reliqui* 3 non *addidi* o deus iste MR^1, Iudaeis, is et R^3 *uulgo*, a Iudaeis *Eng* 4 et si iam *R*, et suam *M* homini, sed *uulgo* 7 appellas creatorem *uulgo* 9 pisce *R*, spice *M* 13 ita *MF*, itaque *R uulgo* 16 Beelzebub *Oehlerus* (*ubique*) 19 se eicere *M*, eicere se *R uulgo* 26 adpropinquauit MFR^3, adpropinquabit R^1

enim uenefici illi, adhibiti aduersus Moysen, uirtutem creatoris digitum dei appellauerunt, — digitus dei est hoc — quod significaret etiam modicum ualidissimum tamen. hoc et Christus ostendens, commemorator, non obliterator uetustatum, scilicet suarum, uirtutem dei digitum dei dixit, non alterius intellegendam quam eius, apud quem hoc erat appellata. ergo et regnum ipsius adpropinquauerat, cuius et uirtus digitus uocabatur. Merito igitur adplicuit ad parabolam fortis illius armati, quem ualidior alius oppressit, principem daemoniorum, quem Belzebulem et satanan supra dixerat, significans digito dei oppressum, non creatorem ab alio deo subactum. ceterum quomodo adhuc staret regnum eius in suis terminis et legibus et officiis, quem, licet integro mundo, uel sic potuisset uideri superasse ualidior ille deus Marcionis, si non secundum legem eius etiam Marcionitae morerentur in terram defluendo, saepe et a scorpio docti non esse superatum creatorem? 'Exclamat mulier de turba beatum uterum, qui illum portasset, et ubera, quae illum educassent, et dominus: immo beati qui sermonem dei audiunt et faciunt'. quidni? et retro sic reiecerat matrem, ut et fratres, dum auditores et obsecutores dei praefert; nam nec hic mater adsistebat illi. adeo nec retro negauerat natum, cum, id rursus habiturus, proinde felicitatem ab utero et uberibus matris suae transtulit in discipulos, a qua non transtulisset, si eam non haberet.

27. Alibi malo purgare quae reprehendunt Marcionitae in

2] Exod. 8, 19. 8] cf. Luc. 11, 21—22. 15] cf. Gen. 3, 19; 3, 14. 16] cf. Luc. 11, 27. 18] Luc. 11, 28. 19] cf. Luc. 8, 21; Matth. 12. 48—50.

2 *parenthesin indicaui:* appellauerunt. digitus dei est hoc, quod significaret *uulgo* 5 intellegendam *MR*, intellegendum *Gel reliqui praeter Iun* 8 adplicuit = *er wendete sich zu . ., nisi malueris supplere:* ad <haec> parabolam 10 belzebulem *MF*, Beelzebub *Oehlerus* digito *M* (o *ex* u *a m. 1*) 16 exclamabat *Rig* 19 quidni? *scripsi:* quia *MR* 20 ut et *scripsi:* aut *MR* 22 natum. cum id *uulgo* natum = *nascentiam* habiturus (*scil.* negare: *da er, wo er das zum zweiten Male hätte tun müssen, . . .*) *MR*[1], audiit rursus *R*[3] *uulgo* 23 transtulit *R*[3], et transtulit *MR*[1]

creatore. hic enim sufficit, si et in Christo repperiuntur. ecce inaequalis et ipse, inconstans leuis aliud docens aliud faciens: iubet omni petenti dare, et ipse signum petentibus non dat; tanto aeuo lucem suam ab hominibus abscondit, et negat lucernam abstrudendam, sed confirmat super candelabrum proponendam, ut omnibus luceat; uetat remaledicere, multo magis utique maledicere, et 'uae' ingerit Pharisaeis et doctoribus legis. quis ⟨is⟩ est tam similis dei mei Christus nisi ipsius? Saepe iam fiximus nullo modo potuisse illum destructorem legis denotari, si alium deum prouulgasset. ideo et tunc Pharisaeus, qui illum uocarat ad prandium, retractabat penes se, cur non prius tinctus esset quam recubuisset secundum legem qui deum legis circumferret. Iesus autem etiam interpretatus est ei legem, dicens illos calicis et catini exteriora emundare, interiora autem ipsorum plena esse rapina et iniquitate, ut significaret uasculorum munditias hominum esse intellegendas apud deum; ⟨et⟩ quia et Pharisaeus de homine, non de calice inloto apud se tractauerat, ideo exteriora, inquit, calicis lauatis, id est carnem, interiora autem uestra non emundastis, id est animam, adiciens: nonne qui exteriora fecit, id est carnem, et interiora fecit, id est animam? quo dicto aperte demonstrauit ad eundem deum pertinere munditias hominis exterioris et interioris, cuius uterque sit, praeponentis misericordiam non modo lauacro hominis sed etiam sacrificio. subiungit enim: date quae habetis elemosynam, et omnia munda erunt uobis. quodsi et alius potest deus misericordiam mandasse, non tamen ante quam cognitus. porro et hic

3] cf. Luc. 6, 30. cf. Luc. 11, 29. 5] cf. Luc. 11, 33. 6] cf. Luc. 6, 28. 7] cf. Luc. 11, 42. 46. 10—18] cf. Luc. 11, 37—41. 18] Luc. 11, 39. 20] Luc. 11, 40. 23] cf. Os. 6, 6. Prou. 21, 3. 25] Luc. 11, 41.

1 et *Eng:* ea *MR* repperiuntur *M*, reperiuntur *R uulgo* 5 abstrudendam *scripsi:* abstruendam *MR* *pro* sed *malim:* immo et 7 maledicere *R*, benedicere *M* 8 is *addidi* 9 fiximus *Lat:* finximus *MR* 10 prouulgasset *MR*[1], promulgasset *R*[3] *uulgo* 11 uocaret *Rig* 17 et *addidi* 18 inlạto *M* (*in mg.* o *a m. 1*) tractauerat. ideo *uulgo* 19 emundastis *M* (s *s. u. a m. 1*) *F*, emundatis *R uulgo* 21 quo dicto *R*[3], quod digito *MR*[1] 25 eleemosynam *R uulgo* 26 et (*s. u. a m. 1*) *M*

apparet illos non de deo increpitos, sed de eius disciplina, a quo illis et figurate uasculorum munditiae et manifeste misericordiarum opera imperabantur. Sic et holuscula decimantes, uocationem autem et dilectionem dei praetereuntes obiurgat. cuius dei uocationem et dilectionem, nisi cuius et rutam et mentam ex forma legis ex decimis offerebant? totum enim exprobrationis hoc erat, quod modica curabant, ei utique, cui maiora non exhibebant, dicenti: diliges dominum deum tuum ex toto corde ⟨tuo⟩ et ex tota anima tua et ex totis uiribus tuis, qui te uocauit ex Aegypto. ceterum nec tempus admisisset, ut Christus tam praecocam, immo tam acerbam adhuc dilectionem expostularet nouo et recenti deo, ne dixerim nondum palam facto. Primatum quoque captantes locorum et honorem salutationum cum incusat, sectam creatoris administrat, eiusmodi principes Sodomorum archontas appellantis, prohibentis etiam confidere in praepositos, immo et in totum miserrimum hominem pronuntiantis, qui spem habet in homine. quodsi propterea quis adfectat principatum, ut de officiis aliorum glorietur, qui officia uetuit eiusmodi ⟨interdictione⟩ sperandi et confidendi in hominem, idem et adfectatores principatuum increpuit. Inuehitur et in doctores ipsos legis, quod onerarent alios importabilibus oneribus, quae ipsi ne digito quidem adgredi auderent, non legis onera suggillans quasi detestator eius. quomodo enim detestator, qui cum maxime potiora legis praetereuntes incusabat, elemosynam et uoca-

3] cf. Luc. 11, 42. 8] Deut. 6, 5. 12. 13] cf. Luc. 11, 43. 15] cf. Es. 1, 10. 16] cf. Ps. 117, 9. 17] cf. Hier. 17, 5. 21] cf. Luc. 11, 46.

5 rutaṃ et mentam *M* 6 ex decimis *M*, et decimis *R*[1], de decimis *R*[3] *uulgo* offerebant *R*[3], offerebat *MR*[1], offerebatur *F* 9 tuo *add. Pam* 11 praecocam *M*, praecoquam *R uulgo* 12 aceruam *M* nouo *R*[3], nouam *MR*[1] 16 appellantis *MR*[3], appellantes *F*, appellans *R*[1] prohibentis *R*[3], prohibentes *MF*, prohibens *R*[1] 19 qui *MR*, quia *Oehlerus* interdictione *addidi* (*cf. adu. Marc. V, 19:* interdictio quorundam edulium): *Eng* sperandi et intellegendi *gen. epexeg. intellegit uerborum* officia eiusmodi 21 increpạit *M*, increpauit *fort.* 24 detestatur *M* 25 eleemosynam *R uulgo* uacationem *M*

tionem et dilectionem dei, ne haec quidem grauia, nedum decimas rutarum et munditias catinorum? ceterum excusandos potius censuisset, si importabilia portare non possent. sed quae onera taxat? quae ipsi de suo exaggerabant, docentes doctrinas praecepta hominum commodorum suorum causa, iungentes domum ad domum, ut quae proximi sunt auferrent, calcantes populum, amantes munera, sectantes retributionem, diripientes iudicata pauperum, uti esset illis uidua in rapinam et pupillus in praedam. de quibus idem Esaias: uae qui ualent in Israhele, et rursus: qui uos postulant dominantur uestri. qui magis quam doctores legis? hi si et Christo displicebant, ut sui displicebant. alienae enim legis doctores non omnino pulsasset. Cur autem 'uae' audiunt etiam, quod aedificarent prophetis monimenta interemptis a patribus eorum, laude potius digni, qui ex isto opere pietatis testabantur se non consentire factis patrum, si non erat zelotes, qualem arguunt Marcionitae, delicta patrum de filiis exigentem usque in quartam natiuitatem? Quam uero clauem habebant legis doctores nisi interpretationem legis? ad cuius intellectum neque ipsi adibant, non credentes scilicet, — nisi enim credideritis, non intellegetis — neque alios admittebant, uti qui docebant praecepta potius et doctrinas hominum. qui ergo nec ipsos introeuntes nec aliis aditum praestantes increpabat, obtrectator habendus est legis an fautor? si obtrectator, placere debebant ei praeclusores legis, si fautor, iam non et aemulus legis. sed 'haec omnia ad infuscandum creatorem

1] cf. I Ioh. 5, 3. 4] Matth. 15, 9. cf. Es. 29, 13. 6] cf. Es. 5, 8. 7] cf. Es. 3, 15. 8] cf. Es. 10, 2. 9] Am. 6, 1. 10] Es. 3, 12. 13] cf. Luc. 11, 47—51. 17] cf. Exod. 20, 5. 18] cf. Luc. 11, 52. 20] Es. 7, 9. 22] cf. Col. 2, 22 et Es. 29, 13.

5 doctrinas praecepta *scripsi:* praecepta doctrinas *MR* 6 auferrent *R*[3], auferent *MR*[1] 7 calcantes *scripsi* (*alludit auctor ad Es. 3, 15:* quare atteritis [= תְּדַכְּאוּ *id est* deculcatis] populum meum): clamantes *MR* 10 israhele *MR*, Hierusalem *Pam* 11 doctores legis *M*, legis doctores *R* *uulgo* hi si *R*, hii si *F*, in si *M* 22 uti qui *scripsi:* utique *MR*, utique ⟨qui⟩ *Eng* docebant *MR*[1], docentes *R*[3] *uulgo* 23 increpabat *M* (p *ex* b *a m. 1*) 25 ei *scripsi:* et *MR* non est *mauult Eng*

ingerebat, ut saeuum, erga quem delinquentes 'uae' habituri essent.' et quis saeuum non potius timeret prouocare deficiendo ab eo? tanto magis ergo demerendum docebat quem timendum ingerebat. sic oportebat Christum creatoris.

28. Merito itaque non placet illi hypocrisis Pharisaeorum, labiis scilicet amantium deum, non corde. cauete, inquit discipulis, a fermento Pharisaeorum, quod est hypocrisis, non praedicatio creatoris. odit contumaces patris filius, non uult suos tales existere in illum, — non in alium — in quem hypocrisis fuit et admissa, cuius exemplum a discipulis caueretur. ita Pharisaeorum ⟨cum⟩ prohibet exemplum, in eum prohibebat illud admitti, in quem admittebant Pharisaei. igitur quoniam hypocrisin eorum taxarat, utique celantem occulta cordis et incredulitatis secreta superficialibus officiis obumbrantem, quae clauem agnitionis habens nec [in] ipsa introiret nec alios sineret, ideo adicit: nihil autem opertum, quod non patefiet, et nihil absconditum, quod non dinoscetur, ne quis existimet illum dei ignoti retro et occulti reuelationem et adagnitionem intentare, cum subiciat etiam, quae intra se mussitarent uel inter se tractarent — scilicet super ipso dicentes: hic non expellit daemonia nisi in Belzebule — in apertum processura et in ore hominum futura, ex euangelii promulgatione. Deinde conuersus ad discipulos: dico autem, inquit, uobis amicis: nolite terreri ab eis, qui uos solummodo occidere possunt nec post hoc ullam in uobis habent potestatem; — sed his erit Esaias praedicens: uide, quo-

6] cf. Es. 29, 13. Luc. 12, 1. 15] cf. Luc. 11, 52. 16] Luc. 12, 2. 19—23] cf. Luc. 12, 3. 20] Matth. 12, 24. 23] Luc. 12, 4. 26] Es. 57, 1.

2 quis *R*, quia *MF* deficiendo *R*, despiciendo *MF*, desciscendo *fort.* 5 placet *M*, placebat *R uulgo* 10 fuit et *scripsi:* fuisset *MR* cuius *scil. hypocriseos* 11 cum *addidi* prohibet *MF*, perhibet *R* exemplum. in *uulgo* 14 superficialibus R^3, superficii talibus MR^1 15 ipsa *Iun:* in ipsa *MR* 17 dinoscetur *R*, dinosceretur *MF* 19 intemptare *M* intra *Eng:* inter *MR* musitarent *M* 20 inter se tractarent *M*, tractarent *R uulgo* 21 Belzebule *R*, belzebulem *M*, Beelzebub *Oehlerus* 22 ex MGR^3, et R^1 23 deinde *M*, dehinc *R uulgo* 24 amicis meis *N Pam* 26 *parenthesin indicaui* his *M*, hiis *R*, iis *Gel reliqui*

modo iustus aufertur, et nemo aduertit — demonstrabo autem uobis quem timeatis: timete eum, qui postquam occiderit potestatem habet mittendi in gehennam — creatorem utique significans —; itaque dico uobis: hunc timete. et hoc in loco sufficeret mihi sic: quem timeri iubet offendi uetat, et quem offendi uetat demereri iubet, et qui haec mandat ipsius est, cui timendo et non offendendo et demerendo procurat. sed habeo et de sequentibus sumere: dico enim uobis: omnis qui confitebitur ⟨in⟩ me coram hominibus, confitebor in illo coram deo, — qui confitebuntur autem in Christo coram hominibus occidi habebunt, nihil utique amplius passuri post occisionem ab illis. hi ergo erunt, quos supra praemonet, ne timeant tantummodo occidi, ideo praemittens non timendam occisionem, ut subiungeret sustinendam confessionem — et omnis, qui negauit me coram hominibus, denegabitur coram deo, ab eo utique, qui illum confitentem confessurus fuisset. si enim confessorem confitebitur, ipse est, qui et negatorem negabit. porro si confessor est, cui nihil timendum est post occisionem, negator erit, cui timendum est etiam post mortem. itaque cum creatoris sit quod timendum est post mortem, gehennae scilicet poena, et negator ergo creatoris est. si autem negator, et confessor, qui post occisionem nihil ab homine passurus est, a deo plane passurus, si negaret. atque ita Christus creatoris est qui ostendit negatores suos creatoris gehennam timere debere. Post deterritam itaque negationem sequitur et blasphemiae formidandae admonitio: qui dixerit in filium hominis, remittetur illi, qui autem dixerit in spiritum sanctum, non remittetur ei. quodsi iam et remissio et

1] Luc. 12, 5. 9] Luc. 12, 8. 13] cf. Luc. 12, 4. 15] Luc. 12, 9. 27] Luc. 12, 10.

4 significans *om.* R^1 5 mihi sic: quem *scripsi:* mihi, si quem *MR* 7 cui *R*, cuius *MF* 9 ⟨in⟩ me R^3, me MR^1 coram hominibus, occidi habebunt *scripsi:* occidi habebunt coram hominibus *MR* 10 *parenthesin indicaui* 12 hi *R*, hic *M* 15 substruendam *Pam* 27 dixerint *M* 28 qui autem *Rig:* autem qui *MR* 29 ei. quodsi iam et remissio R^3, ei remissio. quodsi iam et MR^1 et retentio *M* (*bis*)

retentio delicti iudicem deum sapiunt, huius erit ⟨et⟩ spiritus sanctus non blasphemandus, non remissuri scilicet blasphemiam, sicut et supra non negandus, occisuri scilicet etiam in gehennam. quodsi et blasphemiam a creatore Christus auertit, quomodo aduersarius ei uenerit, non scio. aut si et per haec seueritatem eius infuscat, non remissuri blasphemiam et occisuri etiam in gehennam, superest, ut et illius diuersi dei impune et spiritus blasphemetur et Christus negetur et nihil intersit de cultu eius deue contemptu et, sicut de contemptu nulla poena, ita et de cultu nulla speranda sit merces. Perductos ad potestates prohibet ad interrogationem cogitare de responsione. sanctus enim, inquit, spiritus docebit uos ipsa hora, quid eloqui debeatis. si eiusmodi documentum creatoris est, eius erit et praeceptum, cuius praecessit exemplum. Balaam prophetes in Arithmis arcessitus a rege Balac ad maledicendum Israhelem, cum quo proelium inibat, simul spiritu implebatur, non ad quam uenerat maledictionem, sed quam illi ipsa hora spiritus suggerebat benedictionem pronuntiabat, ante professus apud nuntios regis, mox etiam apud ipsum, id se pronuntiaturum, quod deus ori eius indidisset. hae sunt nouae doctrinae noui Christi, quas olim famuli creatoris initiauerunt. Ecce plane diuersum exemplum Moysi et Christi: Moyses rixantibus fratribus ultro intercedit et iniuriosum increpat: quid proximum tuum percutis? et reicitur ab illo: quis te constituit magistrum aut iudicem super nos? Christus uero postulatus a quodam, ut inter illum et fratrem ipsius ⟨de⟩ diuidenda hereditate componeret, operam suam, et quidem tam probae causae, denegauit. iam ergo melior Moyses meus Christo

10] cf. Luc. 12, 11—12. 12] Luc. 12, 12. 14] cf. Num. cap. 22—24. 15] cf. Num. 22, 6. 18] cf. Num. 23, 5—10. cf. Num. 22, 18—19. 19] cf. Num. 22, 38. 23—25] Exod. 2, 13—14. 25] cf. Luc. 12, 13—14.

1 huius *R*³, cuius *MR*¹ et *addidi* 4 a creatore Christus *M*, Christus a creatore *R uulgo* 5 aduersarius (d *s. u. a m. 1*) *M* 7 et *fort. delendum* 13 quid loquamini *N Pam* 15 balac *M*, Balach *R uulgo* 16 spu̅ *M* (u *ex* o *m. 1*) 17 ipsa ⟨ea⟩ hora *fort.* 18 professus *R*, professum *MF* 26 de *add. Pam* diuidunda *Pam*

tuo, fratrum paci studens, iniuriae occurrens. 'sed enim optimi et non iudicis dei Christus: quis me, inquit, iudicem constituit super uos'? aliam uocem excusationis inuenire non potuit, ne ea uteretur, qua improbus uir et impius frater adsertorem probitatis atque pietatis excusserat? denique probauit malam uocem utendo ea et malum factum pacis inter fratres componendae declinatione. aut numquid indigne tulerit hoc dicto fugatum Moysen ideoque in causa pari disceptantium fratrum uoluit illos commemoratione eiusdem dicti confudisse? plane ita sit. ipse enim tunc fuerat in Moyse, qui talia audierat, spiritus scilicet creatoris. Puto iam alibi satis commendasse nos diuitiarum gloriam damnari a deo nostro, ipsos dynastas detrahente de solio et pauperes adleuante de sterquilinio. ab eo ergo erit et parabola diuitis blandientis sibi de prouentu agrorum suorum, cui deus dicit: stulte, hac nocte animam tuam reposcent; quae autem parasti cuius erunt? sic denique rex ⟨Ezechias⟩ de gazis et apothecis deliciarum suarum apud Persas gloriatus per Esaiam male audiuit.

29. Quis nollet curam nos agere animae de uictu et corpori de uestitu, nisi qui ista homini ante prospexit et exinde praestans merito curam eorum tamquam aemulam liberalitatis suae prohibet, qui et substantiam ipsius animae accommodauit potiorem esca et materiam ipsius corporis figurauit potiorem tunica, cuius et corui non serunt nec metunt nec in apothecas condunt et tamen aluntur ab ipso, cuius et lilia et foenum non texunt nec neunt et tamen uestiuntur ab ipso, cuius et Salomon gloriosissimus nec ullo tamen flosculo cultior? ceterum nihil tam abruptum, quam ut alius praestet alius de praestantia

2] Luc. 12, 14. 11] cf. Luc. 12, 15—21. 12] cf. Ps. 112, 7. 15] Luc. 12, 20. 17] cf. Es. 39, 2. 5—7. 19] cf. Luc. 12, 22—31. 22] cf. Luc. 12, 23. 24] cf. Luc. 12, 24. 25] cf. Luc. 12, 27.

5 excusserat. denique *uulgo* denique = *nam* 7 declinatione *R*³, declinationem *MR*¹ 10 sit. ipse *Eng:* si ipse *MR*¹, si *deleuit R*³ 13 detrahente—adleuante *R*, detrahentes—adleuantes *MF* sterquilio *M* 17 Ezechias *addidi* 19 nolet *fort.* 26 neunt *M* (u *eras.*), nent *R uulgo* 27 nel ullo *M*

eius securos agere mandet, et quidem derogator ipsius. denique, si quasi derogator creatoris non uult de eiusmodi friuolis cogitari, de quibus nec corui nec lilia laborent, ultro scilicet pro sua uilitate subiectis, paulo post parebit. interim cur illos modicae fidei incusat, id est cuius fidei? eiusne, quam nondum poterant perfectam exhibere deo tantum quod ⟨re⟩uelato, cum maxime discentes eum, an quam hoc ipso titulo debebant creatori, uti crederent haec illum ultro generi humano sumministrare nec de eis cogitarent? nam et cum subicit: haec enim nationes mundi quaerunt, non credendo scilicet in deum conditorem omnium et praebitorem, quos pares gentium nolebat in eundem deum modicos fidei increpabat, in quem gentes incredulas notabat. porro cum et adicit: scit autem pater opus esse haec uobis, prius quaeram, quem patrem intellegi uelit Christus. si ipsorum, creatorem demonstrat et bonum confirmat qui scit, quid filiis opus sit; ⟨si⟩ suum illum alium deum, quomodo scit necessarium esse homini uictum atque uestitum, quorum nihil praestitit? si enim scisset, praestitisset. ceterum si sciit quae sunt homini necessaria nec tamen praestitit, aut malignitate aut infirmitate non praestitit. professus autem necessaria haec homini, utique bona confirmauit, — nihil enim mali necessarium — et non erit iam depretiator operum et indulgentiarum creatoris, ut quod supra distuli expunxerim. porro, si quae necessaria scit homini alius et prospexit et praestat, quomodo haec ipse promittit? an de alieno bonus est? quaerite enim, inquit, regnum dei, et haec uobis adicientur, utique ab ipso. quodsi ab ipso, qualis est, qui aliena praestabit? si a creatore, cuius et sunt,

5] cf. Luc. 12, 29. 9] Luc. 12, 30. 13] ib. 26] Luc. 12, 31.

1 securos *MR*[1], secure *R*[3] *uulgo* 6 poterat *M* tantum quod *cf. 511, 1* reuelato *Oehlerus:* uelato *M* (e *ex* o) *R* 7 an quam *R*[3], an aquam *MR*[1] 11 praebitorem *M*, probatorem *R* 13 incredulas *M*, incredulos *R* 15 si ipsorum creatorem demonstrat et bonum *uulgo* 16 ⟨si⟩ suum *scripsi:* suum *MF*, sin *R uulgo* 18 praestitit *R*, praestit *MF* 19 sciit *scripsi:* scit *MR* 20 praestit *M* 26 alieno (e *ex* o) *M* 28 praesbit *M*

quis est, ut aliena promittat? ea si regno accedent secundo gradu restituenda, eius est secundus gradus, cuius et primus, eius uictus atque uestitus, cuius et regnum. ita tota promissio creatoris est. Parabolarum status, similitudinem peraequatio si nec in alium spectant, quam cui per omnia pariauerint, et sumus serui — dominum enim habemus deum —, succingere debemus lumbos, id est expediti esse ab impedimentis laciniosae uitae et implicitae, item lucernas ardentes habere, id est mentes a fide accensas et operibus ueritatis relucentes, atque ita expectare dominum, id est Christum. unde redeuntem? si a nuptiis, creatoris est, cuius nuptiae; si non creatoris, nec ipse Marcion inuitatus ad nuptias isset, deum suum intuens, detestatorem nuptiarum. defecit itaque parabola in persona domini, si non esset cui nuptiae competunt. In sequenti quoque parabola satis errat qui furem illum, cuius horam si pater familiae sciret, non sineret suffodiri domum suam, in personam disponit creatoris. fur enim creator quomodo uideri potest, dominus totius hominis? nemo sua furatur aut suffodit, sed ille potius, qui in aliena descendit et hominem a domino eius alienat. porro, cum furem nobis diabolum demonstret, cuius horam etiam in primordio si homo scisset, numquam ab eo suffossus esset, propterea iubet, parati simus, quia qua non putamus hora filius hominis adueniet, non quasi ipse sit fur, sed iudex scilicet eorum, qui se non parauerint nec cauerint furem. ergo si ipse est filius hominis, iudicem teneo, et in iudice creatoris defendo; si uero Christum creatoris in nomine

4] cf. Luc. 12, 35—38. 6] cf. Luc. 12, 37. 36. cf. Luc. 12, 35. 8] cf. ib. 11] cf. Luc. 12, 36. 14] cf. Luc. 12, 39—40. 22] cf. Luc. 12, 40.

1 ut *M*, qui *R uulgo* accedent *M*, accedunt *R uulgo* 5 pariauerint *R*[3], paria uenerint *MR*[1] et sumus *Eng:* id sumus *MR*[1], sumus *R*[3] *uulgo* 6 *parenthesin indicauit Eng* 12 inuitatus *M* (u *ex* o) intuens *MR*, metuens *Lat* 15 paterfamilias *Rig* 16 sineret *R*, sciret *M* suffodiri *M*, suffodi *R uulgo* 18 suffodi *M* 22 parati *M*, ut parati *R uulgo* 26 creatoris (*scil. filium*) *scripsi* (*priore loco*)*:* creatorem *MR*

filii hominis hoc loco ostendit, ut eum furem portendat, qui quando uenturus sit ignoremus, habes supra ⟨prae⟩scriptum neminem rei suae furem esse, saluo et illo, quod in quantum timendum creatorem ingerit, in tantum illi negotium agens creatoris est. itaque interroganti Petro, in illos an et in omnes parabolam diceret, ⟨id⟩ est ad illos et ad uniuersos, qui ecclesiis praefuturi essent, proponit actorum similitudinem: quorum qui bene tractauerit conseruos absentia domini reuerso eo omnibus bonis praeponetur, qui uero secus egerit, reuerso domino qua die non putauerit, hora qua non scierit, illo scilicet filio hominis, Christo creatoris, non fure sed iudice, segregabitur et pars eius cum infidelibus ponetur. proinde igitur aut et hic iudicem dominum opponit, ⟨ut⟩ et illic catechizat, aut si deum optimum, iam et illum iudicem adfirmat, licet nolit haereticus. temperare enim temptant hunc sensum, cum deo eius uindicatur, quasi tranquillitatis sit et mansuetudinis segregare solummodo et partem eius cum infidelibus ponere, ac si non sit uocatus, ut statui suo redditus. quasi non et hoc ipsum iudicato fiat! stultitia! quis erit exitus segregatorum? nonne amissio salutis? siquidem ab eis segregabuntur, qui salutem consequentur. quis item infidelium status? nonne damnatio? aut si nihil patientur segregati et infideles, aeque ex diuerso nihil consequentur retenti et fideles. si uero consequentur salutem retenti et fideles, hanc amittant necesse est ex diuerso segregati et infideles. hoc erit iudicium, quod qui intendit creatoris est. Quem alium intellegam caedentem seruos paucis aut multis plagis et, prout commisit illis, ita et exigentem ab eis, quam retributorem deum? cui me docet obsequi nisi

5] cf. Luc. 12, 41. 7—12] cf. Luc. 12, 42—46. 26] cf. Luc. 12, 47—48.

2 praescriptum *Oehlerus:* scriptum *MR* 5 et in *MR*^{1}, in *R*^{3} *reliqui praeter Oehlerum* 6 diceret, ⟨id⟩ est *Eng:* dicit et *MR*^{1}, dixisset *R*^{3} *uulgo* illos *M*, ipsos *R uulgo* 9 praepon*etur *M* 12 ponet *M* 13 ⟨ut⟩ et illic (*cf. 521, 25*) *scripsi:* et illic *M*, et illi *R*, ut illic *Eng* 16 uindicatur. quasi *uulgo* 18 redditus *R*, redditos *MF* 21 item *M*, igitur *uulgo* 28 docet *MF*, decet *R uulgo*

remuneratori? Proclamat Christus tuus: ignem ueni mittere in terram, ille optimus, nullius gehennae dominus, qui paulo ante discipulos, ne ignem postularent inhumanissimo uiculo, coërcuerat. quando iste Sodomam et Gomorram nimbo igneo exussit, quando ⟨de eo⟩ cantatum est: ignis ante ipsum procedet et cremabit inimicos eius, quando per Osee comminatus est: ignem emittam in ciuitates Iudaeae, uel per Esaiam: ignis exarsit ex indignatione mea? [non] mentiatur, si non est ille, qui de rubo quoque ardenti uocem suam emisit. uiderit, quem ignem intellegendum contendas: etiam si figura est, hoc ipso, quod de meo elemento argumenta sensui suo sumit, meus est qui de meis utitur. illius erit similitudo ignis, cuius et ueritas. ipse melius interpretabitur ignis istius qualitatem adiciens: putatis uenisse me pacem mittere in terram? non, dico uobis, sed 'separationem'. 'machaeram' quidem scriptum est, sed Marcion emendat. quasi non et separatio opus sit machaerae! igitur et ignem euersionis intendit qui pacem negauit. quale proelium, tale et incendium, qualis machaera, talis et flamma; neutra congruens domino ⟨tuo.⟩ denique: diuidetur, inquit, pater in filium et filius in patrem, et mater in filiam et filia in matrem, et nurus in socrum et socrus in nurum. hoc proelium inter parentes si in ipsis uerbis tuba cecinit prophetae, uereor ne Micheas Christo Marcionis praedicarit. Et ideo hypocritas pronuntiabat caeli quidem et terrae faciem probantes, tempus uero illud non dinoscentes, quo scilicet,

1] cf. Luc. 12, 49—53. Luc. 12, 49. 3] cf. Luc. 9, 54. 4] cf. Gen. 19, 24. 5] Ps. 96, 3. 7] Os. 8, 14. 8] Hier. 15, 14. 14] Luc. 12, 51. 16] (cf. Matth. 10, 34.) 20] Luc. 12, 52. 23] cf. Mich. 7, 6. 24] cf. Luc. 12, 56—57.

2 terram. ille *uulgo* 4 coercuerat, quando *uulgo* 5 de eo *addidi* 6 per MR^1, ⟨et⟩ per R^3 *uulgo* 8 non *seclusi* 9 mentiatur (*scil. esse, si non uere est; tunc enim fortasse ei credatur*) mentiatur. si *uulgo* 10 emisit, uiderit *uulgo*, emisit. ⟨sed⟩ uiderit *Eng* 12 qui de meis utitur *abundare mihi uidetur* 20 tuo *addidi* (*spuria iudicat uerba* neutra congruens domino *Eng*) 24 praedicarit *Rig:* praedicaret *MR*

adimplens omnia, quae super ipso fuerant praedicata, nec aliter docens debuerat agnosci. ceterum quis posset eius tempora nosse, cuius per quae probaret non habebat? merito exprobrat etiam, quod iustum non a semetipsis iudicarent. olim hoc mandat per Ezechielem: iustum iudicium et pacatorium iudicate, per Hieremiam: facite iudicium et iustitiam, per Esaiam: iudicate pupillo et iustificate uiduam, imputans etiam uineae Sorech, quod non iudicium fecisset, sed clamorem. qui ergo docuerat, ut facerent ex praecepto, is exigebat, ut facerent et ex arbitrio. qui seminauerat praeceptum, ille et redundantiam eius urguebat. iam uero quam absurdum, ut ille mandaret iuste iudicare, qui deum iudicem iustum destruebat? nam et iudicem, qui mittit in carcerem nec ducit inde nisi soluto etiam nouissimo quadrante, in persona creatoris obtrectationis nomine disserunt. ad quod necesse habeo eodem gradu occurrere. quotienscumque enim seueritas creatoris opponitur, totiens illius est Christus, cui per timorem cogit obsequium.

30. Quaestionem rursus de curatione sabbatis facta quomodo discussit? unusquisque uestrum sabbatis non soluit asinum aut bouem suum a praesepi et ducit ad potum? ergo secundum condicionem legis operatus legem confirmauit, non dissoluit, iubentem nullum opus fieri, nisi quod fieret omni animae, quanto potius humanae? Parabolarum congruentiam ubique recognoscor exigere. simile est regnum dei, inquit, grano sinapis, quod accepit homo et seminauit

3] cf. Luc. 12, 57. 5] Zach. 8, 16. 6] Hier. 22, 3. 7] Es. 1, 17. 8] cf. Es. 5, 7. 12] cf. Luc. 12, 58—59. 19] cf. Luc. 13, 10—17. 20] Luc. 13, 15. 23] cf. Exod. 12, 16. 25] Luc. 13, 19.

1 ipso *scripsi:* ipsos *MR* fuerant *MR*, fuerunt *Gel reliqui* 3 exprobrat R^3, ex probat *M*, et probat R^1 5 ezechielem *MR*, Zachariam *Pam, quem sequuntur posteriores; sed saepius confundit prophetias Tertullianus, ut et supra 523, 8* 6 iheremiam *M* 8 uineae *R*, uineam *M* sore^{h}c *M* 10 seminauerat R^3, seminauerit MR^1 19 decurationem *M* sabbatis *scripsi:* sabbati *M*, sabbato *R* 20 soluet *M* 25 recognoscor (*cf. 521, 4*) *MR:* recognosco te *Lat*, te cognosco *Eng*

in horto suo. quis in persona hominis intellegendus? utique Christus, qui, licet Marcionis, filius hominis est dictus, qui accepit a patre semen regni, sermonem scilicet euangelii, et seminauit in horto, isto utique in mundo. puta nunc in homine, sed cum in 'suo' horto dixerit nec mundus autem nec homo illius sit, sed creatoris, ergo qui in suum seminarit creatoris ostenditur. aut si, ut hunc laqueum euadant, conuerterint hominis personam a Christo in hominem accipientem semen regni et seminantem in horto cordis sui, nec ipsa materia alii conueniet quam creatori. De sequenti plane similitudine uereor, ne forte alterius dei regnum portendat. fermento enim comparauit illud, non azymis, quae familiariora sunt creatori. congruit et haec coniectura mendicantibus argumenta. itaque et ego uanitatem uanitate depellam, fermentationem quoque congruere dicens regno creatoris, quia post illam clibanus uel furnus gehennae sequatur. quale est enim, ut ⟨sit⟩ lenissimi dei regnum quod etiam iudicii feruor lacrimosa austeritate subsequitur? Quotiens adhuc se iudicem ostendit et in iudice creatorem! quotiens utique reicit et damnat reiciendo! sicut hic quoque: cum surrexerit, inquit, pater familiae — quo? nisi quo dixit Esaias: cum surrexerit comminuere terram — et cluserit ostium — utique excludendis iniquis, quibus pulsantibus respondebit: nescio unde sitis, et rursus, enumerantibus quod coram illo ederint et biberint et in plateis eorum docuerit [adiciet]: recedite a

10] cf. Luc. 13, 21. 20—22] Luc. 13, 25. 21] Es. 2, 19. 23] Luc. 13, 25. 24—25] cf. Luc. 13, 26. 25] Luc. 13, 27.

2 qui *scripsi* (*priore loco*): quia *MR* 4 isto *MR*[1], suo *R*[3], ⟨suo,⟩ isto *fort.* mundo, puta *uulgo* 6 creatoris *scripsi:* creator *MR* suo *susp. Eng* 8 hominis *R*[3], homines *MR*[1] personam a Christo *R*[3], personam christi *M*, in personam Christi *R*[1] hominis personam *cf. supra 524, 26:* quod accepit homo 9 ipsa materia *scil.* seminis regni 11 ⟨de⟩ alterius *susp. Eng* regnum *scripsi:* regno *MR* 12 familiora *M* 16 *uerba* quale est—subsequitur, *quae in MR paulo supra post* quam creatori *leguntur, huc transtuli* sit *add. Oehlerus* 17 iudici *M* 19 reicit *scripsi:* eiecit *MR* 22 *parenthesin indicaui* 23 iniquis. quibus *uulgo* 24 ederint *R*, ediderint *MF* 25 adiciet *seclusi*

me omnes, operarii iniquitatis —, illic erit fletus et dentium frendor, — ubi? foris scilicet, ubi erunt exclusi ostio cluso; ab eo ergo erit poena, a quo fit exclusio in poenam — 'cum uidebunt iustos introeuntes in regnum dei, se uero detineri foris'. a quo? si a creatore, quis ergo erit intus recipiens iustos in regnum? deus bonus? quid ergo illic creatori? ut foris detineat in poenam quos aduersarius eius exclusit? suscipiendos a se, si utique, magis in aduersarii bilem. sed et ille, exclusurus iniquos, sciat utique creatorem illos detenturum in poenam aut non sciat oportet. ergo aut nolente eo detinebuntur, et minor est illo, qui detinet, cedens ei nolens, aut si uult ita fieri, ipse ita faciendum iudicauit, et non erit melior creatore ipse auctor infamiae creatoris. haec si nulla ratione consistunt, ut alius punire alius liberare credatur, unius erit tam iudicium quam et regnum, et dum unius est utrumque, qui et iudicat, creatoris est.

31. Ad prandium uel ad cenam quales uocari iubet? quales ostenderat per Esaiam: confringe panem tuum esurienti, et mendicos et qui sine tecto sunt induc in domum tuam, qui scilicet humanitatis istius uicem retribuere non possint. hanc si Christus captari uetat, in resurrectione eam repromittens, creatoris est forma, cui non placent amantes munera, sectantes retributionem. Etiam inuitatoris parabola cui magis parti occurrat, expende. homo quidam fecit cenam et uocauit multos. utique cenae paratura uitae aeternae saturitatem figurat. dico primo extraneos et nullius iuris adfines inuitari ad cenam non solere, certe facilius solere domesticos et familiares. ergo creatoris est inuitasse, ad quem pertinebant

1] Luc. 13, 28. 4] uerba euangelii Marcionis ex Luc. 13, 28 detorta, cf. Epiphan. haer. 42 schol. 40. 17] cf. Luc. 14, 12—14. 18] Es. 58, 7. 21] cf. Luc. 14, 14. 22] cf. Es. 1, 23. 23] cf. Luc. 14, 16—24. 24] Luc. 14, 16.

2 dentium frendor *M*, frendor dentium *R uulgo* *parenthesin indicaui* 3 cluso; ab eo ergo *scripsi:* cluso ab eo. ergo *uulgo* 5 ergo erit *MF*, erit ergo *R uulgo* 6 illic *scripsi:* illuc *MR* 7 creatori, ut *uulgo* quos *R*, quod *M* 8 suscipiendos *M* (cipiendos *in ras.*) 9 sciat *R*³, scit *MR*¹ 10 aut *R*³, an *MR*¹ 20 humanitatis *R*³, et humanitatis *MR*¹

qui inuitabantur, et per Adam, qua homines, et ⟨per⟩ patres, qua Iudaici, non eius, ad quem neque natura pertinebant neque praerogatiua. dehinc si is mittit ad conuiuas, qui cenam parauit, sic quoque creatoris est cena, qui misit ad conuiuas admonendos, ante iam uocatos per patres, admonendos autem per prophetas, non, qui neminem miserit ad monendum nec qui nihil prius egerit ad uocandum, sed ipse descenderit subito, tantum quod innotescens iam inuitans, tantum quod inuitans iam in conuiuium cogens, eandem faciens horam cenandi et ad cenam inuitandi. excusant se inuitati. si ab alio deo, merito, quia subito inuitati; si non merito, ergo nec subito; si autem non subito inuitati, ergo a creatore, a quo olim, cuius denique declinauerant uocationem tunc, primo dicentes ad Aaronem: fac nobis deos, qui praeeant nobis, atque exinde aure audientes et non audientes, uocationem scilicet dei, qui pertinentissime ad hanc parabolam per Hieremiam: audite, inquit, uocem meam, et ero uobis in deum et uos mihi in populum, et ibitis in omnibus uiis meis, quascumque mandauero uobis — ecce inuitatio dei — et non audierunt, inquit, et non aduerterunt aurem suam, — ecce recusatio populi — sed abierunt in his, quae concupiuerunt corde suo malo: 'agrum emi' et 'boues mercatus sum' et 'uxorem duxi'. et adhuc ingerit: et emisi omnes ad uos famulos meos, prophetas, — hic erit spiritus sanctus, admonitor conuiuarum — die et ante lucem, et non audiit populus meus et non intendit auribus suis et obdurauit collum suum. hoc ut patri familiae renuntiatum est, motus tunc — bene quod et motus;

3] cf. Luc. 14, 17. 10] cf. Luc. 14, 18—20. 14] Exod. 32, 1. 15] cf. Es. 6, 9. 17] Hier. 7, 23. 20] Hier. 7, 24. 22] cf. Luc. 14, 18—20. 23] Hier. 7, 25—26. 28] cf. Luc. 14, 21.

1 ⟨per⟩ patres *Gel:* per *om. MR* 6 non (*scil. eius*) qui 8 innotescens, iam *uulgo* inuitans, iam *uulgo* 13 uocationem, tunc primo *uulgo* 17 deum *scripsi:* dominum *MR* 19 mandauero *M* (ue *s. u. a m. 1*) 21 his *M*, hiis *R*[1], iis *R*[3] *uulgo* 24 omnes ad uos *MR*, ad uos omnes *Pam* 27 suis *M* (*in ras. a m. 1*) patrifamilias *Rig*

negat enim Marcion moueri deum suum; ita et hoc meus est — mandat de plateis et uicis ciuitatis facere sublectionem. uideamus an eo sensu, quo rursus per Hieremiam: numquid solitudo factus sum domui Israhelis aut terra in incultum derelicta? — id est: numquid non habeo quos adlegam aut unde adlegam? — quoniam dixit populus meus: non uenimus ad te. itaque misit ad alios uocandos ex eadem adhuc ciuitate. dehinc loco abundante praecepit etiam de uiis et sepibus colligi, id est nos iam de extraneis gentibus, illa scilicet aemulatione, qua in Deuteronomio: auertam meam faciem ab eis et monstrabo, quid illis in nouissimis, — id est alios possessuros locum eorum — quoniam genitura peruersa est, filii in quibus fides non est. illi obaemulati sunt me in non deo et prouocauerunt me in iram in idolis suis, et ego obaemulabor eos in non natione, ⟨in natione⟩ insipienti prouocabo eos in iram, in nobis scilicet, quorum spem Iudaei gemunt, de qua illos gustaturos negat dominus, derelicta Sione tamquam specula in uinea et in cucumerario casula, posteaquam et nouissimam in Christo inuitationem recusauit. quid ex hoc ordine, secundum dispositiones et praedicationes creatoris recensendo, competere potest illi, cuius nec ordo habet nec dispositio ad parabolae conspirationem, qui totum opus semel fecit? aut quae erit prima uocatio eius, et quae secundo actu admonitio? ante debent alii excusare, postea alii conuenisse. nunc autem pariter utramque partem inuitare uenit, de ciuitate, de sepibus, aduersus speculum parabolae. nec potest iam fastidiosos iudicare quos numquam

2] cf. Luc. 14, 21. 3—7] Hier. 2, 31. 7] cf. Luc. 14, 21. 8] cf. Luc. 14, 23. 11—17] Deut. 32, 20—21. 18] cf. Luc. 14, 24. 19] cf. Es. 1, 8.

3 iheremiam *M* 7 ueniemus *fort.* 10 deutheronomio *M* 11 meam faciem *M*, faciem meam *R uulgo* 16 in natione *add.* *R*³, *om.* *MR*¹ 17 nobis *R*³, nouis *MR*¹ 18 spem *MR*, speciem *Lat* gemunt *Semlerus:* gerunt *MR reliqui* 20 Christo *MR*¹, Christum *R*³ *uulgo* 21 dispositiones *M*, dispositionem *R* 22 illi *R*³, illic *MR*¹ 23 ordo—dispositio *scripsi:* ordinem—dispositionem *MR* habet = *se habet, secundum usum auctoris* ad parabolae conspirationem = *ita ut conspiret cum parabola* 24 primo *fort.*

retro inuitauit, quos cum maxime adgreditur. aut si de futuro eos iudicat contempturos uocationem, ergo et sublectionem loco eorum ex gentibus de futuro portendit. plane adhuc secundo uenturus est: [ut gentibus praedicet. et si] uenturus est autem, puto, non quasi uocaturus adhuc conuiuas, sed iam collocaturus. interea qui cenae istius uocationem in caeleste conuiuium interpretaris spiritalis saturitatis et iocunditatis, memento et terrenas promissiones uini et olei et frumenti et ipsius ciuitatis aeque in spiritalia figurari a creatore.

32. Ouem et drachmam perditam quis requirit? nonne qui perdidit? quis autem perdidit? nonne qui habuit? quis uero habuit? nonne cuius fuit? si igitur homo non alterius est res quam creatoris, is eum habuit, cuius fuit, is perdidit, qui habuit, is requisiuit, qui perdidit, is inuenit, qui quaesiuit, is exultauit, qui inuenit. ita utriusque parabolae argumentum uacat circa eum, cuius non est ouis neque drachma, id est homo. non enim perdidit, quia non habuit, nec requisiuit, quia non perdidit, nec inuenit, quia nec requisiuit, nec exultauit, quia non inuenit. atque adeo exultare illius est de paenitentia peccatoris, id est de perditi recuperatione, qui se professus est olim malle peccatoris paenitentiam quam mortem.

33. Quibus duobus dominis neget posse seruiri, quia alterum offendi sit necesse alterum defendi, ipse declarat, deum proponens et mamonam. proinde mamonam quem intellegi uelit, si interpretem non habes, ab ipso potes discere. admonens enim nos de saecularibus suffragia nobis prospicere ami-

10] cf. Luc. 15, 4—7; 8—11. 21] cf. Ez. 33, 11. 22] cf. Luc. 16, 13. 25] cf. Luc. 16, 9.

2 contempturos *R*[3], contempturus *MR*[1] 3 ex ¡ gentibus *M* adhuc *scripsi:* ad hoc *MR* 4 ut—et si *seclusi* (*uerba* et si, *quae ego olim retinueram, iure deleuit Eng*)*: interpolata haec esse quae sequuntur docent; orta autem est haec interpolatio ex corruptela* ad hoc *pro* adhuc 9 figurari (*syll.* fi *in ras. a m. 1*) *M* 10 drachmam *scripsi:* dracmam *M*, dragmam *R uulgo* 11 quis uero *Gel:* qui uero *MR* 14 requisiuit (*syll.* re *s. u. a m. 1*) *M* 16 drachma *M*, dragma *R* 22 quia *R*[3], qui *MR*[1] 24 mamonam *M* (*sic fere ubique*), mammonam *R uulgo* proinde *M*, deinde *R uulgo* 25 uelit (t *ex* s) *M*

citiarum secundum serui illius exemplum, qui ab actu summotus dominicos debitores diminutis cautionibus releuat in subsidium sibi: et ego, inquit, dico uobis, facite uobis amicos de mamona iniustitiae, de nummo scilicet, de quo et seruus ille. iniustitiae enim auctorem et dominatorem totius saeculi nummum scimus omnes. cui famulatam uidens Pharisaeorum cupiditatem ammentauit hanc sententiam: non potestis deo seruire et mamonae. inridebant denique Pharisaei pecuniae cupidi, quod intellexissent scilicet mamonam de nummo dictum, ne quis existimet in mamona creatorem intellegendum et Christum a creatoris illos seruitute reuocasse. quid nunc? potius ex hoc disce unum a Christo deum ostensum. duos enim dominos nominauit, deum et mamonam, creatorem et nummum: denique non potestis deo seruire, utique ei, cui uidebantur seruire, et mamonae, cui magis destinabantur. quodsi ipse alium se ageret, non duos dominos, sed tres demonstrasset — et creator enim dominus, quia deus, et utique magis dominus quam mamonas magisque homini obseruandus, qua magis dominus —; quale est enim, ut qui mamonam dominum dixerat et cum domino iunxerat uero, ipsum dominum taceret, id est deum creatorem? aut numquid tacendo eo concessit seruiendum ei esse, si solummodo sibi et mamonae negauit posse seruiri? ita cum unum deum ponit, nominaturus et creatorem, si alius esset ipse, creatorem nominauit quem [dominum] sine alio [deo non] posuit. et illud itaque relucebit, quomodo dictum sit: ⟨si⟩ in mamona iniusto

1] cf. Luc. 16, 1—9. 3] Luc. 16, 9. 7] Luc. 16, 13. 8] cf. Luc. 16, 14. 14] Luc. 16, 13. 26] Luc. 16, 11.

2 diminutis *Lat:* diminuit *MR* 9 mammonam *MR* 10 dictum. ne *uulgo* 12 quid *MR*, quin *Gel* 13 dominos *R*[3], dominus *MR*[1] 15 uidebantur seruire *M*, seruire uidebantur *R uulgo* 17 *parenthesin indicaui* 18 homini obseruandus *scripsi:* non obseruandus *MR*[1], obseruandus *R*[3] 20 domino iunxerat uero, (*id est deo Marcionis*) ipsum *scripsi:* deo iunxerat, uere ipsorum *MR* 21 deum creatorem *scripsi:* de creatore *MF*, creatorem *R uulgo* 25 dominum *et* deo non *seclusi* (*cf. l. 23:* ita cum unum deum ponit) 26 sit ⟨si⟩ *scripsi:* sit *MR*, si *Pam*

fideles non extitistis, quod uerum est quis uobis credet? in nummo scilicet iniusto, non in creatore, quem et Marcion iustum facit, et: si in alieno fideles inuenti non estis, meum quis dabit uobis? alienum enim debet esse a seruis dei quod iniustum est. creator autem quomodo alienus erat Pharisaeis, proprius deus Iudaicae gentis? si ergo haec non cadunt in creatorem, sed in mamonam, 'quis uobis credet quod uerius est'? et 'quis uobis dabit quod meum est'? non potest quasi ali⟨en⟩us dixisse de alterius dei gratia. tunc enim uideretur ita dixisse, si eos in creatorem, non in mamonam infideles notando per creatoris mentionem distinctione se fecisset dei alterius, non commissuri suam ueritatem infidelibus creatoris, † quoniam tunc alterius uideri potest, si non ad hoc proponatur, ut a re, de qua agitur, separetur. Si autem et iustificantes se coram hominibus Pharisaei spem mercedis in homine ponebant, illo eos sensu increpabat, quo et propheta Hieremias: miser homo, qui spem habet in homine. si et adicit: scit autem deus corda uestra, illius dei uim commemorabat, ⟨qui⟩ lucernam se pronuntiarat scrutantem renes et corda. si superbiam tangit: quod elatum est apud homines perosum est deo, Esaiam ponit ante oculos: dies enim domini Sabaoth in omnem contumeliosum et superbum, in omnem sublimem et elatum, et humiliabuntur. Possum iam colligere, cur tanto aeuo deus Marcionis fuerit in occulto. expectabat, opinor, donec haec omnia disceret a creatore. didicit igitur usque ad Iohannis tempora atque ita exinde processit adnuntiare regnum

3] Luc. 16, 12. 7] cf. Luc. 16, 11. 8] cf. Luc. 16, 12. 15] cf. Luc. 16, 15. 17] Hier. 17, 5. 18] Luc. 16, 15. 19] cf. Prou. 20, 27. 20] cf. Ps. 7, 10. Hier. 11, 20. Apoc. 2, 23. Luc. 16, 15. 22] Es. 2, 12.

5 autem quomodo R^3, alio modo MR^1 (*in M* autem *add. in mg. m. 3, quod etiam in N comparet*) 9 alienus *scripsi* (*id est alterius dei Christus*): alius *MR* 12 distinctione se *scripsi:* distinctiones *MR* 13 quoniam MR^1, quomodo autem *Eng*, quomodo R^3 *uulgo; uerba* quoniam—separetur *non habeo quomodo intellegam; mihi quidem corruptela in uerbis* si non ad hoc *latere uidetur et uelim rescribi:* si nomen adhuc 19 qui *add. Pam* pronuntiarat *M*, pronuntiabat *R uulgo* 23 sublimen *M* 26 igitur *MF*, ergo *R uulgo*

dei dicens: lex et prophetae usque ad Iohannem; ex quo regnum dei adnuntiatur. quasi non et nos limitem quendam agnoscamus Iohannem constitutum inter uetera et noua, ad quem desineret Iudaismus et a quo inciperet Christianismus, non tamen, ut ab alia uirtute facta sit sedatio legis et prophetarum et initiatio euangelii, in quo est 'dei regnum.' [Christus ipse.] nam id si probauimus, et uetera transitura et noua successura praedicari a creatore, si et Iohannes antecursor et praeparator ostenditur uiarum domini euangelium superducturi et regnum dei promulgaturi, et ex hoc iam, quod Iohannes uenit, ipse erit Christus qui Iohannem erit subsecutus ut antecursorem; et, si desierunt uetera et coeperunt noua interstite Iohanne, non erit mirum quod ex dispositione est creatoris, ut unde⟨unde⟩ magis probetur ** quam ex legis et prophetarum in Iohannem occasu et exinde ortu regni dei. transeat igitur caelum et terra citius, sicut et lex et prophetae, quam unus apex uerborum domini — uerbum enim, inquit Esaias, dei nostri manet in aeuum —: nam quoniam in Esaia iam tunc Christus, sermo scilicet et spiritus creatoris, Iohannem praedicarat — uocem clamantis in deserto: parate uiam domini — in hoc uenturum, ut legis et prophetarum ordo exinde cessaret, per adimpletionem, non per destructionem, et regnum dei a Christo adnuntiaretur, ideo subtexuit facilius elementa transitura quam uerba sua, confirmans hoc quoque, quod de Iohanne dixerat, non praeterisse.

34. 'Sed Christus diuortium inhibet dicens: qui dimiserit

1] Luc. 16, 16. 7] cf. Es. 43, 19; 65, 17. cf. II Cor. 5, 17. 9] cf. Mal. 3, 1. cf. Matth. 11, 10. 16] Luc. 16, 17. cf. 21, 33. 17] Es. 40, 8. 21] Es. 40, 3. 27] Luc. 16, 18.

7 Christus ipse *seclusi: irrepsisse uidetur ex l. 11* id si *scripsi:* et si *MR* 11 erit *M* (*alt. loco*), erat *R uulgo* subsecutus *scripsi:* subsecuturus *MR* 14 undeunde *Lat:* unde *MR*, aliunde *Rig* *lacunam signaui:* diuinitatum distantia (*cf. 538, 22*) *uel simile aliquid intercidit* 15 regni *scripsi:* regnum *MR* 17 *parenthesin indicaui* 21 parate *M*, parare *R uulgo* 27 inhibet *Eng:* iubet *M*, prohibet *R uulgo*

uxorem suam et aliam duxerit, adulterium committet, ⟨et⟩ qui dimissam a uiro duxerit, aeque adulter est, — ut sic quoque prohibeat diuortium, inlicitum facit repudiatae matrimonium — Moyses uero permittit repudium in Deuteronomio: si sumserit quis uxorem et habitauerit cum ea, et euenerit non inuenire eam apud eum gratiam, eo quod inuentum sit in illa impudicum negotium, scribet libellum repudii et dabit in manu eius et dimittet illam de domo sua. uides diuersitatem legis et euangelii, Moysi et Christi'? plane. non enim recepisti illud quoque euangelium eiusdem ueritatis et eiusdem Christi, in quo prohibens diuortium propriam quaestionem eius absoluit: Moyses propter duritiam cordis uestri praecepit libellum repudii dare; a primordio autem non fuit sic; quia scilicet qui marem et feminam fecerat, erunt duo, dixerat, in carne una; quod deus itaque iunxit, homo ⟨non⟩ disiunxerit. hoc enim responso et Moysi constitutionem protexit, ut sui, et creatoris institutionem direxit, ut Christus ipsius. sed quatenus ex his reuincendus es, quae recepisti, sic tibi occurram, ac si meus Christus ⟨tuus:⟩ nonne et ipse prohibens diuortium et parem tamen gestans eius, qui marem et feminam iunxit, excusauerit potius quam destruxerit Moysi constitutionem? sed ecce sic tuus sit iste Christus contrarium docens Moysi et creatori, ut, si non contrarium ostendero, meus sit. dico

5] Deut. 24, 1. 13] Matth. 19, 8. 15—17] Matth. 19, 4. 5. 6. cf. Gen. 1, 27; 2, 24.

1 committet *MR*, committit *Oehlerus*, commisit *Pam* 2 et *addidi* 3 *parenthesin indicauit Eng:* est. ut *uulgo* 5 deutheronomio *M* 9 manu *MF*, manum *R* 17 non *addidit Eng* disiunxerit? hoc *uulgo* 19 direxit *R*, direxerit *MF* 20 quaerere coepisti *R*[1] 21 tuus *addidi* (*cf. infra l. 24*): *Eng sic uult rescribi:* sic tibi occurram [ac si]: meus Christus nonne *etc.* 22 parem *scripsi* (*id est aduersarium*): patrem *MR* gestans *MR* (*cf.* angelum, hominem gestare *de carne Chr. 14; et ibidem c. 12:* dominum circumferre sabbati *et 499, 3:* iudicem gerere): testans *Lat* (*prob. Eng*) eius *scripsi:* eum *MR* 24 ecce sic *R*, ecce si *F*, ac si *M*

enim illum condicionaliter nunc fecisse diuortii prohibitionem, si ideo quis dimittat uxorem, ut aliam ducat: qui dimiserit, inquit, uxorem et aliam duxerit, adulterium commisit, et qui a marito dimissam duxerit aeque adulter est, ex eadem utique causa dimissam, qua non licet dimitti, ut alia ducatur; inlicite enim dimissam pro indimissa ducens adulter est. manet enim matrimonium quod non rite diremptum est; manente ⟨autem⟩ matrimonio nubere adulterium est. ita si condicionaliter prohibuit dimittere uxorem, non in totum prohibuit, et quod non prohibuit in totum, permisit alias, ubi causa cessat, ob quam prohibuit; et iam non contrarium Moysi docet, cuius praeceptum alicubi conseruat, nondum dico confirmat. aut si omnino [non] negas permitti diuortium a Christo, quomodo tu nuptias dirimis, nec coniungens marem et feminam nec alibi coniunctos ad sacramentum baptismatis et eucharistiae admittens, nisi inter se coniurauerint aduersus fructum nuptiarum, ut aduersus ipsum creatorem? certe quid faciet apud te maritus, si uxor eius commiserit adulterium? habebitne illam? sed nec tuum apostolum sinere ⟨scis⟩ coniungi prostitutae membra Christi. habet itaque et Christum adsertorem iustitia diuortii. iam hinc confirmatur ab illo Moyses ex eodem titulo perhibens repudium, quo et Christus: si inuentum fuerit in muliere negotium impudicum. nam et in euangelio Mathei: qui dimiserit, inquit, uxorem suam praeter causam adulterii, facit eam

2] Luc. 16, 18. 19] cf. I Cor. 6, 15. 23] Deut. 24, 1. 24] Matth. 5, 32.

2 ut *R*[3], et *MR*[1] 8 autem *addidi: deleri uult uerba* manente—est *Eng* 10 alias ubi *Rig:* alia subici *MR*[1], aliud est ubi *R*[3] 11 et iam *scripsi:* etiam *MR* 13 confirmat aut *R*, confirmata ut *MF* non *secl.* *R*[3] 16 eucharisthiae *M* 18 faciet *Urs:* facit *MR* 19 sed *MR*, scilicet *Oehlerus* scis *suppl. Urs, om. MR reliqui omnes* 21 iam hinc confirmatur *cf. supra l. 12* 22 perhibens *scripsi:* prohibens *MR* 24 Mathei *R*, matthei *M*

adulterari. atque ita adulter censetur et ille, qui dimissam a uiro duxerit. ceterum praeter ex causa adulterii nec creator disiungit quod ipse scilicet coniunxit, eodem alibi Moyse constituente eum, qui ex compressione matrimonium fecerit, non posse dimittere uxorem in omne tempus. quodsi ex uiolentia coactum matrimonium stabit, quanto magis ex conuenientia uoluntarium? sicut ex prophetiae auctoritate: uxorem iuuentutis tuae non dimittes. habes itaque Christum ultro uestigia ubique creatoris ineuntem tam in permittendo repudio quam in prohibendo; habes etiam nuptiarum, quoquo uelis latere, prospectorem, quas nec separari uult prohibendo repudium nec cum macula haberi tunc permittendo diuortium. erubesce non coniungens quos tuus quoque Christus iunxit, erubesce etiam disiungens sine eo merito, quo disiungi uoluit et tuus Christus. debeo nunc et illud ostendere, unde hanc sententiam deduxerit dominus quoue direxerit. ita enim plenius constabit eum non ad Moysen destruendum spectasse per repudii propositionem subito interpositam, quia nec subito interposita est, habens radicem ex eadem Iohannis mentione. Iohannes enim, retundens Herodem, quod aduersus legem uxorem fratris sui defuncti duxisset habentis filiam ex illa, — non alias hoc permittente, immo et praecipiente lege, quam si frater illiberis decesserit, ut a fratre ipsius et

3] cf. Deut. 22, 28—29. 7] Mal. 2, 15. 19] cf. Luc. 16, 16. 20] cf. Luc. 3, 19. 23] cf. Deut. 25, 5.

1 atque ita *M*, atque *R*[1], aeque *R*[3] *reliqui praeter Rig* 4 fecerit *scripsi:* fecerat *MR* 5 uiolantia *M* 7 *uerba* sicut—dimittes *cum antecedentibus coniungi nequeunt, ita scilicet compositis, ut addi quicquam omnino non sinant. quamobrem, nisi interciderunt aliqua, nescio an haec interpolatori debeantur. Eng sic distingui uult:* uoluntarium, sicut ⟨et⟩ ex prophetiae auctoritate uxorem . . non dimittes? ex *M*, et *R* 10 quoquo *R*[3], quoque *MR*[1] 12 macula *R*[3], masculo *MR*[1] 13 iunxit *M*, coniunxit *R* 14 quo *R*, quos *M* 17 eum non *R*[3], eadem *MR*[1] spectasse *R*[3], expectasse *MR*[1] 19 mentionem *M* 22 alias *R*, alia *M* 23 inliberis *R*[3], illecebris *MR*[1], sine liberis *Oehlerus* (*in notis*)

ex costa ipsius supparetur semen illi — coniectus in carcerem fuerat ab eodem Herode, postmodum et occisus. facta igitur mentione Iohannis dominus, eo utique succensus exitu eius, inlicitorum matrimoniorum et adulterii figuras iaculatus est in Herodem, adulterum pronuntians etiam qui dimissam a uiro duxerit, quo magis impietatem Herodis oneraret, qui non minus repudio quam morte dimissam a uiro duxerat, — et hoc fratre habente ex illa filiam et uel eo nomine inlicite — ex libidinis, non ex legis instinctu, ac propterea propheten quoque adsertorem legis occiderat. hoc mihi disseruisse proficiet etiam ad subsequens argumentum diuitis apud inferos dolentis et pauperis in sinu Abrahae requiescentis. nam et illud quantum ad scripturae superficiem subito propositum est, quantum ad intentionem sensus et ipsum cohaeret mentioni Iohannis male tractati et suggillati Herodis male maritati, utriusque exitum deformans, Herodis tormenta et Iohannis refrigeria, ut iam audiret Herodes: habent illic Moysen et prophetas, illos audiant. sed Marcion aliorsum cogit: scilicet utramque mercedem creatoris siue tormenti siue refrigerii apud inferos determinat, eis positam, qui legi et prophetis oboedierint, Christi uero et dei sui caelestem definit sinum et portum. respondebimus et ⟨ad⟩ haec, ipsa scriptura reuincente oculos eius, qui ad inferos discernit Abrahae sinum pauperi. aliud enim inferi, ut puto, aliud quoque Abrahae sinus. nam et magnum ait intercidere regiones istas profundum

1] cf. Matth. 14, 3. 2] cf. Matth. 14, 10. 4] cf. Luc. 16, 18. 11] cf. Luc. 16, 19—31. 17] Luc. 16, 29. 23] cf. Luc. 16, 26.

1 supparetur *M*, suppararetur *R* 2 Herode *om.* *R*¹ 3 eo utique *scripsi:* et utique *MR*, utique et *Eng* succensus exitu *scripsi:* successus exitus *MR uulgo* 4 adulterii figuras *M*, adulteri figura *R* 7 repudio quam morte *Eng:* morte quam repudio *MR* *parenthesin indicauit Eng* 8 inlicite *R*³, inlicita *MR*¹ 11 ad *om.* *R*¹ 15 suggillatui *Rig* maritati *R*³ *mg*, meritati *MR* 19 scilicet *Pam:* scilicet et *MF*, scilicet ut *R* 20 determinat *MF*, determinet *R* eis (i *s.* o) *M* 21 Christi uero et dei sui *scil.* mercedi definit *MF*, definiat *R* 22 et ⟨ad⟩ *scripsi:* et *MR* 23 qui *Eng:* quae *MR* ad inferos *MR*, ab inferis *Pam* 25 intercidere *MR*¹, intercedere *R*³ *uulgo*

et transitum utrimque prohibere. sed nec adleuasset diues oculos et quidem de longinquo, nisi in superiora et de altitudinis longinquo per inmensam illam distantiam sublimitatis et profunditatis. unde apparet sapienti cuique, qui aliquando Elysios audierit, esse aliquam localem determinationem, quae sinus dicta sit Abrahae, ad recipiendas animas filiorum eius, etiam ex nationibus, patris scilicet multarum nationum, in Abrahae censum deputandarum [et] ex eadem fide, qua et Abraham deo credidit, nullo sub iugo legis nec in signo circumcisionis. eam itaque regionem, sinum dicc Abrahae, etsi non caelestem, sublimiorem tamen inferis, interim refrigerium praebere animabus iustorum *, donec consummatio rerum resurrectionem omnium plenitudine mercedis expungat, tunc apparitura caelesti promissione, — quam Marcion suo ⟨deo⟩ uindicat, quasi non a creatore promulgatam, — ad quam ascensum suum Christus aedificat in caelum secundum Osee, utique suis, ubi est et locus aeternus, de quo Esaias: q u i s a d n u n t i a b i t u o b i s l o c u m a e t e r n u m? nisi scilicet Christus, i n c e d e n s i n i u s t i t i a, l o q u e n s u i a m r e c t a m, o d i o h a b e n s i n i u s t i t i a m e t i n i q u i t a t e m. quodsi aeternus locus repromittitur et ascensus in caelum aedificatur a creatore, promittente etiam semen Abrahae ‘uelut stellas caeli’ futurum, utique ob caelestem promissionem, salua ea promissione cur non capiat sinum Abrahae dici temporale aliquod animarum fidelium receptaculum, in quo iam delinietur futuri imago ac candida quaedam utriusque iudicii prospicia-

7] cf. Gen. 17, 4. cf. Rom. 4, 17. 9] cf. Rom. 4, 3. cf. Rom. 4, 13. 10] cf. Rom. 4, 11. 16] cf. Am. 9, 6. 18] Es. 33, 14. 19] Es. 33, 15. 22] cf. Gen. 22, 17.

1 utrimque *R*[3], utrumque *MR*[1] 8 et *seclusi* 11 etsi *MR*[3], et *R*[1] 12 praebere *scripsi:* praeterea *MR*[1], praebituram *R*[3] *uulgo lacunam signaui:* contendimus *uel tale aliquid desidero* 15 deo *addidi:* Christo *add. Ciacconius* promulgatam. ad *uulgo* 17 Osee *MR,* Amos *Pam* 21 repromittitur *R*[3], repromittetur *MR*[1] 26 ac *R*, ad *MF* quaedam *R*, quadam *MF*

tur? admonens quoque uos haereticos, dum in uita estis, * Moysen et prophetas, unum deum praedicantes creatorem et unum Christum praedicantes eius, et utrumque iudicium poenae et salutis aeternae apud unicum deum positum, qui occidat et uiuificet. 'immo', inquit, 'nostri dei monella de caelo non Moysen et prophetas iussit audiri, sed Christum: hunc audite'. merito. tunc enim apostoli satis iam audierant Moysen et prophetas, qui secuti erant Christum credendo Moysi et prophetis. nec enim accepisset Petrus dicere: tu es Christus, antequam audisset et credidisset Moysi et prophetis, a quibus solis adhuc Christus adnuntiabatur. haec igitur fides eorum meruerat, ut etiam uoce caelesti confirmaretur, iubente illum audiri, quem agnouerant euangelizantem pacem, euangelizantem bona, adnuntiantem locum aeternum, aedificantem illis ascensum suum in caelum. apud inferos autem de eis dictum est: habent illic Moysen et prophetas, illos audiant, qui non credebant omnino uel qui nec sic credebant, esse post mortem superbiae diuitiarum et gloriae deliciarum supplicia adnuntiata a Moyse et prophetis, decreta autem ab eo deo, qui de thronis deponit dynastas et de sterculinis eleuat inopes. ita cum utriusque pronuntiationis diuersitas competat creatori, non erit diuinitatum statuenda distantia, sed ipsarum materiarum.

35. Conuersus ibidem ad discipulos 'uae' dicit auctori scandalorum: expedisse ei, si natus non fuisset aut si molino saxo ad collum deligato praecipitatus esset in profundum, quam unum ex illis modicis utique discipulis eius scandalizasset. aestima, quale supplicium comminetur ille. nec enim

1] cf. Luc. 16, 29. 5] cf. I Reg. 2, 6. 6] Luc. 9, 35. 9] Marc. 8, 29. cf. Matth. 16, 16. Luc. 9, 20. 13] cf. Es. 52, 7. 14] cf. Es. 33, 14. 15] cf. Amos 9, 6. 16] Luc. 16, 29. 20] cf. Ez. 26, 16. 21] cf. Ps. 112, 7; I Reg. 2, 8. 24] cf. Luc. 17, 1—2.

1 *lacunam signaui:* audire *intercidit uel* ut audiatis 5 monella *MF*, monela *R* 17 illos audiant *M*, audiant illos *R uulgo* omnino uel qui nec *scripsi:* uel qui nec omnino *MR* 18 sic R^3, si MR^1 21 sterculinis *MF*, sterquilinis *R uulgo* utriusque *scripsi:* utrique MR^1, utrimque R^3 *uulgo* 25 expedisset *Rig* 27 <ut> unum *fort.* 28 ille *Lat:* illi *MR reliqui*

alius ulciscetur scandalum discipulorum eius. agnosce igitur et iudicem et illo adfectu pronuntiantem de cura suorum, quo et creator retro: qui tetigerit uos, ac si pupillam oculi mei tangat. idem sensus eiusdem est. peccantem fratrem iubet corripi; quod qui non fecerit, utique deliquit, aut ex odio uolens fratrem in delicto perseuerare aut ex acceptione personae parcens ei: habes Leuiticum: non odies fratrem tuum in animo tuo, traductione traduces proximum tuum, utique et fratrem, et non sumes propter illum delictum. nec mirum, si ita docet qui pecora quoque fratris tui, si errantia in uia inueneris, prohibet despicias, quominus ea reducas fratri, nedum ipsum sibi. sed et ueniam des fratri in te delinquenti iubet, etiam septies. parum plane. plus est enim apud creatorem, qui nec modum statuit, in infinitum pronuntians: fratris malitiae memor ne sis, nec petenti eam praestes mandat, sed et non petenti. non enim dones offensam uult, sed obliuiscaris. Lex leprosorum quantae sit interpretationis erga species ipsius uitii et inspectationis summi sacerdotis, nostrum erit scire, Marcionis, morositatem legis opponere, ut et hic Christum aemulum eius adfirmet, praeuenientem sollemnia legis etiam in curatione decem leprosorum, quos tantummodo ire iussos, ut se ostenderent sacerdotibus, in itinere purgauit, sine tactu iam et sine uerbo, tacita potestate et sola uoluntate. quasi necesse sit, semel remediatore languorum et uitiorum adnuntiato Christo et de effectibus probato, de qualitatibus curationum retractari aut creatorem in Christo ad legem prouocari, si quid aliter, quam lege distinxit, ipse perfecit, cum aliter utique

3] Zach. 2, 8. 4] cf. Luc. 17, 3. 7] Leu. 19, 17. 10] cf. Exod. 23, 4. 12] cf. Luc. 17, 4. 15] Leu. 19, 18. 17] cf. Leu. cap. 13 et 14. 21] cf. Luc. 17, 11—19. 22] cf. Luc. 17, 14. 23] cf. ib.

5 deliquerit *fort.* 7 habes *scripsi:* habens *MR* 8 traduces *M*, non traduces *R*, traducens *Rig* 12 fratri ⟨tuo⟩ *Gel* 13 des *MR*^{3}, dei *R*^{1} 16 petenti ⟨tantum⟩ *fort.* 21 praeuenientem *R*, praeueniente *M* 27 retractare—prouocare *fort.* prouocari; si *uulgo*

dominus per semetipsum operetur siue per filium, aliter ⟨per⟩ prophetas famulos suos, maxime documenta uirtutis et potestatis, quae ut clariora et ualidiora, qua propria, distare a uicariis fas est. sed eiusmodi et alibi iam dicta sunt in documento superiore. nunc, etsi praefatus est multos tunc fuisse leprosos apud Israhelem in diebus Helisei prophetae et neminem eorum purgatum nisi Neman Syrum, non utique et numerus faciet ad differentiam deorum, in destructionem creatoris unum remediantis et praelationem eius, qui decem emundarit. quis enim dubitabit plures ⟨potius⟩ potuisse curari ab eo, qui unum curasset, quam ab illo decem, qui numquam retro unum? sed hac cum maxime pronuntiatione diffidentiam Israhelis uel superbiam pulsat, quod cum multi essent illic leprosi et prophetes non deesset, etiam edito documento nemo decucurrisset ad deum operantem in prophete. igitur quoniam ipse erat authenticus pontifex dei patris, inspexit illos secundum legis arcanum, significantis Christum esse uerum disceptatorem et elimatorem humanarum macularum. sed et quod in manifesto fuit legis praecepit: ite, ostendite uos sacerdotibus. cur, si illos ante erat emundaturus? an quasi legis inlusor, ut in itinere curatis ostenderet nihil esse legem cum ipsis sacerdotibus? et utique [uideret] uiderit, si cui tam opiniosus uidebitur Christus. immo digniora sunt interpretanda et fidei iustiora: ideo illos remediatos, quia secundum legem iussi abire ad sacerdotes obaudierant. neque enim credibile est emeruisse medicinam a destructore legis obseruatores legis. sed cur pristino leproso nihil tale praecepit? quia nec Heliseus Syro

5] cf. Luc. 4, 27. 19] Luc. 17, 14. 24] cf. Luc. 17, 24. 27] cf. Luc. 5, 12—13.

1 ⟨per⟩ prophetas *R*, prophetas *MF* 4 sunt *R*[3], sint *MR*[1] 7 Neman *scripsi* (*cf. 541, 1*): Neeman *R*[1], neaman *M*, Naamann *R*[3] *uulgo* et (*s. u. a m. 1*) *M*, *om. Rig* 10 potius *add. Eng* 14 edito *R*[3], in edito *MR* 15 prophete *MF*, prophetis *R uulgo* 17 dispectatorem *fort.* (*cf. 539, 18*) 18 elimatorem *ex* eliminatorem *M* (*corr. m. 1*) 22 sacerdotibus et utique rideret? uiderit *Eng* uideret *secl. R*[3] si cui tam *R*, sic uitam *M* 24 quia *M*, qua *R uulgo* 26 obseruatores *R*[3], obsecratores *M* (*in ras.*) *R*[1]

Neman; et tamen non idcirco non erat creatoris. satis respondi, sed qui credit, id intellegit etiam altius aliquid. disce igitur et causas. in Samariae regionibus res agebatur, unde erat et unus interim ex leprosis. Samaria autem desciuerat ab Israhele, habens schisma illud ex nouem tribubus, quas auulsas per Achiam prophetam collocauerat apud Samariam Hieroboam. sed et alias semper sibi placentes erant Samaritani de montibus et puteis patrum, sicut in euangelio Iohannis Samaritana illa in conloquio domini apud puteum: ne tu maior sis? et cetera; et rursus: patres nostri in isto monte adorauerunt, et uos dicitis, quia Hierosolymis oportet adorare. itaque [qui] et per Esaiam 'uae' qui dixerat eis, qui confiderent in monte Samariae, iam et ipse eam restituere dignatus, de industria iubet ostendere se sacerdotibus, — utique qui non erant nisi ubi et templum, subiciens Samaritam Iudaeo, quoniam ex Iudaeis salus, licet Israhelitae et Samaritae; tota enim promissio tribui Iudae [Christus] fuit — ut scirent Hierosolymis esse et sacerdotes et templum et matricem religionis et fontem, non puteum salutis. et ideo, ut uidit agnouisse illos legem Hierosolymis expungendam, ex fide iam iustificandos sine legis ordine remediauit. unde et unum illum solutum ex decem memorem diuinae gratiae Samariten miratus non mandat offerre munus ex lege, quia satis iam obtulerat gloriam deo reddens, hoc et domino uolente interpretari legem. et tamen cui deo gratiam reddidit Samarites, quando nec Israhelites alium deum usque adhuc didicisset? cui alii quam cui omnes retro remediati a Christo?

3] cf. Luc. 17, 11. 4] cf. Luc. 17, 16. 4—7] cf. III Reg. 11, 29—39. 9] Ioh. 4, 12. 10] Ioh. 4, 20. 12] cf. Am. 6, 1. 16] cf. Ioh. 4, 22. 17] cf. Gen. 49, 9—10. 23] cf. Luc. 17, 19. 24] cf. Luc. 17, 18.

1 neman *MF*, Naaman *Ruulgo* 2 credit id *Eng:* credidit *MR* 5 scisma *MF* nouem *MR*, decem *Pam* 9 ne *MR*, nae *Pam* 10 sis. et *uulgo* 11 hierusolymis *M* 12 qui *seclusi* Esaiam *MR*, Amos *Pam* uae qui *MR*[1], uae *R*[3] 13 dixerat *scripsi:* dixerit *MR* confiderent *Lat:* confident *MR* 14 ipse eam *scripsi:* ipsam *MR* 16 samaritani *M* 17 Samaritanae *Rig* 18 Christus *seclusi: est interpretamentum uerborum* tota enim promissio hierolysimis *M* 20 illos legem *M*, legem illos *R* 27 retro remediati *M*, remediati retro *Ruulgo*

et ideo: fides tua te saluum fecit, audiit, quia intellexerat ueram se deo omnipotenti oblationem, gratiarum scilicet actionem, apud uerum templum et uerum pontificem eius Christum facere debere. Sed nec Pharisaei possunt uideri de alterius dei regno consuluisse dominum, quando uenturum sit, quamdiu alius a Christo editus deus non erat. nec ille de alterius regno respondisse quam de cuius consulebatur. non uenit, inquit, regnum dei cum obseruatione nec dicunt: ecce hic, ecce illic; ecce enim regnum dei intra uos est. quis non ita interpretabitur 'intra uos est', id est in manu, in potestate uestra, si audiatis, si faciatis dei praeceptum? quodsi in praecepto est dei regnum, propone igitur contra, secundum nostras antithesîs, Moysen, et una sententia est. praeceptum, inquit, excelsum non est nec longe a te. non in caelo est, ut dicas: quis ascendet in caelum et deponet nobis illud et auditum illud faciemus? nec ultra mare est, ut dicas: quis transfretabit et sumet illud nobis et auditum illud faciemus? prope te est uerbum, in ore tuo et in corde tuo et in manibus tuis facere illud, hoc erit: 'non hic nec illic; ecce enim intra uos est regnum dei.' et ne argumentetur audacia haeretica de regno creatoris, de quo consulebatur, non de suo respondisse eis dominum, sequentia obsistunt. dicens enim filium hominis ante multa pati et reprobari oportere ante aduentum 'suum', in quo et regnum substantialiter reuelabitur, suum ostendit et regnum, de quo responderat, quod passiones et reprobationes ipsius expectabat. reprobari autem habens et postea agnosci et adsumi et extolli, etiam ipsum uerbum 'reprobari' inde decerpsit, ubi in lapidis aenigmate utraque reuelatio eius apud Dauid cane-

1] Luc. 17, 19. 7] Luc. 17, 20—21. 14] Deut. 30, 11—14. 21] cf. Luc. 17, 21. 24] cf. Luc. 17, 25.

1 et *om. Gel* 15 in caelo est *MR.* est in caelo *Pam* 16 ascendet *Pam:* ascendit *MR* 26 reuelabitur *R*, reuelabatur *M* 29 cerpsit *M*

batur, prima recusabilis, secunda honorabilis. lapis, inquit, quem reprobauerunt aedificantes, iste factus est in caput anguli; a domino factum est hoc. uanum enim, si credimus deum de contumelia aut gloria silicis alicuius praedicasse, ut non eum portenderet et in lapidis, quem et in petrae et in montis figura portenderat. Sed si de suo loquitur aduentu, cur eum diebus Noë et Loth comparat tetris et atrocibus deus mitis et lenis? cur admonet meminisse uxoris Loth, quae praeceptum creatoris non impune contempsit, si non cum iudicio ueniet uindicandorum praeceptorum suorum? etiam si uindicat, ut et ille, si iudicat, me non debuit per eius documenta formare, quem destruit, ne ille me formare uideatur. si uero et hic non de suo loquitur aduentu sed de Iudaei Christi, expectemus etiamnunc, ne quid de suo praedicet, ill⟨ius ill⟩um interim esse credentes, quem omni loco praedicat.

36. Nam et orandi perseuerantiam et instantiam mandans parabolam iudicis ponit coacti audire uiduam instantia et perseuerantia interpellationum eius. ergo iudicem deum ostendit orandum, non se, si non ipse est iudex. sed ⟨et⟩ subiunxit facturum deum uindictam electorum suorum. si ergo ipse erit uindex qui et iudex, [si] creatorem ergo meliorem deum probauit, quem electorum suorum clamantium ad eum die et nocte uindicem ostendit. et tamen, cum templum creatoris inducit et duos adorantes diuersa mente describit, Pharisaeum in superbia, publicanum in humilitate, ideoque alterum reprobatum, alterum iustificatum descendisse, utique docendo, qua

1] Ps. 117, 22—23. 6] cf. Exod. 17, 6. cf. I Cor. 10, 4. cf. Es. 2, 2—3; Es. 28, 16. cf. Luc. 17, 26—32. 8] cf. Luc. 17, 32. 16] cf. Luc. 18, 1—8. 19] cf. Luc. 18, 7—8. 22] cf. ib. 23] cf. Luc. 18, 9—14.

4 credimus *scripsi:* credidimus *MR* silicis *scripsi:* scilicet *MR* 5 ut non *Gel* (*cf. locum simillimum 591, 12—14*): non ut *MR* et in lapidis, quem *scripsi:* quem et in lapidis *MR* 6 portenderat *MR*, portenderet *Gel* 8 mitis et lenis *M*, lenis et mitis *F*, et lenis et mitis *R uulgo* 10 (cum *s. u. a m.1*) *M* ueniet *Eng:* uenit *MR* 11 ut *om. M* iudicat me, non *uulgo* 15 ill⟨ius ill⟩um *scripsi:* illum *MR* 17 instantia *R*, instantiam *MF* 18 perseuerantia *R*, perseuerantiam *MF* 19 et *addidi* 21 uindex qui et iudex *scripsi:* iudex qui et uindex *MR* si *secl.* R^3 22 ac nocte *Gel* 23 et tamen = *u. jedenfalls, ut uidetur*

disciplina sit orandum, eum et hic orandum constituit, a quo relaturi essent iam orandi disciplinam, siue reprobatricem superbiae siue iustificatricem humilitatis. alterius dei nec templum nec oratores nec iudicium inuenio penes Christum, nisi creatoris: illum iubet adorare in humilitate, ut adleuatorem humilium, non in superbia, ut destructorem superborum. quem alium adorandum mihi ostendit? qua disciplina? qua spe? neminem, opinor. nam et quam docuit orationem creatori probauimus conuenire. aliud est, si etiam adorari, qua deus optimus et ultro bonus, non uult. 'Sed quis optimus nisi unus, inquit, deus'? non quasi ex duobus diis unum optimum ostenderit, sed 'unum' esse optimum deum solum, qui sic unus sit optimus, qua solus deus. et utique optimus qui pluit super iustos et iniustos et solem suum oriri facit super bonos et malos, sustinens et alens et iuuans etiam Marcionitas. Denique interrogatus ab illo quodam: praeceptor optime, quid faciens uitam aeternam possidebo? de praeceptis creatoris an ea sciret, id est faceret, expostulauit, ad contestandum praeceptis creatoris uitam adquiri sempiternam, cumque ille principaliora quaeque adfirmasset obseruasse se ab adolescentia: unum, inquit, tibi deest: omnia, quaecumque habes, uende et da pauperibus, et habebis thesaurum in caelo, et ueni, sequere me. age, Marcion, omnesque iam 'commiserones' et 'coodibiles' eius haeretici, quid audebitis dicere? resciditne Christus priora praecepta non occidendi non adulterandi non furandi non falsum testandi diligendi patrem et matrem, an et illa seruauit et quod deerat adiecit, — quamquam et hoc praeceptum largi-

5] cf. Ps. 112, 7; I Reg. 2, 8. 6] cf. Es. 13, 11. 11] Luc. 18, 19. 13] Matth. 5, 45. 16] Luc. 18, 18. 18] cf. Luc. 18, 20. 21] Luc. 18, 22. 24] cf. huius libri cap. 9 (440, 25) 26—27] cf. Exod. 20, 12—16.

2 iam *MR*[1], eam *R*[3] *uulgo* 3 iustificatricem *R*[3], iustificationem *MR*[1] 9 qua *R*[3], quam *MR*[1] 13 qua *R*[3], quam *MR*[1] 18 praeceptis *R*[3], praeceptoris *MR*[1] 20 cumque ille *R*[3], cumque illi *MF*, quique illum *R*[1] 24 commisserones *M* 27 an et *R*[3], ante et *MR*[1] 28 *parenthesin indicaui* largitionem (ti *s. u. a m. 1*) *M*

tionis in egenos ubique diffusum sit in lege et prophetis — uti gloriosissimus ille obseruator praeceptorum pecuniam multo cariorem habiturus traduceretur? saluum est igitur et hic euangelio: non ueni dissoluere legem et prophetas, sed potius adimplere. simul et cetera dubitatione liberauit manifestando unius esse et 'dei' nomen et 'optimi', et 'uitam aeternam' et 'thesaurum in caelo', et semetipsum cuius praecepta supplendo et conseruauit et auxit, secundum Micheam quoque hoc loco recognoscendus dicentem: si adnuntiauit tibi homo, quid bonum? aut quid a te dominus exquirit quam facere iudicium diligere misericordiam et paratum esse sequi dominum deum tuum? et 'homo' enim Christus adnuntians, quid sit bonum: scientiam legis: praecepta, inquit, scis; 'facere iudicium': uende, inquit, quae habes; 'diligere misericordiam': et da, inquit, egenis; 'paratum esse [inquit] ire cum domino': et ueni, inquit, sequere me. Tam distincta fuit a primordio Iudaea gens per tribus et populos et familias et domos, ut nemo facile ignorari de genere potuisset, uel de recentibus Augustianis censibus adhuc tunc fortasse pendentibus. Iesus autem Marcionis, — et ⟨si⟩ natus non dubitaretur qui homo uidebatur — utique, qua non natus, nullam potuerat generis sui in publico habuisse notitiam, sed erat unus aliqui deputandus ex his, qui quo⟨quo⟩ modo ignoti habebantur. cum igitur praetereuntem

4] Matth. 5, 17. 6] cf. Luc. 18, 7. cf. Luc. 18, 19. cf. Luc. 18, 18. 7] cf. Luc. 18, 22. 9—16] Mich. 6, 8. 14—17] Luc. 18, 20—22. 17] cf. Luc. 18, 35—43.

2 multo R^3, multam MR^1 3 saluum (*in ras. a m. 1*) *M* hic euangelio *M* (*cf. 456, 9 et 444, 8—12*), hoc in euangelio *R* 7 cuius = (*eius,*) *cuius, si integer est locus; sed uerisimilius est intercidisse uerba* ⟨eius dei Christum⟩, *ita ut aberrauerit oculus librarii a siglo* ipū *ad simile* xpū 9 quoque hoc quoque *M* (*corr. in* loco *s. u. m. 1*) 10 tibi, homo, quid *uulgo* (*sed cf. l. 12*) bonum, aut *uulgo* 12 dominum *M* (*in mg. add. m. 1*) 13 adnuntians (*scil.* est) 15 diligere *Pam:* dilige *MR* 16 inquit *secl.* R^3 domino *MR*, deo *Pam* 18 populos = δήμους 19 potuisset R^3, potuit sed MR^1 20 adhuc tunc *cf.* adhuc proxime *25, 18* adhunc *M* 21 et⟨si⟩ *scripsi:* et *MR* 23 his *M*, hiis *F*, iis *R uulgo* 24 quo⟨quo⟩ *Urs:* quo *MR*, quo⟨dam⟩ *Eng*

illum caecus audisset, cur exclamauit: Iesu, fili Dauid, miserere mei, nisi quia filius Dauid, ⟨id⟩ est ex familia Dauid, non temere deputabatur per matrem et fratres, qui aliquando, ex notitia utique, adnuntiati ei fuerant? 'sed antecedentes increpabant caecum, uti taceret'. merito, quoniam quidem uociferabatur, non quia de Dauid filio mentiebatur. aut doce increpantes illos scisse, quod Iesus non esset filius Dauid, ut idcirco silentium caeco indixisse credantur. sed et si doceres, facilius illos ignorasse praesumeres quam dominum falsam in se praedicationem sustinere potuisse. 'sed patiens dominus'. non tamen confirmator erroris. immo etiam detector creatoris ut non prius hanc caecitatem hominis illius enubilasset, ne ultra Iesum filium Dauid existimaret? atquin, ne patientiam eius infamaretis nec ullam rationem dissimulationis illi adfigeretis, [ne filium Dauid negaretis] manifestissime confirmauit caeci praedicationem et ipsa remuneratione medicinae et testimonio fidei: fides, inquit, tua te saluum fecit. quid uis caecum credidisse? ab alio deo descendisse Iesum ad detectionem creatoris, ad destructionem legis et prophetarum? non illum esse, qui ex radice Iesse et ex fructu lumborum Dauid destinabatur, caecorum quoque remunerator? sed nondum, puto, eiusmodi tunc caeci erant qualis Marcion, ut haec fuerit caeci illius fides, qua crediderit in uoce: Iesu, fili Dauid. qui hoc se et cognouit et cognosci ab omnibus uoluit fidem hominis, etsi melius oculatam, etsi ueri luminis compotem, exteriore quoque uisione donauit, ut et nos regulam simulque mercedem fidei disceremus: qui uult uidere, Iesum

1] Luc. 18, 38. 3] cf. Luc. 8, 20. 4] cf. Luc. 18, 38. 16] cf. Luc. 18, 42—43. 17] Luc. 18, 42. 20] cf. Es. 11, 1. cf. III Reg. 8, 19. 21] cf. Ps. 145, 8.

2 id *add.* R^3, *om.* MR^1 9 praesumeres *scripsi:* praesumeret MR^1, praesumeretur R^3 falsam R^3, palam MR^1 11 erroris, immo *uulgo* creatoris, ut *uulgo* 13 existimaret. atquin *uulgo* 15 ne—negaretis *seclusi* ne *MR*, nec *Pam* 18 alio *Urs:* illo *MR* 19 deiectionem *Urs* 21 remuneratorem *Iun* 23 qua *R*, quia *MF* 25 occulatam *M* 27 simulque R^3, simulquam *MF* uidere Iesum Dauid filium, credat *uulgo*

Dauid filium credat per uirginis censum; qui non ita credet, non audiet ab illo: fides tua te saluum fecit, atque ita caecus remanebit, ruens in antithesin, ruentem et ipsam ⟨in⟩ antithesin. sic enim caecus caecum deducere solet. nam si, ⟨quia⟩ aliquando Dauid in recuperatione Sionis offenderant caeci, resistentes quominus admitteretur, — in figuram populi proinde caeci, non admissuri quandoque Christum filium Dauid — ideo Christus ex diuerso caeco subuenit, ut hinc se ostenderet non esse filium Dauid, ut ex animi diuersitate bonus caecis, quos ille iusserat caedi, id cur fidei et quidem prauae praestitisse se dixit? atquin et hoc 'filius Dauid' ⟨dat⟩ antithesin de suo retundendam. nam quia Dauid offenderant caeci, nunc uero eiusdem † carnis homo supplicem se obtulerat filio Dauid, idcirco ei satisfacienti quodammodo placatus filius Dauid restituit lumina cum testimonio fidei, qua hoc ipsum crediderat exorandum sibi esse filium Dauid. et tamen Dauid audacia hominum, puto, offenderat, non ualitudo.

37. Consequitur et Zacchei domus salutem. quo merito? numquid uel ille crediderat Christum a ⟨deo⟩ Marcionis uenisse? atquin adhuc in auribus erat omnium uox illa caeci: miserere mei, Iesu, fili Dauid, et: omnis populus laudes referebant deo, non Marcionis, sed Dauid. enimuero Zaccheus, etsi allophylus, fortasse tamen aliqua notitia scripturarum ex commercio Iudaico adflatus, — plus est autem, ⟨si⟩ et ignorans

4] cf. II Reg. 5, 6—8. 18] cf. Luc. 19, 1—10. 20] Luc. 18, 38. 21] Luc. 18, 43.

4 ipsam ⟨in⟩ antithesin (*scil. aduersarii Tertulliani cf. l. 11*) *Eng:* in *om. MR* 5 quia *addidi* dauid *M*, Dauidem *R*, dauid est *F* recuperatione *R*, recuperatione est *M* 9 ut *Oehlerus*, et *MR*, *deleri uult Eng* 10 caedi, id *scripsi:* caedi. et *MR*, caedi? et *Eng, non probans quod supra suppleui* quia et quidem *MR*, equidem *Oehlerus* 11 dat *addidi* 12 quia *scripsi:* qui *MR*, et qui *Gel reliqui* caeci; nunc *uulgo* 13 condicionis *fort.*, indecoris *R*[3], *defendit* carnis *Eng, alludi hic putans ad II Reg. 5, 1, quod mihi quidem probabile non uidetur* (*cf. l. 16—17*) Dauid. idcirco *uulgo* 17 offenderat *MF*, offenderit *R uulgo* 18 zachaei *MR* 19 a ⟨deo⟩ Marcionis *scripsi:* a Marcione *MR* 21 mei *om. M* referebat *Pam* 22 Zachaeus *R uulgo* 24 *parenthesin indicaui* ⟨si⟩ et *R*[3] (*in notis*): et *MR*[1]

Esaiam — praecepta eius impleuerat: confringito, inquit, panem tuum esurienti et non habentes tectum in domum tuam inducito — hoc cum maxime agebat, exceptum domo sua pascens dominum — et nudum si uideris, contegito; hoc cum maxime promittebat, in omnia misericordiae opera dimidium substantiae offerens, dissoluens uiolentiorum contractuum obnexus et dimittens conflictatos in laxamentum et omnem conscriptionem iniquam dissipans dicendo: et si cui quid per calumniam eripui, quadruplum reddo. itaque dominus: hodie, inquit, salus huic domui. testimonium dixit salutaria esse quae praeceperat prophetes creatoris. cum uero dicit: uenit enim filius hominis saluum facere quod periit, iam non contendo eum uenisse, ut saluum faceret quod perierat cuius fuerat et cui perierat quod saluum uenerat facere, sed in alterius quaestionis gradum dirigo. de homine agi nulla dubitatio est. hic cum ex duabus substantiis constet, ex corpore et anima, quaerendum est, ex qua substantiae specie perisse uideatur. si ex corpore, ergo corpus perierat, anima non. quod perierat saluum facit filius hominis: habet igitur et caro salutem. si ex anima perierat, animae perditio saluti destinatur: caro, quae non periit, salua est. si totus homo perierat ex utraque substantia, totus homo saluus fiat necesse est, et elisa est sententia haereticorum negantium carnis salutem. iam et Christus creatoris confirmatur, qui secundum creatorem totius hominis salutem pollicebatur. Seruorum quoque parabola, qui secundum rationem feneratae pecuniae dominicae diiudicantur, iudicem ostendit deum ⟨tuum⟩ etiam ex parte seueritatis, non tantum onerantem uerum et auferentem

1—4] Es. 58, 7. 3] cf. Luc. 19, 6. 5] cf. Luc. 19, 8. 6] cf. Es. 58, 9. 7] cf. Es. 58, 10. 8] Luc. 19, 8. 10] Luc. 19, 9. 12] Luc. 19, 10. 25] cf. Luc. 19, 11—27. 28] cf. Luc. 19, 22—23. cf. Luc. 19, 26.

5 promebat *susp. Eng* 6 contractuum *Pam:* contractum *MR* 7 obnexus *MN Pam:* obnoxiis R^{1}, obnoxios R^{3} 13 perit *M* 18 perisse *MF*, periisse *R uulgo* 21 periit (i *s. u. a m. 1*) *M* salua (a *ex* ū *a m. 2*) *M* 26 peccuniae *M* tuum *addidi* (*cf. 549, 1*) 28 onerantem (= *criminantem*) *scripsi:* honorantem *MR*

quod quis uideatur habuisse. aut si et haec creatorem finxerit, 'austerum, tollentem quod non posuerit et metentem quod non seuerit,' hic quoque me ille instruit, cuius pecuniam ut fenerem edocet.

38. Sciebat Christus, baptisma Iohannis unde esset. et cur quasi nesciens interrogabat? sciebat non responsuros sibi Pharisaeos. et cur frustra interrogabat? an, ut ex ore ipsorum iudicaret illos uel ex corde? refer ergo et haec ad excusationem creatoris et ad comparationem Christi, et considera iam, quid secuturum esset, si quid Pharisaei ad interrogationem renuntiassent. puta illos renuntiasse humanum Iohannis baptisma: statim lapidibus elisi fuissent. existeret aliqui Marcion aduersus Marcionem, qui diceret: o deum optimum, o deum diuersum a creatoris exemplis! sciens praeceps ituros homines ipse illos in praerupium imposuit. sic enim et de creatore in arboris lege tractatur. 'sed de caelis fuit baptisma Iohannis'. et quare, inquit Christus, non credidistis ei? ergo qui credi uoluerat Iohanni, increpaturus quod non credidissent, eius erat, cuius sacramentum Iohannes administrabat. certe nolentibus renuntiare, quid saperent, cum et ipse uicem opponit: et ego non dico uobis, in qua uirtute haec facio, malum malo reddidit. Reddite quae Caesaris Caesari, et quae sunt dei deo. quae erunt dei, quae similia sint denario Caesaris? imago scilicet et similitudo eius. hominem igitur reddi iubet creatori, in cuius imagine et similitudine et nomine et materia expressus est. quaerat sibi monetam deus Marcionis, Christus denarium hominis suo Caesari iubet reddi. non alieno; nisi quod necesse est, *** qui suum denarium non habet. Iusta et digna praescriptio est in omni quaestione ad propositum interrogationis pertinere debere sensum responsionis. ceterum

1] cf. Luc. 19, 21—22. 4] cf. Luc. 20, 1—8. 10] cf. Luc. 20, 6. 15] cf. Luc. 20, 5. 16] Luc. 20, 5. 19] Luc. 20, 8. 21] cf. Luc. 20, 20—26. Luc. 20, 25.

1 haec *M*, hic *R uulgo* 3 edocet *scil.* parabola (*Eng*) 6 an *supple mente:* interrogabat 8 ad comparationem Christi (*scil. tui cum creatore*) 11 aliqui *MF*, aliquis *R* 12 o deum optimum *om. M* 14 praeruptum R^3 20 <pro> malo reddit *Rig* 21 sunt *fort. delendum* 22 dei? quae *uulgo* sint *MF*, sunt *R uulgo* 27 *lacunam signaui:* mutuetur ab alio *intercidisse puto* qui *R*, quid *MF*

aliud consulenti aliud respondere dementis est, quo magis absit a Christo quod ne homini quidem conuenit. Saducaei, resurrectionis negatores, de ea habentes interrogationem proposuerant domino ex lege materiam mulieris, quae septem fratribus ex ordine defunctis secundum praeceptum legale nupsisset, cuius uiri deputanda esset in resurrectione. haec fuit materia quaestionis, haec substantia consultationis; ad hoc respondisse Christum necesse est. neminem timuit, ut quaestiones aut declinasse uideatur aut per occasionem earum quod alias palam non docebat subostendisse. respondit igitur huius quidem aeui filios nubere, — uides quam pertinenter ad causam, quia de aeuo uenturo quaerebatur, in quo neminem nubere definiturus praestruxit hic quidem nubi, ubi sit et mori — quos uero dignatus sit deus illius aeui possessione et resurrectione a mortuis neque nubere neque nubi, quia nec morituri iam sint, cum similes angelorum sint dei, resurrectionis filii facti. cum igitur sensus responsionis non ad aliud sit dirigendus quam ad propositum interrogationis, si hoc sensu responsionis propositum absoluitur interrogationis, non aliud responsio domini sapit quam quo quaestio absoluitur: habes et tempora permissarum et negatarum nuptiarum, non ex sua propria, sed ex resurrectionis quaestione, habes et ipsius resurrectionis confirmationem et totum quod Saducaei sciscitabantur, non de alio deo interrogantes nec de proprio nuptiarum iure quaerentes. quodsi ad ea facis respondisse Christum, de quibus non est consultus, negas eum de quibus interrogatus est respondere potuisse, Saducaeorum scilicet

2] cf. Luc. 20, 27—33. 5] cf. Deut. 25, 5—10. 11] cf. Luc. 22, 34. 14—17] cf. Luc. 20, 35—36. 16] cf. Matth. 22, 30. Luc. 20, 36.

2 saducaei *MF*, Sadducaei *R uulgo* 3 resurrectionis (i *ex* e *a m. 1*) *M* 11 *parenthesin indicaui* 16 sint (*altero loco*) *MF*, fiant *R uulgo* sint <et filii> dei *fort.* (*cf. Luc. 20, 36*) resurrectionis *MR*, <et> resurrectionis *Gel uulgo* 17 fili *M* sensus R^3, census MR^1 19 sensu R^3, censu MR^1 responsio *Oehlerus* 20 ad aliud R^1 23 saducaei *MF*, Sadducaei R^3 *uulgo* 25 respondisse *MF*, respondere *R uulgo*

sapientia captum. ex abundanti nunc et post praescriptionem retractabo aduersus argumentationes cohaerentes. nacti enim scripturae textum: quos autem dignatus est deus illius aeui ita in legendo decurrunt, ⟨ut 'illius aeui'⟩ 'deo' adiungant, quo alium deum faciant illius aeui, cum sic legi oportet: quos autem dignatus est deus, ut facta hic distinctione post 'deum' ad sequentia pertineat 'illius aeui', id est: quos dignatus sit deus illius aeui possessione et resurrectione. non enim de deo, sed de statu illius aeui consulebatur, cuius uxor futura esset post resurrectionem in illo aeuo. sic et de ipsis nuptiis responsum subuertunt, ut 'filii huius aeui nubunt et nubuntur' de hominibus dictum sit creatoris nuptias permittentis, se autem, quos deus illius aeui, alter scilicet, dignatus sit resurrectione, iam et hic non nubere, quia non sint filii huius aeui. ***, quando de nuptiis illius aeui consultus, non de huius, eas negauerit, de quibus consulebatur. itaque qui ipsam uim et uocis et pronuntiationis et distinctionis exceperant nihil aliud senserunt, quam quod ad materiam consultationis pertinebat, atque adeo scribae: magister, inquiunt, bene dixisti. confirmauerat enim [per] resurrectionem, formam eius edendo aduersus Saducaeorum opinionem. denique testimonium eorum, qui ita eum respondisse praesumpserant, non recusauit. Si autem scribae Christum filium Dauid existimabant, ipse autem Dauid dominum eum appellat, quid hoc ad Christum non Dauid? errorem scribarum obtundebat? ⟨non.⟩ sed honorem

3] Luc. 20, 35. 11] Luc. 20, 34. 19] Luc. 20, 39. 23] cf. Luc. 20, 41—44. 24] cf. Ps. 109, 1.

4 *uerba* ita—decurrunt, *quae in MR paulo supra post* textum *leguntur, huc transtuli* decurrunt *scripsi:* decucurrerunt *MR* ⟨ut illius aeui⟩ deo *scripsi:* ⟨illius aeui⟩ deo R^3 *uulgo,* deo MR^1 adiungant *M*, adiungat R^1, adiungunt R^3 *uulgo* 5 faciant MR^3, faciunt R^1 oportet MR^1, oporteat R^3 *uulgo* 12 nubuntur R^3, nubentur MR^1 15 *lacunam signaui:* atquin non potest uideri respondisse dominus de nuptiis huius aeui *uel similia intercidisse puto, Eng non statuens lacunam sic uult restitui:* quando ... eas negauerat, de quibus ⟨non⟩ consulebatur? 16 negauerit *scripsi:* negauerat *MR* 20 per *secl.* R^3 25 ad Christum non Dauid? *scripsi:* ad Christum? non Dauid *uulgo* obtundebat? ⟨non⟩ sed *scripsi:* obtundebat, sed *MR*

Christo Dauid procurabat, quem Christum dominum magis quam filium Dauid confirmabat, quod non congrueret destructori creatoris. at ex nostra parte quam conueniens interpretatio! nam qui olim a caeco illo 'filius Dauid' fuerat inuocatus, quod tunc reticuit non habens in praesentia scribas, nunc ultro coram eis de industria protulit, ut se, quem caecus secundum scribarum doctrinam filium tantum Dauid praedicarat, dominum quoque eius ostenderet, remunerata quidem fide caeci, qua filium Dauid crediderat [in] illum, pulsata uero traditione scribarum, qua non et dominum eum norant. quodcumque ad gloriam spectaret Christi creatoris sic non alius tueretur, quam Christus creatoris.

39. Olim constitit de nominum proprietate, ei illam *, qui prior et Christum suum in homines adnuntiarit et Iesum transnominarit. constabit itaque et de impudentia eius, qui multos dicat uenturos in nomine ipsius, quod non sit ipsius, si non Christus et Iesus creatoris est, ad quem proprietas nominum pertinet, amplius et prohibeat eos recipi, quorum et ipse par sit, ut qui proinde in nomine uenit alieno: si non, ipsius erat a mendacio nominis praeuenire discipulos, qui per proprietatem nominis possidebat ueritatem eius. uenient denique illi dicentes: ego sum Christus: recipies eos, qui consimilem recepisti; nec hic enim in nomine suo uenit. quid nunc? quando et ipse ueniet nominum dominus, Christus et Iesus creatoris, reicies illum? et quam iniquum, quam iniustum et optimo deo indignum, ut non recipias eum in suo nomine

4] cf. Luc. 18, 38. 16] cf. Luc. 21, 8. 18] cf. ib. 22] Luc. 21, 8.

1 Christum dominum *scripsi:* dominum Christum MR^1, Christum *del.* R^3 4 qui olim a R, quia olim M 8 fide R^3, fidem MR^1 9 in *secl.* R^3 eruditione scribarum *susp. Eng* 11 sic R, sit M 13 competere *suppl. Urs:* ⟨esse⟩ ei illam *Eng*, deberi illam *Oehlerus* 14 adnuntiarit—transnominarit *scripsi:* adnuntiaret—transnominaret MR 19 ut qui MR^3G, utique et R^1 alieno: si non, (= εἰ δὲ μή *Graecorum; supple mente:* constabit — *id est constare uis* — de impudentia illius) ipsius erat *scripsi:* alieno, si non ipsius erat *uulgo* 23 nec *scripsi:* et MR nomine *om.* M 24 quando *Eng:* quod MR Christus et *om.* R^1 26 suo nomine MR, nomine suo *Gel reliqui*

uenientem, qui alium in nomine eius recepisti! Videamus et quae signa temporibus imponat: bella, opinor, et regnum super regnum et gentem super gentem et pestem et fames terraeque motus et formidines et prodigia de caelo, quae omnia seuero et atroci deo congruunt. haec cum adicit etiam oportere fieri, quem se praestat? destructorem an probatorem creatoris? cuius dispositiones confirmat impleri oportere, quas ut optimus tam tristes quam atroces abstulisset potius quam constituisset, si non ipsius fuissent. ante haec autem persecutiones eis praedicat et passiones euenturas, in martyrium utique et in salutem. accipe praedicatum in Zacharia: dominus, inquit, omnipotens proteget eos et consument illos, et lapidabunt lapidibus fundae et bibent sanguinem illorum uelut uinum et replebunt pateras quasi altaris, et saluos eos faciet dominus illo die uelut oues, populum suum, quia lapides sancti uolutant. et ne putes haec in passiones praedicari, quae illos tot bellorum nomine ab allophylis manebant, respice ad species. nemo in praedicatione bellorum legitimis armis debellandorum lapidationem enumerat popularibus coetibus magis et inermi tumultui familiarem; nemo tanta in bello sanguinis flumina paterarum capacitate metitur aut unius altaris cruentationi adaequat; nemo oues appellat eos, qui in bello armati et ipsi ex eadem feritate certantes cadunt, sed qui in sua proprietate atque patientia dedentes potius semetipsos quam uindicantes trucidantur. denique: quia lapides, inquit, sancti uolutant, non 'quia milites pugnant'. lapides enim sunt et fundamenta, super quae nos aedificamur, exstructi secundum Paulum super fundamenta apostolorum, qui lapides sancti oppositi omnium offensui

2] cf. Luc. 21, 9—11. 5] cf. Luc. 21, 9. 9] cf. Luc. 21, 12. 11] Zach. 9, 15—16. 26] Zach. 9, 16. 27] cf. Eph. 2, 20.

1 alienum *Gel* 2 imponat *R*, imponant *MF* 10 euenturas *M*, uenturas *R uulgo* 11 accipe *R*, accipere *MF* in * zacharia *M* 16 quia *Pam:* qui *MR* 26 quia *Pam:* qui *MR* 28 fundamentum *Oehlerus*

uolutant. et hic igitur ipse cogitari uetat, quid responderi oporteat apud tribunalia, qui et Balaae quod non cogitauerat, immo contra quam cogitauerat suggessit et Moysi causato linguae tarditatem os repromisit. et sapientiam ipsam, cui nemo resistet, per Esaiam demonstrauit: hic dicet: ego dei sum, et ⟨hic⟩ clamabit: in nomine Iacob, et alius inscribetur in nomine Israhelis. quid enim sapientius et incontradicibilius confessione simplici et exerta in martyris nomine, 'cum deo inualescentis,' quod est interpretatio Israhelis? nec mirum, si is cohibuit praecogitationem, qui et ipse a patre excepit pronuntiandi tempestiue sumministrationem: dominus mihi dat linguam disciplinae, ** quando debeam proferre sermonem, nisi Marcion Christum non subiectum patri infert. a proximis quoque persecutiones et nominis, ex odio utique, blasphemiam praedicatam non debeo rursus ostendere. sed per tolerantiam, inquit, saluos facietis uosmetipsos, de qua scilicet psalmus: tolerantia iustorum non periet in finem, quia et alibi: honorabilis mors iustorum, ex tolerantia sine dubio, quia et Zacharias: corona autem erit eis, qui tolerauerint. sed ne audeas argumentari apostolos ut alterius dei praecones a Iudaeis uexatos, memento prophetas quoque, eadem a Iudaeis passos, tamen non alterius dei apo-

1] cf. Luc. 21, 14. 2] cf. Num. cap. 22—24. 4] cf. Exod. 4, 10—12. cf. Luc. 21, 15. 5] Es. 44, 5. 9] cf. Gen. 32, 28. 11] Es. 50, 4. 14] cf. Luc. 21, 16—17. 16] Luc. 21, 19. 17] Ps. 9, 19. 18] Ps. 115, 6. 19] Zach. 6, 14.

1 uolutant *Eng:* uolutabant *MR* et hic igitur *scil. quia in antecedentibus de patientia a seruis domini praestanda erat sermo* cogitari uetat *M*, uetat cogitari *R* 2 balaae *M*, Balae *R*, Balaam *Pam* 5 resistet *M*, resisteret *R* dicet R^3, dicent MR^1 6 hic *addidi* 7 inscribet *susp. Eng* (*sed* martyr 'inualescens cum domino' [= *Israel*] *inscribitur nomine* 'Israhelis') 8 incontradocibilius *M* in martyris nomine: *memento nomen* μάρτυρος *sapere* confessorem (*Eng*) 10 a patre ipse *M* 12 *lacunam signaui:* ut sciam *intercidit* (*cf. 563, 21*) *uel* ad cognoscendum (*cf. 268, 15*) 15 rursus R^3, usus MR^1 16 tollerantiam *M* 17 tolerantia *MF*, tolerantia, inquit *R uulgo* peribit *Rig*

stolos fuisse quam creatoris. sed monstrato dehinc tempore excidii, cum coepisset uallari exercitibus Hierusalem, signa iam ultimi finis enarrat: solis et lunae siderumque prodigia et in terra angustias nationum obstupescentium uelut a sonitu maris fluctuantis pro expectatione imminentium orbi malorum. quod et ipsae uires caelorum concuti habeant, accipe Iohelem: et dabo prodigia in caelo et in terra sanguinem et ignem et fumi uaporem: sol conuertetur in tenebras et in sanguinem luna, priusquam adueniat dies magnus et inlustris domini. habes et Abacuc: fluminibus disrumpetur terra, uidebunt te et parturient populi: dispergens aquas gressu dedit abyssus sonum suum, sublimitas timoris eius elata est: sol et luna constitit in suo ordine, in lucem coruscationes tuae ibunt, in fulgorem fulgur, scutum tuum: in comminatione tua diminues terram et in indignatione tua depones nationes. conueniunt, opinor, et domini pronuntiationes et prophetarum de concussionibus mundi et orbis, elementorum et nationum. post haec quid dominus? et tunc uidebunt filium hominis uenientem de caelis cum plurima uirtute. cum autem haec fient, erigetis uos et leuabitis capita, quoniam adpropinquabit redemptio uestra, in tempore scilicet regni, de quo subiecta erit ipsa parabola. sic et uos, cum uideritis omnia haec fieri, scitote adpropinquasse regnum dei. hic erit dies magnus domini

1] cf. Luc. 21, 20. 3—5] cf. Luc. 21, 25—26. 7] Ioel 2, 30—31. 10] Hab. 3, 9—12. 19] Luc. 21, 27—28. 23] cf. Luc. 21, 29—30. 24] Luc. 21, 31. 25] cf. Ioel 2, 31.

2 excidii cum R^3, excidium *MR^1* coepisset R^3, coepisse *MR^1* ⟨circum⟩uallari (= κυκλουμένην) *fort.* 3 ultimi R^3, ultimus *MR^1* 4 in terra *Gel:* inter *MR* 5 prae *Leopoldus* 7 progia (di *s. u. a m. 1*) *M* 11 dispergens (σκορπίζων) *MR^1*, dispergent R^3, disperges *Pam* 14 coruscationes *M* 15 fulgur *MR^1*, fulgor R^3 22 adpropinquabit *MR*, appropinquauit *N Pam* 23 subiecta erit *R*, subiectarit *MF* 24 sic *R*, si *MF*

et inlustris uenientis de caelis filii hominis secundum Danihelem: ecce cum caeli nubibus tamquam filius hominis adueniens et cetera, et data est illi regia potestas — quam in parabola postulaturus exierat relicta pecunia seruis, quae feneraretur, — et uniuersae nationes, — quas promiserat ei in psalmo pater: postula de me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam — et gloria omnis seruiens illi et potestas eius aeterna, quae non auferetur, et regnum eius, quod non corrumpetur, quia nec morientur in illo nec nubent, sed erunt sicut angeli. de eodem aduentu filii hominis et fructu eius apud Abacuc: existi in salutem populi tui ad saluos faciendos christos tuos, erecturos scilicet se et capita leuaturos in tempore regni redemptos. igitur cum et haec, quae sunt promissionum, proinde conueniant sicut et illa, quae sunt concussionum, ex consonantia propheticarum et dominicarum pronuntiationum nullam hic poteris interstruere distinctionem, ut concussiones quidem referas ad creatorem, saeuitiae scilicet deum, quas nec sinere, nedum expectare deberet deus optimus, promissiones uero deo optimo deputes, quas creator ignorans illum non prophetasset. aut si suas prophetauit, non distantes a promissionibus Christi ⟨tui⟩, par erit in liber⟨ali⟩tate optimo deo, nec plus uidebitur a Christo tuo repromitti quam a meo filio hominis. ipsum decursum scripturae euangelicae ab interrogatione discipulorum usque ad parabolam fici ita inuenies contextu sensus filio hominis hinc atque illinc adhaerere, ut in illum compingat et tristia et laeta et concussiones et promissiones nec possis separare

2] Dan. 7, 13. 3—9] Dan. 7, 14. 4] cf. Luc. 19, 11—26. 6] Ps. 2, 8. 9] cf. Luc. 20, 35—36. 11] Hab. 3, 13. 12] cf. Luc. 21, 28. 23] cf. Luc. 21, 7. 25] cf. Luc. 21, 29.

1 Danielem *R*, daniel *M* 4 peccunia *M* 5 quae *M*, qua *R uulgo* 11 fructus *Gel* Abacum *R*[1] salutem *R*[3], salute *MR*[1] 12 erecturos *R*[3], erecturus *MR*[1] 13 leuaturos *R*[3], leuaturus *MR*[1] redemptos *R*[3], redemptus *MR*[1] 19 nedum *Pam:* necdum *MR* 22 tui *addidi* liber⟨ali⟩tate *scripsi:* libertate *MR* 26 compingat *scil.* decursus scripturae euangelicae

ab illo alteram partem. unius enim filii hominis aduentu constituto inter duos exitus concussionum et promissionum necesse est ad unum pertineant filium hominis et incommoda nationum et uota sanctorum, quia ita positus est in medio, ut communis ⟨sit⟩ exitibus ambobus, alterum conclusurus aduentu suo, id est incommoda nationum, alterum incipiens, id est uota sanctorum, ut, siue mei Christi concesseris aduentum filii hominis, quo mala imminentia ei reputes, quae aduentum eius antecedunt, cogaris etiam bona ei adscribere, quae ab aduentu eius oriuntur, *** cogaris mala quoque ei deputare, quae aduentum eius antecedunt. tam enim mala cohaerent aduentui filii hominis antecedendo quam et bona subsequendo. quaere igitur, quem ex duobus Christis constituas in persona unius filii hominis, in quam utraque dispositio referatur. aut et creatorem optimum aut et deum tuum asperum dedisti natura. in summa ipsius parabolae considera exemplum: a d s p i c i t e f i c u m e t a r b o r e s o m n e s; c u m f r u c t u m p r o t u l e r i n t. i n t e l l e g u n t h o m i n e s a e s t a t e m a d p r o p i n q u a s s e; s i c e t u o s, c u m u i d e r i t i s h a e c f i e r i, s c i t o t e i n p r o x i m o e s s e r e g n u m d e i. si enim fructificationes arbuscularum signum aestiuo tempori praestant antecedendo illud, proinde et conflictationes orbis signum praenotant regni praecedendo illud. omne autem † signum eius est res, cuius est signum, et omni rei ab eo imponitur signum, cuius est res. ita si conflictationes signa sunt regni, sicut fructificationes aestatis, ergo et regnum creatoris est, cuius conflictationes deputantur, quae signa sunt regni. praemiserat oportere haec fieri tam atrocia tam dira deus optimus, certe a prophetis et a lege praedicata:

16] Luc. 21, 29—31. 27] cf. Luc. 21, 9.

4 quia *M*, qui *R uulgo* 5 sit *addidi* 8 reputes *MR*[1], deputes *R*[3] *uulgo* 10 ⟨siue tui malueris, quo bona ei adscribas, quae ab aduentu eius oriuntur⟩ *suppl. Rig* 14 in quem *Rig* 16 adspicite *scripsi:* adspice *MR* 20 fructificationes *R*, fruticationem *M* 21 proinde et *M*, proinde *R* 23 omnis autem [signum] eius est res *fort.*, omne autem signum eius est, ⟨cuius et⟩ res *Urs*

adeo legem et prophetas non destruebat, cum quae praedicauerant confirmat perfici oportere. Adhuc ingerit non transiturum caelum ac terram, nisi omnia peragantur. quaenam ista? si quae a creatore sunt ⟨praedicata⟩, merito sustinebunt elementa domini sui ordinem expungi: si quae a deo optimo, nescio an sustineat caelum et terra perfici quae aemulus statuit. hoc si patietur creator, zelotes deus non est. transeat age nunc caelum et terra, — sic enim dominus eorum destinauit — dum uerbum eius maneat in aeuum, — sic enim et Esaias pronuntiauit — admoneantur et discipuli, ne quando grauentur corda eorum crapula et ebrietate et saecularibus curis et insistat eis repentinus dies ille uelut laqueus, utique oblitis deum ex plenitudine et cogitatione mundi — Moysei erit admonitio —: adeo is liberabit a laqueo diei illius, qui hanc admonitionem retro intulit. Erant et loca alia apud Hierusalem ad docendum, erant et extra Hierusalem ad secedendum. sed enim per diem in templo docebat, ut qui per Osee praedixerat: in templo meo me inuenerunt et illic disputatum est ad eos, ad noctem uero in elaeonem secedebat; sic enim Zacharias demonstrarat: et stabunt pedes eius in monte elaeon. erant horae quoque auditorio competentes; diluculo conueniendum erat, quia per Esaiam cum dixisset: dominus dat mihi linguam disciplinae, adiecit: adposuit mihi mane aurem ad audiendum. si hoc est prophetias dissoluere, quid erit adimplere?

2] cf. Luc. 21, 32—33. 7—9] cf. Luc. 21, 33; Matth. 24, 35; Marc. 13, 31. 8] cf. Es. 51, 6. 9] cf. Es. 40, 8. 10] Luc. 21, 34—35. 13] cf. Deut. 8, 11—14. 15] cf. Luc. 21, 37—38. 18] Os. 12, 4. 19] cf. Luc. 21, 37. 20] Zach. 14, 4. 21] cf. Luc. 21, 38. 22] Es. 50, 4.

1 cum quae *R*, cumque *MF* 4 sunt ⟨praedicata⟩ *scripsi:* sunt *MF*, fiunt *R*, *uocem* sunt *deleri uult Eng*, *ex antecedentibus supplens* peragantur 7 caelum et terra *M*, terra et caelum *R uulgo* 8 *parenthesin indicaui et hic et infra* 9 pronuntiauit *MR*[1], praenuntiauit *R*[3] *uulgo* 13 mundi. Moysi *uulgo* *parenthesin indicaui* moysei *MF*, Moysi *R uulgo* 14 liberabit *R*[3], liberauit *MR*[1] 20 monte *R*, montem *M* 21 elaeon (= τῶν ἐλαιῶν) *Eng:* elaeone *MR* 22 quia *ed. Migniana:* qui *MR*

40. Proinde sciit, et quando pati oporteret eum, cuius passionem lex figura⟨ra⟩t. nam ex tot festis Iudaeorum paschae diem elegit. in hoc enim sacramentum pronuntiarat Moyses: pascha est domini. ideo et adfectum suum ostendit: concupiscentia concupii pascha edere uobiscum, antequam patiar. o legis destructorem, qui concupierat etiam pascha seruare! nimirum uerbecina illum [in] Iudaica delectarat. an ipse erat, qui, tamquam ouis ad uictimam adduci habens et tamquam ouis coram tondente sic os non aperturus, figuram sanguinis sui salutaris implere concupiscebat? poterat et ab extraneo quolibet tradi, ne dicerem et in hoc psalmum expunctum: qui mecum panem edit leuauit in me plantam. poterat et sine praemio tradi. quanta enim opera traditoris circa eum, qui populum coram offendens nec tradi magis potuisset quam inuadi? sed hoc alii competisset Christo, non qui prophetias adimplebat. scriptum est enim: pro eo quod uenumdederunt iustum. nam et quantitatem et exitum pretii postea Iuda paenitente reuocati et in emptionem dati agri figuli, sicut in euangelio Mathei continetur, Hieremias praecanit: et acceperunt triginta argentea pretium adpretiati — uel honorati — et dederunt ea in agrum figuli. professus itaque se concupiscentia concupisse edere pascha ut suum, — indignum enim, ut quid alienum concupisceret deus — acceptum panem et distributum discipulis corpus suum illum fecit hoc est corpus meum dicendo, id est 'figura corporis

1] cf. Luc. 22, 1. 3] Leu. 23, 5. 4] Luc. 22, 15. 8] cf. Es. 53, 7. 12] Ps. 40, 10. 16] Am. 2, 6. 19] Matth. 27, 3—8. 20] Matth. 27, 9. cf. Zach. 11, 12—13. 25] Luc. 22, 19.

1 sciit *scripsi:* scit *MR* 2 figurarat *scripsi:* figurat *MR* ex R^3, et MR^1 3 elegit R^3, aegit *M*, egit R^1 pronuntiarat *R*, pronuntiaret *MF* 7 uerbecina *M*, ueruecina *R uulgo* in *MF*, *del. R* delectarat *scripsi:* delectaret *MR* delectaret? an *uulgo* 11 tradi. ne *uulgo* 12 leuauit *Lat:* leuabit *MR* 17 uenumdederunt *M*, uenumdedere *R uulgo* 20 argentea *M*, argenteos *R* 21 uel honorati *addidit Tertullianus dubitans, ut uidetur, an recte interpretetur uersio latina uerba* τοῦ τετιμημένου, *deleri uoluit haec uerba Lat*, uel honorarii *susp. Eng* honorati *R*, honerati *MF* ea *M*, eos *R* 24 suum illum *R*, illum suum *M*

mei'. figura autem non fuisset nisi ueritatis esset corpus. ceterum uacua res, quod est phantasma, figuram capere non posset. aut si propterea panem corpus sibi finxit, quia corporis carebat ueritate, ergo panem debuit tradere pro nobis. faciebat ad uanitatem Marcionis, ut panis crucifigeretur. cur autem panem corpus suum appellat et non magis peponem, quem Marcion cordis loco habuit, non intellegens ueterem fuisse istam figuram corporis Christi dicentis per Hieremiam: aduersus me cogitauerunt cogitatum dicentes: uenite, coiciamus lignum in panem eius, scilicet crucem in corpus eius? itaque inluminator antiquitatum, quid tunc uoluerit significasse panem, satis declarauit corpus suum uocans panem. sic et in calicis mentione testamentum constituens sanguine suo obsignatum substantiam corporis confirmauit. nullius enim corporis sanguis potest esse nisi carnis. nam et si qua corporis qualitas non carnea opponetur nobis, certe sanguinem nisi carnea non habebit. ita consistet probatio corporis de testimonio carnis, probatio carnis de testimonio sanguinis. ut autem et sanguinis ueterem figuram in uino recognoscas, aderit Esaias: quis, inquit, qui aduenit ex Edom, rubor uestimentorum eius ex Bosor? sic decorus in stola uiolentia cum fortitudine? quare rubra uestimenta tua, et indumenta sicut de foro torcularis, pleno conculcato? spiritus enim propheticus, uelut iam contemplabundus dominum ad passionem uenientem, carne scilicet uestitum ut in ea passum, cruentum habitum carnis in uestimentorum rubore designat, conculcatae et expressae ui passionis tamquam in foro torcularis, quia et inde quasi cruentati

9] Hier. 11, 19. 13] cf. Luc. 22, 20. 20] Es. 63, 1—3.

7 quem *R*, quam *MF* 10 coiciamus *MR*[1], coniciamus *R*[3] *uulgo* crucem *R*, tamen *MF* 14 nullus *susp. Eng* 15 sanguis *R*, sanguinis *M* 17 consistet *MF*, consistit *R* 19 uino *R*, uno *MF* 21 Busor *R*[1] sic *MR*[1], sed *R*[3] 22 uiolentia *Eng:* uiolenta *MR* 25 carne *R*, carnem *M* 27 designat *R*[3], designatum *MR*[1] conculcate (e *s. u. a m. 1*) *M* 28 et inde *M*, exinde *R uulgo*

homines de uini rubore descendunt. multo manifestius Genesis in benedictione Iudae, ex cuius tribu carnis census Christi processurus, iam tunc Christum in Iuda deliniabat: lauabit, inquit, in uino stolam suam et in sanguine uuae amictum suum, stolam et amictum carnem demonstrans et uinum sanguinem. ita et nunc sanguinem suum in uino consecrauit qui tunc uinum in sanguinem figurauit.

41. Vae, ait, per quem traditur filius hominis. ergo iam 'uae' constat imprecationis et comminationis inclamationem intellegendam et irato et offenso deputandam, nisi si Iudas impune erat tantum sceleris relaturus. at si impune, uacat 'uae'; si non impune, utique ab eo puniendus, in quem scelus traditionis admisit. porro si sciens passus est hominem, quem ipse comitatui suo adsciuerat, in tantum scelus ruere, noli iam de creatore circa Adam retractare quae in tuum quoque deum retorquentur: aut ignorasse illum, qui non ex prouidentia obstitit peccaturo, aut obsistere non potuisse, si ⟨non⟩ ignorabat, aut noluisse, si et sciebat et poterat, atque ita malitiosum iudicandum, qui passus sit hominem suum ex delicto perire. suadeo igitur agnoscas potius et in isto creatorem quam parem illi deum optimum aduersus sententiam tuam facias. nam et Petrum praesumptorie aliquid elocutum negationi potius destinando zeloten deum tibi ostendit. debuit etiam osculo tradi, propheticus scilicet Christus, ut eius scilicet filius, qui labiis a populo diligebatur. Perductus in consessum, an ipse esset Christus, interrogatur. de quo Christo Iudaei quaesissent nisi de suo? cur ergo non uel tunc alium eis prodidit? 'ut pati posset', inquis, id est, ut ille optimus ignorantes adhuc in scelus mergeret. atquin et si dixisset, passurus esset. si dixero

2] cf. Gen. 49, 10. 3] Gen. 49, 11. 8] cf. Luc. 22, 22; Matth. 26, 24; Marc. 14, 21. 22] cf. Luc. 22, 33—34. 23] cf. Luc. 22, 47. 24] cf. Es. 29, 13. 25] cf. Luc. 22, 66—67. 29] Luc. 22, 67.

1 descendunt *M*, descendant *R uulgo* 3 ⟨erat⟩ processurus *fort.* deliniabat *MR*[3], declinabat *R*[1] 7 sanguinem *scripsi:* sanguine *MR* 11 at *scripsi:* aut *MR* 17 non *addidi* 25 productus *Iun* 26 quaesisset *Oehlerus*

enim, inquit, uobis, non credetis. porro non credituri perseuerassent in necem eius. et cur non magis passurus esset, si alterius dei ac per hoc aduersarium creatoris ⟨se⟩ manifestasset? ergo non, ut pateretur, alium se tunc quoque supersedit ostendere, sed quoniam ex ore eius confessionem extorquere cupiebant, nec confesso tamen credituri, qui eum ex operibus scripturas adimplentibus agnouisse debuerant. ita eius fuit occultasse se, cui ultro debebatur agnitio. et tamen adhuc eis manum porrigens: abhinc, inquit, erit filius hominis sedens ad dexteram uirtutis dei. suggerebat enim se esse ⟨de⟩ Danihelis prophetia 'filium hominis' et de psalmo Dauid 'sedentem ad dexteram dei'. itaque ex isto dicto et scripturae comparatione inluminati, quem se uellet intellegi: ergo, inquiunt, tu dei filius es? cuius dei, nisi quem solum nouerant? cuius dei, nisi quem in psalmo meminerant dixisse filio suo: sede ad dexteram meam? 'sed respondit: uos dicitis, quasi: non ego'. atquin confirmauit id se esse, quod illi dixerant, dum rursus interrogant. unde autem probabis interrogatiuo et non ⟨et⟩ ipsos confirmatiuo pronuntiasse: ergo tu filius dei es, ut, quia oblique ostenderat se per scripturas filium dei intellegendum, sic senserint: 'ergo tu dei es filius', quod te non uis aperte dicere? atque ita et ille 'uos dicitis' confirmatiue respondit, et adeo sic fuit pronuntiatio eius, ut perseuerauerint in eo, quod pronuntiatio sapiebat. 42. perductum enim illum ad Pilatum onerare coeperunt, quod se regem

9] Luc. 22, 69. 11] cf. Dan. 7, 13. 12] cf. Ps. 109, 1. 13] Luc. 22, 70. 16] Ps. 109, 1. Luc. 22, 70. 24] cf. Luc. 23, 1—2.

1 credetis *Pam:* creditis *MR* 3 se *add. Iun* 5 quoniam *MR*^{3}, quomodo *R*^{1} 10 esse ⟨de⟩ *scripsi:* esse *MR*^{1}, ex *R*^{3} *uulgo* 11 et de *MR*^{1}, et e *R*^{3} *uulgo* 12 ex isto *MR*^{3}, et isto *R*^{1} 17 quasi non ego *MR*, quia ego sum *Pam* 18 interrogatiuo (*scil. sono*) *MF*, interrogatiue *R uulgo* 19 et *addidi* (et ipsos = auch sie, *wie nämlich gleich darauf Christus, cf. l. 17*) confirmatiuo *MF,* confirmatiue *R uulgo* 20 es? ut *uulgo* 21 senserint *MR*, senserunt *Urs* 22 atque *MR*, aeque *Urs* 23 sic *scil.* confirmatiue (*Eng*) 24 perseuerauerit *R*^{1}

diceret Christum, sine dubio 'dei filium sessurum ad dei dexteram'. ceterum alio eum titulo grauassent, incerti an filium se dei dixisset, ⟨ni⟩si 'uos dicitis' sic pronuntiasset, hoc se esse, quod dicerent. Pilato quoque interroganti: tu es Christus? proinde: tu dicis, ne metu potestatis uideretur amplius respondisse, ⟨respondit.⟩ Constitutus est igitur dominus in iudicio — et statuit in iudicio populum suum; ipse dominus in iudicium uenit cum presbyteris et archontibus populi, secundum Esaiam — atque exinde omne scriptum passionis suae impleuit: tumultuatae sunt ibidem nationes et populi meditati sunt inania; adstiterunt reges terrae et archontes congregati sunt in unum aduersus dominum et aduersus Christum eius: 'nationes' Romani qui cum Pilato fuerant; 'populi' tribus Israhelis; 'reges' in Herode, 'archontes' in summis sacerdotibus. nam et Herodi uelut munus a Pilato missus Osee uocibus fidem reddidit. de Christo enim prophetauerat: et uinctum eum ducent xenium regi. delectatus est denique Herodes uiso Iesu nec uocem ullam ab eo audiuit. tamquam agnus enim ante tondentem sic non aperuit os suum, quia dominus dederat illi linguam disciplinae, ut sciret, quando eum oporteret proferre sermonem, illam scilicet linguam, quam in psalmo adglutinatam gutturi suo tunc probabat non loquendo. Et Barrabas quidem nocentissimus uita ut bonus donatur, Christus uero iustissimus ut homicida morti expostulatur. sed et duo scelesti circumfiguntur illi, ut inter iniquos scilicet deputaretur. uestitum plane eius a militibus diuisum partim, ⟨partim⟩ sorti concessum Marcion abstulit

4] cf. Luc. 23, 3. 7] Es. 3, 13—14. 10] Ps. 2, 1—2. 13—14] cf. Act. 4, 27. 15] cf. Luc. 23, 7—11. 17] cf. Os. 10, 6. cf. Luc. 23, 8—9. 19] Es. 53, 7. 20] cf. Es. 50, 4. 22] cf. Ps. 21, 16. 23] cf. Luc. 23, 18—25. 25] cf. Luc. 23, 32—34. cf. Es. 53, 12; Luc. 22, 37. 26] cf. Luc. 23, 34.

2 grauassent *R*, grauescent *M* 3 se dei *M*, dei se *R uulgo* ⟨ni⟩si *R*[3], si *MR*[1] 6 respondit *addidi* 9 omnem *M* 14 archontes *R*, archontae *MF* 19 ante *M*, coram *R uulgo* tondentem *scripsi:* tondente *MR* 21 quando *scripsi* (= ἡνίκα): quomodo *MR* 26 a militibus *MR*, militibus *Rig* 27 partim *add. Lat* sorti *scripsi:* sorte *MR*

respiciens psalmi prophetiam: dispertiti sunt sibi uestimenta mea et in uestitum meum sortem miserunt. aufer igitur et crucem ipsam. idem enim psalmus de ea non tacet: foderunt manus meas et pedes. totus in illo exitus legitur: circumdederunt me canes, synagoga maleficorum circumuallauit me. omnes, qui spectabant me, naso inridebant me; locuti sunt labiis et capita mouerunt: sperauit in deum, liberet eum. quo iam testimonium uestimentorum? habe falsi tui praedam: totus psalmus uestimenta sunt Christi. Ecce autem et elementa concutiuntur. dominus enim patiebatur ipsorum. ceterum aduersario laeso caelum luminibus floruisset, magis sol radiis insultasset, magis dies stetisset, libenter spectans pendentem in patibulo Christum Marcionis. haec argumentata quoque mihi competissent, et si non fuissent praedicata: caelum, inquit Esaias, uestiam tenebris; hic erit dies, de quo et Amos: et erit die illa, dicit dominus, occidet sol meridie — habes et horae sextae significationem — et contenebrabit super terram. scissum est et templi uelum, angeli eruptione derelinquentis filiam Sionis tamquam in uinea speculam et in cucumerario casulam. O quantum perseuerauit etiam tricesimo psalmo Christus ipsum reddere! uociferatur ad patrem: ***, ut et moriens ultima uoce prophetas adimpleret. hoc dicto expirauit. quis? spiritus semetipsum an caro spiritum? sed spiritus semetipsum expirare non potuit. alius est qui expirat, alius

1] Ps. 21, 19. 4—6] Ps. 21, 17. 6] Ps. 21, 8—9. 10] cf. Luc. 23, 44. 15] Es. 50, 3. 16—18] Am. 8, 9. 17] cf. Luc. 23, 44. 19] cf. Luc. 23, 45. cf. Es. 1, 8. 22] (cf. Luc. 23, 46.) 23] cf. Matth. 5, 17. cf. Ps. 30, 6. Luc. 23, 46.

1 sunt sibi *M*, sibi sunt *R uulgo* 3 crucem ipsam R^3, tamen ipsam MR^1 enim *MR*, tamen *Pam* ea *Eng:* eo *MR* 4 pedes *MR*, pedes meos *Pam* 5 canes ⟨multi⟩ *fort.* 14 argumentata *M*, argumenta *R uulgo* 16 die illa *M*, illa die *R uulgo* 18 sextae *R*, sextam *MF* contenebrabit (= συσκοτάσει) *Pam:* contenebrauit *MR* super terram ⟨die lux.⟩ *fort.* 22 Christus *scripsi (cf. 563, 16):* Christum *MR, Eng, non probans quam infra indicaui lacunam sic uult rescribi:* o quantum perseuerauit ⟨Dauid⟩ etiam tricesimo psalmo Christum spiritum reddere! uocifera⟨ba⟩tur ad patrem 22 *lacunam signaui:* in manus tuas commendo spiritum meum *desidero (cf. l. 23:* hoc dicto) 25 alius *R*, alius est *M*

qui expiratur. si spiritus expiratur, ab alio expiretur necesse est. quodsi solus spiritus fuisset, discessisse potius diceretur quam expirasse. quis igitur expirat spiritum nisi caro, quae et spirat quando illum habet et ita eum cum amittit expirat? denique si caro non fuit, sed phantasma carnis, phantasma autem spiritus fuit, spiritus autem semetipsum expirauit et expirando discessit, sine dubio phantasma discessit, cum spiritus, qui erat phantasma, discessit, et nusquam comparuit phantasma cum spiritu. nihil ergo remansit in ligno, nihil pependit etiam post expirationem, nihil de Pilato postulatum, nihil de patibulo detractum, nihil sindone inuolutum, nihil sepulcro nouo conditum? atquin non nihil. quid ergo illud fuit? si phantasma, adhuc ergo inerat et spiritus. si discesserat spiritus, ergo abstulerat phantasma. superest impudentiae haereticae dicere phantasma illic phantasmatis remansisse; sed scilicet Ioseph corpus fuisse nouerat quod tota pietate tractauit, ille Ioseph, qui non consenserat in scelere Iudaeis, beatus uir, qui non abiit in consilio impiorum et in uia peccatorum non stetit et in cathedra pestium non sedit.

43. Oportuerat etiam sepultorem domini prophetari ac iam tunc merito benedici, si nec mulierum illarum officium praeterit prophetia, quae ante lucem conuenerunt ad sepulcrum cum odorum paratura. de hoc enim per Osee: et quaerent, inquit, faciem meam; ante lucem uigilabunt ad me dicentes: eamus et conuertamur ad dominum, quia ipse eripuit [dixit] et curabit nos, percussit et miserebitur nostri,

10] cf. Luc. 23, 52—53. 15] cf. Luc. 23, 50—54. 17] Ps. 1, 1. 21] cf. Luc. 23, 55—24, 1. 23] cf. Os. 5, 15—6, 2.

4 et spirat MR^3G, expirat R^1 5 fuit, sed *Urs:* fuisset *MR* 11 sindone MR^3, in sindone R^1 12 conditum. atquin *uulgo* quid ergo *MF*, quid igitur *R uulgo* 13 spiritus. si discesserat spiritus *scripsi:* Christus. si discesserat Christus *MR* (*orta est corruptela ex similitudine siglorum* sp̄s *et* xp̄s) 15 scilicet *Eng:* si et *M* (et *s. u. a m. 1*) *R* 16 tractauit? ille *uulgo* 17 Iudaeis? beatus *uulgo* 19 pestium *MR*, pestilentiae *Oehlerus ex Leydensi* 23 et *Eng:* ut *MR* quaerent *MF*, quaerant *R uulgo* 26 dixit *secl. R*

sanabit nos post biduum, in die tertia resurgemus. quis enim haec non credat in recogitatu mulierum illarum uolutata inter dolorem praesentis destitutionis, qua percussae sibi uidebantur a domino, et spem resurrectionis ipsius, qua restitutuiri se arbitrabantur? corpore autem non inuento sublata erat sepultura eius de medio secundum Esaiam. sed et duo ibidem angeli apparuerunt. tot fere laterensibus uti solebat in duobus testibus consistens dei sermo. reuertentes quoque a sepulcro mulieres et ab illa angelorum uisione prospiciebat Esaias: mulieres, inquit, [uenite] uenientes a uisione, uenite, ad renuntiandam scilicet domini resurrectionem. Bene autem, quod incredulitas discipulorum perseuerabat, ut in finem usque defensio nostra consisteret Christum Iesum non alium se discipulis edidisse quam prophetarum. nam cum duo ex illis iter agerent et dominus eis adhaesisset, non comparens quod ipse esset, etiam dissimulans de conscientia rei gestae: nos autem putabamus, inquiunt, ipsum esse redemptorem Israhelis, utique suum Christum, id est creatoris. adeo nec alium se ediderat illis. ceterum non existimarent eum creatoris, et cum creatoris existimaretur, non sustinuisset hanc de se existimationem, si non is esset, qui existimabatur. aut ipse erit auctor erroris et praeuaricator ueritatis aduersus dei optimi titulum. sed nec post resurrectionem alium se eis ostendit quam quem existimatum sibi dixerant. plane inuectus est in illos: o insensati et tardi corde in non credendo omnibus, ‘quae locutus est ad uos.’ quaenam locutus? alterius se dei esse? proba, et manus dedo. an eadem et angeli

5] cf. Es. 57, 2. 8] cf. Luc. 24, 9. 10] Es. 27, 11. 14] cf. Luc. 24, 13—33. 16] Luc. 24, 21. 25] Luc. 24, 25. 26] uerba euangelii Marcionis ex Luc. 24, 25 detorta.

5 restitutuiri (= restitutum iri) se *Eng:* restitui rite *MR* arbitrabantur *scripsi:* arbitrantur *MR* 10 uenite *secl. Pam* 21 existimabatur *Lat:* existimatur *MR reliqui* 25 illos R^3, illis MR^1 26 quaenam locutus? alterius MR^1, quae locutus ⟨non⟩ alterius R^3 *uulgo* 27 se dei esse? proba, et manus dedo. an eadem *scripsi:* se dei esse probat et manus de deo. an eadem MR^1, se dei esse probat, sed eiusdem dei. nam eadem R^3 *uulgo* an = *oder nicht etwa? malim quidem:* eadem, ⟨quae⟩ et

ad mulieres: rememoramini, quae locutus sit uobis in Galilaea dicens, quod oportet tradi filium hominis et crucifigi et tertia die resurgere? et quare oportebat, nisi quia ita a deo creatore scriptum? igitur increpuit illos ut de sola passione scandalizatos et ut dubios de fide resurrectionis adnuntiatae sibi a feminis, per quae non crediderant ipsum fuisse, quem existimauerant. itaque quod existimauerant, id uolens credi se eum se confirmabat, quem existimauerant, creatoris scilicet Christum, redemptorem Israhelis. De corporis autem ueritate quid potest clarius? cum haesitantibus eis, ne phantasma esset, immo phantasma credentibus: quid turbati estis? ⟨inquit,⟩ et quid cogitationes subeunt in corda uestra? uidete manus meas et pedes, quia ipse ego sum, quoniam spiritus ossa non habet, sicut me habentem uidetis. et Marcion quaedam contraria sibi illa, credo, industria eradere de euangelio suo noluit, ut ex his, quae eradere potuit nec erasit, illa, quae erasit, aut negetur erasisse aut merito erasisse dicatur; nec parcit nisi eis, quae non minus aliter interpretando quam delendo subuertit. uult itaque sic dictum: spiritus ossa non habet, sicut me uidetis habentem, quasi ad spiritum referatur sicut me uidetis habentem, id est non habentem ossa, sicut et spiritus. et quae ratio tortuositatis istius, cum simpliciter pronuntiare potuisset: 'quia spiritus ossa non habet, sicut me uidetis non habentem'? cur autem inspectui eorum manus et pedes suos offert, quae membra ex ossibus constant, si ossa non habebat?

1] Luc. 24, 6—7. 11] Luc. 24, 38—39. 25] cf. Luc. 24, 40.

3 crucifigi *R*[3], tamenfigi *MR*[1] 4 increpuit *M*, increpauit *R* 7 existimauerant *M*, existimarant *R* itaque—existimauerant (8) *om. M* 8 credi se eum *R*[3], credidisse eum *R*[1] 12 inquit *add. Pam* 13 ipse ego *M*, ego ipse *R* 14 habentem uidetis *M*, uidetis habere *R* 15 illa, credo industria, eradere *uulgo* 17 aut *MR*[3], nec *R*[1] 18 parsit *susp. Eng* non minus *coniunge cum* subuertit 21 *uocabulum* quasi, *quod in MR paulo supra post* dictum *inuenitur, huc transtuli* *intellegit igitur Marcion:* sicut me uidetis habentem *scil. spiritum ossa non habentem* 22 id est *MR*[3]*G*, uel *R*[1] sicut et spiritus *scil. ossa non habet* 26 ex *MR*[3], et *R*[1]

cur adicit: et scitote, quia ego sum, quem scilicet corporeum retro nouerant? aut si phantasma erat usquequaque, cur illos phantasma credentes increpabat? atquin adhuc eis non credentibus propterea cibum desiderauit, ut se ostenderet etiam dentes habere.

Impleuimus, ut opinor, sponsionem. exhibuimus Iesum Christum prophetarum doctrinis sententiis adfectibus sensibus uirtutibus passionibus etiam resurrectione non alium quam creatoris, siquidem et apostolos mittens ad praedicandum uniuersis nationibus in omnem terram exire sonum eorum et in terminos terrae uoces eorum psalmum adimplendo praecepit. misereor tui, Marcion; frustra laborasti. Christus enim Iesus in euangelio tuo meus est.

LIBER QVINTVS.

1. Nihil sine origine nisi deus solus. quae quantum praecedit in statu omnium rerum, tantum praecedat necesse est etiam in retractatu earum, ut constare de statu possit, quia nec habeas dispicere quid quale sit, nisi certus an sit, cum cognoueris unde sit. et ideo ex opusculi ordine ad hanc materiam deuolutus apostoli quoque Pauli originem a Marcione desidero, nouus aliqui discipulus nec ullius alterius auditor, qui nihil interim credam nisi nihil temere credendum, temere porro credi quodcumque sine originis agnitione credetur, quique dignissime ad sollicitudinem redigam istam inquisitionem, cum is mihi adfirmatur apostolus, quem in albo apostolorum apud euangelium non deprehendo. denique audiens postea eum a domino adlectum iam in caelis quiescente, quasi improuidentiam existimo, si non ante sciit illum sibi necessarium Christus, sed iam ordinato officio apostolatus et in sua opera dimisso

1] cf. Luc. 24, 39. 4] cf. Luc. 24, 41—43. 9] cf. Luc. 24, 47. 10] cf. Ps. 18, 5. 26] cf. Act. 9, 1—9.

13 ADVERSVS MARCIONE̅ LIB̅ QVARTVS EXPLICIT; INCIPIT LIB̅ QVINTVS *M* 20 Pauli *om.* R^1, *praebent* MR^3 23 credetur *M*, creditur *R uulgo* 24 dignissime = *summo iure* 27 quiescente MR^3, quiescentem R^1 28 sciit *scripsi:* scit MR^1, sciuit R^3

ex incursu, non ex prospectu adiciendum existimauit, necessitate, ut ita dixerim, non uoluntate. quamobrem, Pontice nauclere, si numquam furtiuas merces uel inlicitas in acatos tuas recepisti, si numquam omnino onus auertisti uel adulterasti, cautior utique et fidelior in dei rebus edas uelim nobis, quo symbolo susceperis apostolum Paulum, quis illum tituli charactere percusserit, quis transmiserit tibi, quis imposuerit, ut possis eum constanter exponere. ne illius probetur, qui omnia apostolatus eius instrumenta protulit, 'ipse se', inquit, 'apostolum est professus, et quidem non ab hominibus nec per hominem, sed per Iesum Christum'. plane profiteri potest semetipsum quis, uerum professio eius alterius auctoritate conficitur. alius scribit alius subscribit, alius obsignat alius actis refert. nemo sibi et professor et testis est. praeter haec utique legisti multos uenturos, qui dicant: ego sum Christus. si est qui se Christum mentiatur, quanto magis qui se apostolum praedicet Christi? adhuc ego in persona discipuli et inquisitoris conuersor, ut iam hinc et fidem tuam obtundam, qui unde eam probes non habes, et impudentiam suffundam, qui uindicas et unde possis uindicare non recipis. sit Christus, sit et apostolus nunc alterius, dum non probantur nisi de instrumento creatoris. nam mihi Paulum etiam Genesis olim repromisit. inter illas enim figuras et propheticas super filios suos benedictiones Iacob, cum ad Beniamin direxisset: Beniamin, inquit, lupus rapax; ad matutinum comedet adhuc et ad uesperam dabit escam. ex tribu enim Beniamin oriturum Paulum prouidebat, lupum rapacem ad matutinum comedentem, id est prima aetate uastaturum pecora

10] cf. Gal. 1, 1. 15] Luc. 21, 8. 25] Gen. 49, 27. 26] cf. Rom. 11, 1; Phil. 3, 5.

3 naucleri *M* 4 numquam *M*, nullum *R uulgo* 7 caractere *M* percusserit R^3, percussit MR^1, perusserit *susp. Eng* 8 exponere, ne .... protulerit. ipse *uulgo* 9 protulit *scripsi:* protulerit *MR* 12 quis MR^1, quiuis R^3 20 sit Christus, sit et apostolus *Eng:* sit et Christus, sic apostolus *MR* 21 nunc *scripsi* (*cf. 570, 18*): ut *MR* 22 nam MR^3G, non R^1 23 figura⟨ta⟩s *fort.* 24 direxisset *M*, dixisset *R* 27 inoriturum *M*

domini ut persecutorem ecclesiarum, dehinc ad uesperam escam daturum, id est deuergente iam aetate oues Christi educaturum ut doctorem nationum. nam et Saulis primo asperitas insectationis erga Dauid, dehinc paenitentia et satisfactio, bona pro malis recipientis, non aliud portendebat quam Paulum in Saule secundum tribus et Iesum in Dauid secundum uirginis censum. haec figurarum sacramenta si tibi displicent, certe Acta Apostolorum hunc mihi ordinem Pauli tradiderunt, a te quoque non negandum. inde apostolum ostendo persecutorem non ab hominibus neque per hominem, inde et ipsi credere inducor, inde te a defensione eius expello nec timeo dicentem: tu ergo negas apostolum Paulum? non blasphemo quem tueor. nego, ut te probare compellam; nego, ut meum esse conuincam. aut, si ad nostram fidem spectas, recipe quae eam faciunt; si ad tuam prouocas, ede quae eam praestruunt. aut proba esse quae credis aut, si non probas, quomodo credis? aut qualis es aduersus eum credens, a quo solo probatur esse quod credis? habe nunc et apostolum de meo sicut et Christum, quam meum apostolum quam et Christum: isdem et hic dimicabimus lineis, in ipso gradu prouocabimus praescriptionis, oportere scilicet et apostolum, qui creatoris negetur immo et aduersus creatorem proferatur, nihil docere, nihil sapere, nihil uelle secundum creatorem, et inprimis tanta constantia alium deum edicere, quanta a lege creatoris abrupit. neque enim uerisimile est, ut auertens a Iudaismo non pariter ostenderet, in cuius dei fidem auerteret, quia nemo transire posset a creatore nesciens, ad quem transeundum sibi esset. siue enim Christus iam alium deum reuelauerat, sequebatur etiam apostoli testatio, uel ne non eius dei apostolus

3] cf. I Tim. 1, 11. 8] cf. Act. 9, 1—9. 10] cf. Gal. 1, 1.

8 hunc *MR³G*, hinc *R¹* 15 faciunt *R³*, faciant *MR¹* si ad tuam *R³*, statiuam *MR¹* 18 et apostolum *MR³*, apostolum *R¹* de meo *scil. instrumento; intellege Acta apostolorum* 19 quam meum *MR¹*, tam meum *R³* *uulgo (quam—quam = tam—quam, ut assolet Tert.)* 20 isdem *M*, iisdem *R* 27 a creatore *R³*, ad creatorem *MR¹* 29 ne *R*, nec *M*

haberetur, quem Christus reuelauerat, et quia non licebat abscondi ab apostolo qui iam reuelatus fuisset a Christo; siue nihil tale de deo Christus reuelauerat, [at] tanto magis ab apostolo debuerat reuelari qui iam non posset ab alio, non credendus sine dubio, si nec ab apostolo reuelatus. quod idcirco praestruximus, ut iam hinc profiteamur nos proinde probaturos nullum alium deum ab apostolo circumlatum, sicut probauimus nec a Christo, ex ipsis utique epistolis Pauli, quas proinde mutilatas etiam de numero forma iam haeretici euangelii praeiudicasse debebit.

Ad Galatas

2. Principalem aduersus Iudaismum epistolam nos quoque confitemur quae Galatas docet. amplectimur etenim omnem illam legis ueteris amolitionem, ut et ipsam de creatoris uenientem dispositione, sicut saepe iam in isto ordine tractauimus de praedicata nouatione a prophetis dei nostri. quodsi creator quidem uetera cessura promisit, nouis scilicet orituris, Christus uero tempus distinx⟨it decess⟩ionis istius, — l e x e t p r o p h e t a e u s q u e a d I o h a n n e m — terminum in Iohanne statuens inter utrumque ordinem desinentium exinde ueterum et incipientium nouorum, necessarie et apostolus in Christo post Iohannem reuelato uetera infirmat, noua uero confirmat, atque ita non alterius dei fidem curat quam creatoris, apud quem et uetera decessura praedicabantur. igitur et legis destructio et euangelii aedificatio pro me faciunt in ista quoque epistola ad eam Galatarum praesumptionem pertinentes, qua praesumebant Christum, ut puta creatoris, salua creatoris lege credendum, quod adhuc incredibile uideretur legem a suo auctore deponi. porro, si omnino alium deum ab apostolo audissent, ultro utique scissent abscedendum sibi

16] cf. II Cor. 5, 17; Es. 65, 17. 18] Luc. 16, 16. 23] cf. II Cor. 5, 17; Es. 43, 18.

3 at *secl.* R^3 4 ab (*s. u. a m. 1*) *M* 8 ipsis *MR*, ipsius *Oehlerus* 11 INCIPIT AD GALATAS *M*, de epistola ad Galatas *R; om. titulum omnino Rig* 12 amplectimur R^3, et amplectimur MR^1 13 amolitionem *M*, abolitionem *R* 17 distinx⟨it decess⟩ionis *scripsi* (*cf. l. 23 et 572, 12*): distinctionis *MR*, distin⟨xit destru⟩ctionis *Eng* 23 decessura ⟨et noua oritura⟩ *fort.*

esse a lege eius dei, quem reliquissent alium secuti. quis enim expectaret diutius discere, quod nouam deberet sectari disciplinam qui nouum deum recepisset? immo quia eadem quidem diuinitas praedicabatur in euangelio, quae semper nota fuerat in lege, disciplina uero non eadem, hic erat totus quaestionis status, an lex creatoris ab euangelio deberet excludi in Christo creatoris. denique aufer hunc statum, et uacat quaestio. uacante autem quaestione, ultro omnibus agnoscentibus discedendum sibi esse ab ordine creatoris per fidem dei alterius, nulla apostolo materia competisset id tam presse docendi, quod ultro fides ipsa dictasset. igitur tota intentio epistolae istius nihil aliud docet quam legis decessionem uenientem de creatoris dispositione, ut adhuc suggeremus. si item nullius noui dei exerit mentionem, quod nusquam magis fecisset quam in ista materia, ut rationem scilicet ablegandae legis unica hac et sufficientissima definitione proponeret nouae diuinitatis, apparet quomodo scribat: miror uos tam cito transferri ab eo, qui uos uocauit in gratiam, ad aliud euangelium, ex conuersatione aliud, non ex religione, ex disciplina, non ex diuinitate, quoniam quidem euangelium Christi a lege euocare deberet ad gratiam, non a creatore ad alium deum. nemo enim illos mouerat a creatore, ut uiderentur sic ad aliud euangelium transferri, quasi dum ad creatorem transferuntur. nam et adiciens, quod aliud euangelium omnino non esset, creatoris confirmat id, quod esse defendit. si enim et creator euangelium repromittit dicens per Esaiam: ascende in montem excelsum qui euangelizas Sioni, extolle uocem in ualentia tua qui euangelizas Hierusalem; item ad apostolorum personam: quam tempestiui pedes

17] Gal. 1, 6. 24] cf. Gal. 1, 6. 26] Es. 40, 9. 29] Es. 52, 7.

12 decessionem *MR*, discessionem *Gel reliqui* 15 ablegandae R^3, ablegendae MR^1 16 sufficientissima (a *ex* e) *M* 17 scribat MR^3, sciebat R^1 miror R^3, mirari MR^1 21 auocare *fort.* 23 alium *M* 25 si enim *MR*, sed enim *Oehlerus*

euangelizantium pacem, euangelizantium bona, utique et nationibus euangelizantium, quoniam et: in nomine eius, inquit, nationes sperabunt, Christi scilicet, cui ait: posui te in lumen nationum, est autem euangelium etiam dei noui, quod uis tunc ab apostolo defensum, iam ergo duo sunt euangelia apud duos deos, et mentitus erit apostolus dicens, quod aliud omnino non est, cum sit et aliud, cum sic suum euangelium defendere potuisset, ut potius demonstraret, non ut unum determinaret. sed fortasse, ut hinc fugias: 'et ideo', dices, 'subtexuit: licet angelus de caelo aliter euangelizauerit, anathema sit, quia et creatorem sciebat euangelizaturum'. rursus ergo te implicas. hoc est enim, quo adstringeris: duo enim euangelia confirmare non est eius, qui aliud iam negarit. tamen lucet sensus eius, qui suam praemisit personam: sed et si nos aut angelus de caelo aliter euangelizauerit. uerbi enim gratia dictum est. ceterum si nec ipse aliter euangelizaturus, utique nec angelus. ita angelum ad hoc nominauit, quo multo magis hominibus non esset credendum, quando nec angelo, [et nec apostolo] non ⟨quo⟩ angelum ad euangelium referret creatoris. Exinde decurrens ordinem conuersionis suae de persecutore in apostolum scripturam Apostolicorum confirmat, apud quam ipsa etiam epistulae istius materia recognoscitur, intercessisse quosdam, qui dicerent circumcidi oportere et obseruandam esse Moysi legem, tunc apostolos de ista quaestione consultos ex auctoritate spiritus renuntiasse non esse imponenda onera hominibus, quae patres ipsi non potuissent sustinere. quodsi et ex hoc congruunt Paulo Apostolorum Acta, cur ea respuatis iam apparet, ut

2] Es. 42, 4. 3] Es. 49, 6. 7] cf. Gal. 1, 6. 10] Gal. 1, 8. 15] ib. 20] cf. Gal. 1, 11—24. 23] cf. Gal. 2, 4; cf. Act. 15, 5. 25] cf. Act. 15, 28.

3 Christi *R*[3], Christus *MR*[1] 4 nationum, est autem *Eng:* nationum. est autem *uulgo* 8 potius demonstraret = *als das vorzüglichere aufzeigte* 9 hinc fugias *M*, fugias hinc *R uulgo* 13 enim *fort. delendum* 14 tamen = *dagegen* 19 et nec apostolo *seclusi:* nec apostolo *R*[3] *uulgo* quo *addidi* 22 ⟨actorum⟩ Apostolicorum *Pam*

deum scilicet non alium praedicantia quam creatorem nec Christum alterius quam creatoris, quando nec promissio spiritus sancti aliunde probetur exhibita quam de instrumento Actorum, quae utique uerisimile non est ex parte quidem apostolo conuenire, cum ordinem eius secundum ipsius testimonium ostendunt, ex parte uero dissidere, cum diuinitatem in Christo creatoris adnuntiant, ut praedicationem quidem apostolorum non sit secutus Paulus, qui formam ab eis dedocendae legis accepit.

3. Denique ad patrocinium Petri ceterorumque apostolorum ascendisse Hierosolyma post annos quatuordecim scribit, ut conferret cum illis de euangelii sui regula, ne in uacuum tot annis cucurrisset aut curreret, si quid scilicet citra formam illorum euangelizaret. adeo ab illis probari et constabiliri desiderarat, quos, si quando, uultis Iudaismi magis adfines subintellegi. cum uero nec Titum dicit circumcisum, iam incipit ostendere solam circumcisionis quaestionem ex defensione adhuc legis concussam ab eis, quos propterea falsos et superinducticios fratres appellat, non aliud statuere pergentes quam perseuerantiam legis, ex fide sine dubio integra creatoris, atque ita peruertentes euangelium, non interpolatione scripturae, qua Christum creatoris effingerent, sed retentione ueteris disciplinae, ne legem creatoris excluderent. ergo propter falsos, inquit, superinducticios fratres, qui subintrauerant ad speculandam libertatem nostram, quam habemus in Christo,

2] cf. Act. 1, 5. 10] cf. Gal. 2, 1—2. 16] cf. Gal. 2, 3. 18] cf. Gal. 2, 4. 23] Gal. 2, 4—5.

1 nec *R*, ne *M* 2 quando nec = *während doch auch nicht, ut uidetur; sed nescio an lacuna sit statuenda, quam sic uelim expleri:* ⟨satis quidem imprudenter,⟩ quando 3 exibita *M* 8 non sit *MR*, omnino sit *Urs* 11 hierosolyma *M*, Hierosolymam *R uulgo* 12 conferret *M in lit.* 13 cucurreret *M* quid *MR³G*, qua *R¹* 15 desiderabat *Lat* quos *Lat:* quod *MR* uult is (*scil. Paulus*) *Iun* (*probat Eng*) 16 uero *om. Pam* 17 ex defensione *MR³G*, et defensionem *R¹* 18 superinducticios *Pam:* superducticios *MR* 24 superinducticios, inquit, falsos *Pam*

ut nos subigerent seruituti, † nec ad horam cessimus subiectioni. intendamus enim et sensui ipsi et causae eius, et apparebit uitiatio scripturae. cum praemittit: sed nec Titus, qui mecum erat, cum esset Graecus, coactus est circumcidi, dehinc subiungit: propter superinducticios falsos fratres et reliqua, contrarii utique facti incipit reddere rationem, ostendens propter quid fecerit quod nec fecisset, [nec ostendisset] si illud, propter quod fecit, non accidisset. denique dicas uelim, si non subintroissent falsi illi fratres ad speculandam libertatem eorum, cessissent subiectioni? non opinor. ergo cesserunt, quia fuerunt propter quos cederetur. hoc enim rudi fidei et adhuc de legis obseruatione suspensae competebat, ipso quoque apostolo ne in uacuum cucurrisset aut curreret suspecto. itaque frustrandi erant falsi fratres, speculantes libertatem Christianam, ne ante eam in seruitutem abducerent Iudaismi quam sciret se Paulus non ⟨in⟩ uacuum cucurrisse, quam dexteras ei darent antecessores, quam ex c⟨ons⟩ensu eorum in nationes praedicandi munus subiret. necessario igitur cessit ad tempus, et sic ei ratio constat Timotheum circumcidendi et rasos introducendi in templum, quae in Actis eduntur, adeo uera, ut apostolo consonent profitenti factum se Iudaeis Iudaeum, ut Iudaeos lucrifaceret, et sub lege agentem propter eos, qui sub lege agerent, sic et propter

3] Gal. 2, 3. 18] cf. Gal. 2, 9. 19] cf. Act. 16, 3. 20] cf. Act. 21, 26. 22] cf. I Cor. 9, 20.

1 *ex eis quae succedunt (cf. l. 6—12) apparet Tertullianum in suo apostolicae epistolae exemplari legisse:* ad horam cessimus; *iudicauit igitur illud* nec *ante* ad horam *a Marcione esse interpolatum. quae autem dicit l. 3:* et apparebit uitiatio scripturae *demonstrant auctorem in antecedentibus dixisse, quomodo apostoli uerba a Marcione sint deprauata. quamobrem sic uelim restitui:* seruituti, ⟨ad horam cessimus subiectioni, non, ut mauult Marcion:⟩ nec ad horam *sqq.* 8 nec ostendisset *seclusi* 10 cessissent— ⟨ne⟩ subiectioni? opinor *Urs* 12 cederetur *M (in ras. a m. 1) R*, crederetur *Oehlerus* 13 in *om.* R^1 15 libertatem R^3, ueritatem MR^1 ne ante *R*, negante *M* 16 sciret se paulus *M*, Paulus se sciret *R* in *add.* R^3, *om.* MR^1 18 consensu *scripsi:* censu (*ex* c̃sensu *ortum*) *MR* *subiret *M* (s *in ras. a m. 1*) *R*, obiret *Lat* necessarium R^1 19 cessitat tempus R^1 21 eduntur *scripsi:* educuntur MR^1, edicuntur R^3 *uulgo*

superinductos illos, et omnibus nouissime omnia factum, ut omnes lucraretur. si haec quoque intellegi ex hoc postulant, id quoque nemo dubitabit, eius dei et Christi praedicatorem Paulum, cuius legem, quamuis excludens, interim tamen pro temporibus admiserat, statim amoliendam, si nouum deum protulisset. bene igitur, quod et dexteras Paulo dederunt Petrus et Iacobus et Iohannes et de officii distributione pepigerunt, ut Paulus in nationes, illi in circumcisionem, tantum ut meminissent egenorum: et hoc secundum legem creatoris, pauperes et egenos fouentis, sicut in euangelii uestri retractatu probatum est. adeo constat de lege sola fuisse quaestionem, dum ostenditur quid ex lege custodiri conuenerit. ‘sed reprehendit Petrum non recto pede incedentem ad euangelii ueritatem’. plane reprehendit, non ob aliud tamen quam ob inconstantiam uictus, quem pro personarum qualitate uariabat, timens eos, qui erant ex circumcisione, non ob aliquam diuinitatis diuersitatem, de qua et aliis in faciem restitisset qui de minore causa conuersationis ambiguae Petro ipsi non pepercit, si quomodo Marcionitae uolunt credi⟨disset.⟩ De cetero pergat apostolus negans ex operibus legis iustificari hominem sed ex fide, eius dumtamen dei, cuius et lex. nec enim laborasset fidem a lege discernere, quam diuersitas ipsius diuinitatis ultro discreuisset, si fuisset. merito non reaedificabat quae destruxit. destrui autem lex habuit, ex quo uox Iohannis clamauit in eremo: parate uias domini, ut fierent riui et colles et montes repleti et humiliati et tortuosa et aspera in rectitudinem et in campos, id est legis difficultates in

1] cf. I Cor. 9, 22. 6—9] cf. Gal. 2, 9—10. 13] cf. Gal. 2, 11—14. 16] cf. Gal. 2, 12. 17] cf. Gal. 2, 14. 20] cf. Gal. 2, 15—16. 25] Luc. 3, 4. cf. Es. 40, 3—5.

1 superinducticios *Pam* 3 dubitauit *M* 5 admoliendam *M* 8 circumcisione *M* 9 lege *M* 12—uenerit *M in ras.* 17 diuersitatem *scripsi* (*cf. l. 22*): peruersitatem *MR* 19 pepercit, si *scripsi:* pepercit. si *MR*^{1}, pepercit. sed *R*^{3} *uulgo* credi⟨disset⟩ *scripsi:* credi. *MR*^{1}, credi? *R*^{3} *uulgo*, *Eng totum hunc locum sic restitui uult:* si, quomodo Marcionitae uolunt credi, de Petro pergat apostolus, negans *etc.* 21 eius dumtamen *scripsi:* eiusdem tamen *MR*

euangelii facilitates. meminerat iam et psalmi esse tempus: disrumpamus a nobis uincula eorum et abiciamus a nobis iugum ipsorum, ex quo tumultuatae sunt gentes et populi meditati sunt inania, adstiterunt reges terrae et magistratus congregati sunt in unum aduersus dominum et aduersus Christum ipsius, ut iam ex fidei libertate iustificaretur homo, non ex legis seruitute, quia iustus ex fide uiuit. quod si prophetes Abacuc pronuntiauit, habes et apostolum prophetas confirmantem, sicut et Christus. eius ergo dei erit fides, in qua uiuet iustus, cuius et lex, in qua non iustificatur operarius. Proinde si in lege maledictio est, in fide uero benedictio, utrumque habes propositum apud creatorem: ecce posui, inquit, ante te maledictionem et benedictionem. non potes distantiam uindicare — quae etsi rerum est, non ideo auctorum — quae ab uno auctore proponitur. cur autem Christus factus sit pro nobis maledictio, ipso apostolo edocente, manifestum est, quam nobiscum faciat, id est secundum fidem creatoris. neque enim quia creator pronuntiauit: maledictus omnis ligno suspensus, ideo uidebitur alterius dei esse Christus et idcirco a creatore iam tunc in lege maledictus. aut quomodo praemaledixisset eum creator, quem ignorabat? cur autem non magis competat creatori filium suum dedisse maledictioni suae quam illi deo tuo subdidisse maledictioni, et quidem pro homine alieno? denique si atrox uidetur hoc in creatore circa filium, proinde tuo in deo; si uero rationale et in tuo, proinde et in meo, et magis in meo.

2] Ps. 2, 3. 3] Ps. 2, 1—2. 6] cf. Gal. 2, 16; 4, 24. 7] Gal. 3, 11. Hab. 2, 4. 11] cf. Gal. 3, 10. 12] cf. Gal. 3, 9. 13] Deut. 11, 26. 16] cf. Gal. 3, 13. 19] Deut. 21, 23.

2 disrumpamus a nobis *cf. 317, 10* 7 iustificaretur *scripsi* (*cf. 576, 26. 29*)*:* iustificetur *MR* 8 uiuet *Pam* abacuc *M*, Abacum *R* pronuntiauit *M*, praenuntiauit *R uulgo* 14 *parenthesin indicaui: sed nescio an inuertendus sit ordo elocutionum* 16 *sqq. coniunge:* ipso autem apostolo edocente, cur ... factus sit, manifestum est, quam ... faciat *scil. apostolus* (*Eng*) 19 ligno *M*, in ligno *R uulgo* 21 aut *scripsi:* et *MR* 22 ignorabat *scripsi:* ignorat *MR*, ignoraret *Eng* 26 rationale *MR*[3]*G*, ratio nec lex *R*[1]

facilius enim credetur eius esse per maledictionem Christi benedictionem prospexisse homini, qui et maledictionem aliquando et benedictionem proposuerit ante hominem, quam qui neutrum umquam sit apud te professus. 'accipimus igitur benedictionem spiritalem per fidem,' inquit: ex qua scilicet uiuit iustus secundum creatorem. hoc est ergo, quod dico: eius dei fidem esse, cuius est forma gratiae fides. Sed et cum adicit: omnes enim filii estis fidei, ostenditur, quid supra haeretica industria eraserit: mentionem scilicet Abrahae, qua nos apostolus filios Abrahae per fidem adfirmat, secundum quam mentionem hic quoque 'filios fidei' notauit. ceterum quomodo filii fidei? et cuius fidei, si non Abrahae? si enim Abraham deo credidit et deputatum est ⟨ei⟩ iustitiae atque exinde pater multarum nationum meruit nuncupari, nos autem, credendo deo magis ***, proinde iustificamur, sicut Abraham, et uitam proinde consequimur, sicut iustus ex fide uiuit: sic fit, ut et supra filios nos Abrahae pronuntiarit, qua patris fidei, et hic filios fidei, per quam Abraham pater nationum fuerat repromissus. ipsum quod fidem a circumcisione reuocabat, nonne Abrahae filios constituere quaerebat, qui in carnis integritate crediderat? denique alterius dei fides ad formam dei alterius non potest admitti, ut credentes iustitiae deputet, ut iustos ⟨ex fide⟩ uiuere faciat, ut nationes filios fidei dicat. totum hoc eius est, apud quem ante iam notum est.

4. Sub eadem Abrahae mentione, dum ipso sensu reuincatur,

4] uerba apostolici Marcionis e Gal. 3, 14 detorta 5] cf. Hab. 2, 4; Gal. 3, 11. 8] Gal. 3, 26. 9] cf. Gal. 3, 7—9. 13] cf. Gen. 15, 6. Gal. 3, 6. 14] cf. Gen. 17, 4—5. 20] cf. Rom. 4, 10. 26] cf. Gal. 3, 14.

1 credetur *scripsi:* crederetur *MR* 4 accipimus *M*, accepimus *R uulgo* 7 fides *scripsi:* fidei *MR* 11 fidei no⟨s uo⟩cauit *fort.* 13 ei *addidi* 15 *lacunam signaui:* quam demerendo placentes *supplendum puto* 23 ex fide *addidi* 24 *falsa codicum interpunctione seductus est Pamelius peruersa capitum distinctione quae arcte inter se cohaerent dirimere:* notum est sub eadem ... reuincatur. 4. adhuc, inquit *uulgo* 26 dum = *während doch*

adhuc, inquit, secundum hominem dico: dum essemus paruuli, sub elementis mundi eramus positi ad deseruiendum eis. atquin non est hoc humanitus dictum. non enim exemplum est, sed ueritas. quis enim paruulus — utique sensu, quod sunt nationes — non elementis subiectus est mundi, quae pro deo suspicit? illud autem fuit, quod tum secundum hominem dixit: sed tamen testamentum hominis nemo spernit aut superordinat. exemplo enim humani testamenti permanentis diuinum tuebatur: Abrahae dictae sunt promissiones et semini eius. non dixit 'seminibus', quasi pluribus, sed 'semini' tamquam uni, quod est Christus. erubescat spongia Marcionis! nisi quod ex abundanti retracto quae abstulit, cum ualidius sit illum ex his reuinci, quae seruauit. cum autem euenit impleri tempus, misit deus filium suum, utique is, qui etiam ipsorum temporum deus est, quibus saeculum constat, qui signa quoque temporum ordinauit, soles et lunas et sidera et stellas, qui filii denique sui reuelationem in extremitatem temporum et disposuit et praedicauit: in nouissimis diebus erit manifestus mons domini, et: in nouissimis diebus effundam de meo spiritu in omnem carnem, secundum Iohelem. ipsius erat sustinuisse tempus impleri, cuius erat etiam finis temporis sicut initium. ceterum deus ille otiosus nec operationis nec praedicationis ullius atque ita nec temporis alicuius, quid omnino egit, quod efficeret tempus impleri et iam implendum sustineri? si nihil, satis uanum est, ut creatoris tempora

1] Gal. 3, 15; 4, 3. 7] Gal. 3, 15. 9] Gal. 3, 16. 14] Gal. 4, 4. 19] Es. 2, 2. 20] Ioel 3, 1.

1 *remouerat spongia Marcionis uerba apostoli inde a* ὅμως ἀνθρώπου κ. τ. λ. (*c. 3, 15*) *usque ad ea, quae leguntur c. 4, 3:* ὅτε ἦμεν νήπιοι κ. τ. λ. *hoc uero modo coniungi uerba apostoli, quae coniungi nequeant, in sequentibus comprobat auctor* 6 suspicit *Eng* (*cf. 580, 19*): suscipit *MR* fuit *M*, facit *R* 7 tum *scripsi:* cum *MR* dixit sed *scripsi:* dixisset *MR* 10 sunt *om. R*[1] 11 est Christus *M*, Christus est *R uulgo* 21 meo spiritu *M*, spiritu meo *R uulgo* 23 initium *in lit. M* 25 aut iam *Lat*

sustinuerit seruiens creatori. cui autem rei misit filium suum? ut eos, qui sub lege erant, redimeret — hoc est ut efficeret tortuosa in uiam rectam et aspera in uias leues secundum Esaiam, ut uetera transirent et noua orirentur: lex noua ex Sion et sermo domini ex Hierusalem — et ut adoptionem filiorum acciperemus, utique nationes, quae filii non eramus. et ipse enim erit lux nationum et in nomine eius nationes sperabunt. itaque ut certum esset nos filios dei esse, misit spiritum suum in corda nostra clamantem: abba, pater. in nouissimis enim, inquit, diebus effundam de meo spiritu in omnem carnem. cuius gratia, nisi cuius et promissio gratiae? quis pater, nisi qui et factor? post has itaque diuitias non erat reuertendum ad infirma et mendica elementa. elementa autem apud Romanos quoque etiam primae litterae solent dici. non ergo per mundialium elementorum derogationem a deo eorum auertere cupiebat, — etsi dicendo supra: 'si ergo his, qui in natura sunt dei, seruitis,' physicae, id est naturalis, superstitionis elementa pro deo habentis suggillat errorem, nec sic tamen elementorum deum taxans — sed quae uelit intellegi elementa, primas scilicet litteras legis, ipse declarat: dies obseruatis et menses et tempora et annos. et sabbata, ut opinor, et caenas puras et ieiunia et dies magnos. cessare enim ab his quoque, sicut et circumcisione, oportebat ex decretis creatoris, qui et per Esaiam: neomenias uestras et sabbata et diem magnum non sustinebo, ieiunium et ferias et caerimonia uestra odit anima mea; et per Amos: odi, reieci caeri-

2] Gal. 4, 5. 3] Es. 40, 4. 4] cf. II Cor. 5, 17; Es. 43, 19; 65, 17. Es. 2, 3. 5] Gal. 4, 5. 7] Es. 49, 6. Es. 42, 4. 9] Gal. 4, 6. 10] Ioel 3, 1. 14] cf. Gal. 4, 9. 17] uerba apostolici Marcionis e Gal. 4, 8 detorta 21] Gal. 4, 10. 25] Es. 1. 13—14. 27] Am. 5, 21.

2 *parenthesin indicaui* 3 uias leues (= ὁδοὺς λείας) *Iun:* uias lenes *MR* 7 erit lux *MF*, lux erit *R uulgo* 8 esset R^3, est et MR^1 17 *parenthesin indicaui* in *MR*, non *Pam* 19 suggillat *MR*, sugillabat *Pam* 20 taxans. sed *uulgo* 22 annos et *uulgo* 26 caerimonia uestra *MR*, caerimonias uestras *Pam N*

monias uestras, et non odorabor in frequentiis uestris; item per Osee: auertam uniuersas iocunditates eius et caerimonia eius et sabbata et neomenias eius et omnes frequentias eius. 'quae ipse constituerat,' inquis, 'erasit'? magis quam alius; aut si alius, ergo ille adiuuit sententiam creatoris, auferens quae et ille damnauerat. sed non huius loci quaestio, cur leges suas creator infregerit. sufficit, quod infracturum probauimus, ut confirmetur nihil apostolum aduersus creatorem determinasse, cum et ipsa amolitio legis a creatore sit. Sed ut furibus solet aliquid excidere de praeda in indicium, ita credo et Marcionem nouissimam Abrahae mentionem dereliquisse, nulla magis auferenda, etsi ex parte conuertit. si enim Abraham duos liberos habuit, unum ex ancilla et alium ex libera, sed qui ex ancilla carnaliter natus est, qui uero ex libera per repromissionem, — quae sunt allegorica (id est aliud portendentia); haec sunt enim duo testamenta (siue 'duae ostensiones', sicut inuenimus interpretatum): unum a monte Sina in synagogam Iudaeorum secundum legem generans in seruitutem, alium super omnem principatum generans uim dominationem et omne nomen quod nominatur, non tantum in hoc aeuo sed et in futuro, in quam repromisimus sanctam ecclesiam, quae est mater nostra — ideoque adicit: propter quod, fratres, non sumus ancillae filii, sed liberae, utique manifestauit et Christianismi generositatem in filio Abrahae ex libera nato allegoriae habere sacramentum, sicut et Iudaismi seruitutem legalem in filio ancillae, atque ita eius dei esse utramque dis-

2] Os. 2, 11. 13—23] uerba apostolici Marcionis e Gal. 4, 22—24. 26 et Eph. 1, 21 consarcinata et detorta 23] Gal. 4, 31.

1 odorabor *Pam:* adorabor *MR* 3 caerimonia *MR*, caerimonias *Pam* 5 aut *MR*¹, at *R*³ 10 ut *MR*¹, et *R*³ 12 nulla—auferenda *Eng:* nullam—auferendam *MR* conuertit *M* (tit *in ras.*) *R*, conuerrit *Lat* 15 *parenthesin indicaui* 19 alium *MR*, aliud *Rig* 22 quam *Urs:* quem *MR* 23 *uerba* quae est mater nostra, *quae in MR paulo supra post* in futuro *leguntur, huc transtulit Eng*

positionem, apud quem inuenimus utriusque dispositionis deliniationem. ipsum quod ait: qua libertate Christus nos manumisit, nonne eum constituit manumissorem, qui fuit dominus? alienos enim seruos nec Galba manumisit, facilius liberos soluturus. ab eo igitur praestabitur libertas, apud quem fuit seruitus legis. et merito non decebat manumissos rursus iugo seruitutis, id est legis, adstringi, iam psalmo adimpleto: disrumpamus uincula eorum et abiciamus a nobis iugum ipsorum, postquam archontes congregati sunt in unum aduersus dominum et aduersus Christum ipsius. de seruitute igitur exemptis ipsam seruitutis notam eradere perseuerabat, circumcisionem, ex praedicationis scilicet propheticae auctoritate, memor dictum per Hieremiam: et circumcidimini praeputia cordis uestri; quia et Moyses: circumcidetis duricordiam uestram, id est non carnem. denique si circumcisionem ab alio deo ueniens excludebat, cur etiam praeputiationem negat quicquam ualere in Christo sicut et circumcisionem? praeferre enim debebat aemulam eius, quam expugnabat, si ab aemulo circumcisionis deo esset. porro, quia et circumcisio et praeputiatio uni deo deputabantur, ideo utraque in Christo uacabant propter fidei praelationem, illius fidei, de qua erat scriptum: et in nomine eius nationes credent, illius fidei, quam dicendo per dilectionem perfici sic quoque creatoris ostendit. siue enim dilectionem dicit quae in deum, et hoc creatoris est: diliges deum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex totis uiribus tuis, siue quae in proximum, et: proximum tuum tam-

2] Gal. 5, 1. 8] Ps. 2, 3. 9] Ps. 2, 1—2. 11] cf. Gal. 5, 2. 13] Hier. 4, 4. 15] Deut. 10, 16. 17] cf. Gal. 5, 6. 22] Es. 42, 4. 23] cf. Gal. 5, 6. 25] Deut. 6, 5. 27] Leu. 19, 18.

2 delineationem R^3, declinationem MR^1 nos *Pam:* uos *MR* 4 nec *Iun:* ne *MR* 5 soluturus R^3, solutos MR^1 6 merito. non *uulgo* 7 id est MR^3G, uel R^1 11 exemptis *scripsi:* exemptos *MR* 12 euadere *susp. Eng*, *tuens supra* exemptos 18 et circumcisionem MR^3G, ex circumcisione R^1 21 uacabant *M*, uacabat *R* 27 et: proximum *Eng:* et proximum *uulgo*

quam te creatoris est. Qui autem turbat uos iudicium feret. a quo deo? ab optimo? sed ille non iudicat. a creatore? 'sed nec ille damnabit adsertorem circumcisionis'. quodsi non erit alius, qui iudicet, nisi creator, iam ergo non damnabit legis defensores nisi quia ipse eam cessare constituit. quid nunc, si et confirmat illam ex parte, qua debet? tota enim, inquit, lex in uobis adimpleta est: diliges proximum tuum tamquam te. aut si sic uult intellegi 'adimpleta est', quasi iam non adimplenda, ergo non uult, diligam proximum tamquam me, ut et hoc cum lege cessauerit? sed perseuerandum erit semper in isto praecepto. ergo lex creatoris etiam ab aduersario probata est, nec dispendium, sed compendium ab eo consecuta est, redacta summa in unum iam praeceptum. sed nec hoc alii magis competit quam auctori. atque adeo cum dicit: onera uestra inuicem sustinete, et sic adimplebitis legem Christi, si hoc non potest fieri nisi quis diligat proximum sibi tamquam se, apparet: diliges proximum tibi tamquam te, per quod auditur: inuicem onera uestra portate, Christi esse legem, quae sit creatoris, atque ita Christum creatoris esse, dum Christi est lex creatoris. Erratis, deus non deridetur. atquin derideri potest deus Marcionis, qui nec irasci nouit nec ulcisci. quod enim seuerit homo, hoc et metet. ergo retributionis et iudicii deus intentat. bonum autem facientes non fatigemur et: dum habemus tempus, operemur bonum. nega creatorem bonum facere praecepisse, et diuersa doctrina sit diuersae diuinitatis. porro si retributionem praedicat, ab eodem erit et corruptionis messis et uitae. tempore autem suo metemus, quia et

1] Gal. 5, 10. 6] Gal. 5, 14. 7] cf. Leu. 19, 18. 15] Gal. 6, 2. 20] Gal. 6, 7. 22] Gal. 6, 7. 24] Gal. 6, 9. Gal. 6, 10. 27] cf. Deut. 32, 35. cf. Gal. 6, 8. 28] Gal. 6, 9.

4 damnabit *R*[3], damnauit *MR*[1] 5 quia *M*, qui *R* 6 qua *R*[3], quia *MR*[1] ex parte? quia debet. *mauult Eng* 9 diligam *M*, ut diligam *R uulgo* 10 cessauerit. sed *uulgo* 17 sibi *MR*, suum *Pam* 18 tibi *MR*, tuum *Pam* 21 deridetur *R*, irridetur *M* 22 seuerit *MR*, seminauerit *Pam N*

Ecclesiasticus: tempus, inquit, omni rei. Sed et mihi, famulo creatoris, mundus crucifixus est, non tamen deus mundi, et ego mundo, non tamen deo mundi. mundum enim quantum ad conuersationem eius posuit, cui renuntiando mutuo transfigimur et inuicem morimur. [persecutores uocat Christi.] cum uero adicit stigmata Christi in corpore suo gestare se — utique corporalia compedum — iam non putatiuam, sed ueram et solidam carnem professus est Christi, cuius stigmata corporalia ostendit.

Ad Corinthios prima

5. Praestructio superioris epistolae ita duxit, ut de titulo eius non retractauerim, certus et alibi retractari eum posse, communem scilicet et eundem in epistulis omnibus. quod non utique salutem praescribit eis, quibus scribit, sed gratiam et pacem, non dico: quid illi cum Iudaico adhuc more, destructori Iudaismi? — nam et hodie Iudaei in pacis nomine appellant et retro in scripturis sic salutabant — sed intellego illum defendisse officio suo praedicationem creatoris: quam maturi pedes euangelizantium bona, euangelizantium pacem. euangelizatur enim bonorum, id est gratiae dei pacem, quam praeferendam sciebat. haec cum a deo patre nostro et domino Iesu adnuntians communibus nominibus utatur competentibus nostro quoque sacramento, non puto dispici posse, quis deus pater et dominus Iesus praedicetur nisi ex accidentibus, cui magis competant. primo quidem

1] Eccl. 3, 17. Gal. 6, 14. 6] cf. Gal. 6, 17. 14] cf. I Cor. 1, 3. 18] Rom. 10, 15. cf. Es. 52, 7. 20] cf. Phil. 4, 7. cf. I Cor. 1, 3.

1 Ecclesiastes *Pam* omni *M*, erit omni *R uulgo* mihi, ⟨inquit⟩ *fort.* 2 mundi MR^3, mundo R^1 5 persecutores uocat Christi *seclusi* 6 stigmata R^3, signata MR^1 7 compedum *scripsi:* competunt *MR* 10 EXPLICIT AD GALATAS; INCIPIT AD CORINTHIOS I *M*, de epistula ad corinthios prima *RF* 12 *in (*ex* m *a m. 1*) *M* omnibus, quod *uulgo* 14 pacem. non *uulgo* 15 destructori *R*, destructore *MF* *parenthesin indicaui* 16 salutabant. sed *uulgo* 19 euangelizatur *Eng:* euangelizator *MR* 20 pacem quam MR^1, paci eam R^3 haec *scil. gratiam et pacem* (*cf. supra l. 14*) 23 dispici *R*, despici *M* 24 accidentibus *M*, accedentibus *R*

patrem deum praescribo non alium agnoscendum quam et hominis et uniuersitatis creatorem et institutorem; porro patri etiam domini nomen accedere ob potestatem, quod et filius per patrem capiat; dehinc gratiam et pacem non solum eius esse, a quo praedicabantur, sed ⟨et⟩ eius, qui fuerit offensus. nec gratia enim fit nisi offensae nec pax nisi belli. et populus autem per disciplinae transgressionem et omne hominum genus per naturae dissimulationem et deliquerat et rebellauerat aduersus creatorem. deus autem Marcionis et quia ignotus non potuit offendi et quia nescit irasci. quae ergo gratia a non offenso? quae pax a non rebellato? Ait crucem Christi stultitiam esse perituris, uirtutem autem et sapientiam dei salutem consecuturis, et ut ostenderet, unde hoc eueniret, adicit: scriptum est enim: perdam sapientiam sapientium et prudentiam prudentium inritam faciam. si haec creatoris sunt et ad causam crucis pertinent stultitiam deputatam, ergo et crux et per crucem Christus ad creatorem pertinebit, a quo praedicatum est quod ad crucem pertinet. aut si creator, qua aemulus, idcirco sapientiam abstulit, ut crux Christi, scilicet aduersarii, stultitia deputetur, ecquomodo potest aliquid ad crucem Christi non sui creator pronuntiasse, quem ignorabat, cum praedicabat? sed et cur apud deum optimum et profusae misericordiae alii salutem referunt, credentes crucem uirtutem et sapientiam dei esse, alii perditionem, quibus Christi crux stultitia reputatur? si non, creatoris est aliquam et populi et humani generis offensam detrimento sapientiae atque prudentiae multasse. hoc sequentia confirmabunt, cum dicit:

8] cf. Rom. 1, 16—27. 11] cf. I Cor. 1, 18. 13] I Cor. 1, 19; cf. Es. 29, 14.

1 deum *scripsi:* dominum *MR* 3 accedere *R*, accederet *MF* 5 et *addidi* 8 rebellauerat R^3, debellauerat MR^1 11 ait R^3, aut MR^1 13 adicit R^3, aliquid MR^1 16 et ⟨quae⟩ ad *Pam* stultitiam MR^1, stultitiae R^3 *uulgo* deputatam *Eng:* deputat *MR Pam* 20 ecquomodo *Oehlerus:* et quomodo *MR* 22 deum *scripsi:* dominum *MR* 25 *signum interrogationis posui* si non, (= εἰ δὲ μή; *mente supple:* apud deum optimum alii salutem referunt alii perditionem) creatoris *scripsi:* si non creatoris *uulgo* 26 populi MR^3G, populo R^1 27 multasse? hoc *uulgo*

nonne infatuauit deus sapientiam mundi? cumque et hic adicit, quare: quoniam in dei sapientia non intellexit mundus per sapientiam deum, boni duxit deus per stultitiam praedicationis saluos facere credentes. sed prius de mundo disceptabo, quatenus subtilissimi haeretici hic uel maxime mundum per dominum mundi interpretantur, nos autem hominem qui sit in mundo intellegimus, ex forma simplici loquelae humanae, qua plerumque id, quod continet, ponimus pro eo, quod continetur: 'circus clamauit' et 'forum locutum est' et 'basilica fremuit', id est qui in his locis rem egerunt. igitur quia homo, non deus mundi in sapientia non cognouit deum, ⟨in⟩ qua cognoscere debuerat, et Iudaeus in sapientia scripturarum et omnis gens in sapientia operum, ideo deus idem, qui sapientia ⟨in sapientia⟩ sua non erat adcognitus, statuit sapientiam hominum stultitia repercutere, saluos faciendo credentes quosque in stultam crucis praedicationem. quoniam Iudaei signa desiderant, qui iam de deo certi esse debuerant, et Graeci sapientiam quaerunt, qui suam scilicet, non dei sapientiam sistunt. ceterum si nouus deus praedicaretur, quid deliquerant Iudaei signa desiderantes, quibus crederent, aut Graeci sapientiam sectantes, cui magis crederent? ita et remuneratio ipsa in Iudaeos et Graecos et zeloten deum confirmat et iudicem, qui ex retributione aemula et iudice infatuauerit sapientiam mundi. quodsi eius sunt et causae, cuius adhibentur scripturae, ergo de creatore tractans apostolus non intellecto creatori utique docet intellegendo. etiam quod scandalum Iudaeis praedicat Christum, prophetiam super illo consignat creatoris dicentis per Esaiam: ecce posui

1] I Cor. 1, 20. 2] I Cor. 1, 21. 11] cf. ib. 14] cf. I Cor. 1, 20. 15] cf. I Cor. 1, 21. 16—18] I Cor. 1, 22. 24] cf. I Cor. 1, 20. 27] cf. I Cor. 1, 23. 28] Rom. 9, 33. cf. Es. 8, 14; 28, 16.

2 sapientia *R*, sapientiam *M* 3 deum *Pam:* dominum *MR* 5 quatinus *M* 12 ⟨in⟩ qua *scripsi:* quam *MR*[1], quem *R*[3] *uulgo* 14 sapientia (*scil. hominum; cf. supra l. 3:* per sapientiam) ⟨in sapientia⟩ sua *Eng:* sapientia sua *MR*[1], ⟨in⟩ sapientia *R*[3]*G* adcognitus *M*, agnitus *R* 22 zelotē *M* 23 retributione *MR*[3]*G*, tributione *R*[1] 26 creatori—intellegendo *M*, creatore—intellegendo *R*, creatorem—intellegendum *Oehlerus*

in Sion lapidem offensionis et petram scandali. 'petra autem fuit Christus' etiam Marcion seruat. quid est autem stultum dei sapientius hominibus, nisi crux et mors dei? quid infirmum dei fortius hominibus, nisi natiuitas et caro dei? ceterum si nec natus ex uirgine Christus nec carne constructus ac per hoc neque crucem neque mortem uere perpessus est, nihil in illo fuit stultum et infirmum, nec iam stulta mundi elegit deus, ut confundat sapientia, nec infirma mundi elegit deus, ut confundat fortia, nec inhonesta et minima et contemptibilia, quae non sunt, id est quae non uere sunt, ut confundat quae sunt, id est quae uere sunt. nihil enim a deo dispositum uere modicum et ignobile et contemptibile, sed quod ab homine. apud creatorem autem iam uetera stultitiae et infirmitati et inhonestati et pusillitati et contemptui deputari possunt. quid stultius, quid infirmius, quam sacrificiorum cruentorum et holocaustomatum nidorosorum a deo exactio? quid infirmius, quam uasculorum et grabattorum purgatio? quid inhonestius, quam carnis iam erubescentis alia dedecoratio? quid tam humile, quam talionis indictio? quid tam contemptibile, quam ciborum exceptio? totum, quod sciam, uetus testamentum omnis haereticus inridet. stulta enim mundi elegit deus, ut confundat sapientia — Marcionis deus nihil tale, quia nec aemulatur contraria contrariis redarguere — ne glorietur omnis caro, ut, quemadmodum scriptum est: qui gloriatur, in deo glorietur. in quo? utique in eo, qui hoc praecepit. nisi creator praecepit, ut in deo Marcionis gloriemur.

1] I Cor. 10, 4. 3—4] I Cor. 1, 25. 7] I Cor. 1, 27—28. 16] cf. Leu. 6, 14—18 et 6, 9—13. 17] cf. Leu. 15, 12. 4. 26. 19] cf. Exod. 21, 24. 20] cf. Leu. 11, 2—44. 21] I Cor. 1, 27. 23] I Cor. 1, 29. 31. cf. Hier. 9, 23—24.

3 mors dei *M*, mors Christi *R uulgo* 4 hominibus *scripsi:* homini *MF*, homine *R* 8 sapientia R^3, sapientiam MR^1 12 uere MR^1, ⟨est⟩ uere R^3 *uulgo* 13 autem iam *Eng:* aut etiam *MF,* autem etiam *R uulgo* 16 holocaustomatum nidorosorum R^3, holocaustomata idolorum MR^1 17 grabattorum *MF*, grabbatorum *R uulgo* 22 sapientia R^3, sapientiam MR^1 *parenthesin indicaui* 23 contrariis R^3, a contrariis MR^1 25 deo *MR*, domino *FPam N* 26 in deo R^3, in deum MR^1

6. Igitur per haec omnia ostendit, cuius dei sapientiam loquatur inter perfectos, eius scilicet, qui sapientiam sapientium abstulerit et prudentiam prudentium inritam fecerit, qui infatuauerit sapientia mundi, stulta eligens eius et disponens in salutem. hanc dicit sapientiam in occulto fuisse, quae fuerit in stultis et in pusillis et ⟨in⟩ inhonestis, quae latuerit etiam sub figuris, allegoriis et aenigmatibus, reuelanda postmodum in Christo, posito in lumen nationum a creatore promittente per Esaiae uocem patefacturum se thesauros inuisibiles et occultos. nam ut absconderit aliquid is deus, qui nihil egit omnino, in quod aliquid abscondisse existimaretur, satis incredibile. ipse si esset, latere non posset, nedum aliqua eius sacramenta. creator autem tam ipse notus quam et sacramenta eius, palam scilicet decurrentia apud Israhel, sed de significantiis obumbrata, in quibus sapientia dei delitiscebat, inter perfectos narranda suo in tempore, proposita uero in proposito dei ante saecula. cuius et saecula, nisi creatoris? si enim et saecula temporibus structa sunt, tempora autem diebus et mensibus et annis compinguntur, dies porro et menses et anni solibus et lunis et sideribus creatoris signantur in hoc ab eo positis, — et erunt enim, inquit, in signa mensium et annorum — apparet et saecula creatoris esse et omne, quod ante saecula propositum dicatur, non alterius esse, quam cuius et saecula. aut probet dei sui saecula Marcion; ostendat et mundum ipsum, in quo saecula deputentur, uas quodammodo temporum, et signa aliqua uel organa eorum. si nihil demonstrat, reuertor, ut et illud dicam: cur autem ante saecula crea-

1] cf. I Cor. 2, 6. 2] cf. Es. 29, 14. 4] cf. I Cor. 1, 20. 5] cf. I Cor. 2, 7. 8] cf. Es. 49, 6. 9] cf. Es. 45, 3. 16] cf. I Cor. 2, 7. 21] Gen. 1, 14. 23] cf. I Cor. 2, 7. 27] cf. ib.

2 sapientium R^3. sapientum MR^1 6 in *addidi* 7 allegoriis *Pam* (*cf. 589, 9*): allegoricis *MR* 10 egit *R*, legit *MF* 16 in proposito MR^3, in proposita R^1 26 organa eorum *scripsi:* ortaneorum *MR*, ortum eorum R^3 (*in mg.*), notas eorum *Urs*, ordinem eorum *Oehlerus*

toris proposuit gloriam nostram? posset uideri eam ante saecula proposuisse, quam introductione saeculi reuelasset. at cum id facit paene iam totis saeculis creatoris prodactis, uane ante saecula proposuit et non magis intra saecula quod reuelaturus erat paene post saecula. non enim eius est festinasse in proponendo, cuius est retardasse in reuelando. creatori autem competit utrumque: et ante saecula proposuisse et in fine saeculorum reuelasse, quia et quod proposuit et reuelauit medio spatio saeculorum in figuris et aenigmatibus et allegoriis praeministrauit. sed quia subicit de gloria nostra, quod eam nemo ex principibus huius aeui scierit, ceterum si scissent, numquam dominum gloriae crucifixissent, argumentatur haereticus principes huius aeui dominum ***, alterius scilicet dei Christum, crucifixerit, ut et hoc in ipsum redigat creatorem. porro cui supra ostenderimus, quibus modis gloria nostra a creatore sit † deputanda, praeiudicatum esse debebit eam, quae in occulto fuerit apud creatorem, merito igno⟨ra⟩tam etiam ab omnibus uirtutibus et potestatibus creatoris, quia nec famulis liceat consilia nosse dominorum, nedum illis apostatis angelis ipsique principi transgressionis, diabolo, quos magis extraneos fuisse contenderim ob culpam ab omni conscientia dispositionum creatoris. sed iam nec mihi competit 'principes huius aeui' uirtutes et potestates interpretari creatoris, quia ignorantiam illis adscribit apostolus. Iesum

10—12] cf. I Cor. 2, 8. 24] cf. Matth. 4, 1—11.

6 est *scripsi:* et *MR* 7 proposuisse R^3, profuisse MR^1 8 et (*prius*) = *etiam; coniunge cum* praeministrauit 13 principes MR^1, ⟨quod⟩ principes R^3 *uulgo* *lacunam signaui:* dominum ⟨eius intellegendum, creatorem, qui gloriae dominum⟩ *supplendum censeo* (*cf. l. 14 et 590, 8:* iam nec in cruce eum figere potuit creator; *cf. etiam 638, 18*), *Eng sic putat supplendum:* huius aeui ⟨malos angelos (*siue* uirtutes et potestates) creatoris non esse, qui gloriae⟩ dominum (*cf. l. 22:* nec mihi competit *et 590, 16*) 14 crucifixerit *scripsi:* cruci eum fixerint MR^1, cruci confixerint R^3 *uulgo* et hoc R^3, hoc et MR^1 redigat MR^1, recidas R^3 *uulgo* 15 ostenderimus *MR*, ostendimus *Pam* 16 cleptanda *fort.*, depalata *Eng* 17 ignoratam *scripsi:* ignotam *MR* 18 ab omnibus *MR*, ab hominibus *Rig*, abominationibus *Eng*

enim et secundum nostrum euangelium diabolus quoque in temptatione cognouit, et secundum commune instrumentum spiritus nequam sciebat eum sanctum dei esse et Iesum uocari et in perditionem eorum uenisse. etiam parabola fortis illius armati, quem alius ualidior oppressit et uasa eius occupauit, ***, si in creatoris accipitur apud Marcionem, iam nec ignorasse ultra potuit creator dominum gloriae, dum ab eo opprimitur, nec in cruce eum figere, aduersus quem ualere non potuit, et superest, ut — secundum me quidem credibile sit — scientes uirtutes et potestates creatoris dominum gloriae, Christum suum, crucifixerint, qua desperatione et malitiae redundantia serui quoque scelestissimi dominos suos interficere non dubitant; scriptum est enim apud me satanam in Iudam introisse. secundum autem Marcionem nec apostolus hoc loco patitur ignorantiam adscribi uirtutibus creatoris in gloriae dominum, quia scilicet non illas uult intellegi principes huius aeui. quod si non uidetur de spiritalibus dixisse principibus, ergo de saecularibus dixit, de populo principali, utique non inter nationes, de ipsis archontibus eius, de rege Herode, etiam de Pilato, et quo maior principatus huius aeui, Romana dignitas praesidebat. ita et cum destruuntur argumentationes diuersae partis, nostrae expositiones aedificantur. sed uis adhuc gloriam nostram dei tui esse et apud eum in occulto fuisse. et quare adhuc eodem et deus instrumento et apostolus nititur? quid illi cum sententiis prophetarum ubique? quis enim cognouit

3] cf. Luc. 4, 34. 4] cf. Luc. 11, 21—22. 13] cf. Luc. 22, 3. 25] Es. 40, 13. cf. I Cor. 2, 16.

1 enim *scripsi:* autem *MR* 4 eorum *scil. diaboli et spirituum nequam, nisi malis supra rescribere:* sciebant 5 oppressit *R*³ (*cf. 512, 9*): obrepsit *MR*¹ 6 *lacunam signaui:* si in diaboli accipitur (*scil. parabolam*), testis est et ipsa cogniti ab illo domini *uel similia intercidisse puto* creatoris *MR*, creatorem *Urs* 7 dominum *scripsi:* deum *MR* 9 *parenthesin indicaui:* ut secundum me quidem credibile sit, <ut> *Eng* 10 dominum *scripsi:* deum *MR* 11 crucifixerint *MR*¹, crucifixisse *R*³ *uulgo* 13 satanan *M* 21 argumentationes *Gel:* argumentatione *MR* 24 et deus (*add. in mg. m. 1*) *M*

sensum domini, et quis illi consiliarius fuit? Esaiae est. quid illi etiam cum exemplis dei nostri? nam quod architectum se prudentem adfirmat, hoc inuenimus significari depalatorem disciplinae diuinae a creatore per Esaiam: auferam enim, inquit, a Iudaea inter cetera et sapientem architectum. et numqui non ipse tunc Paulus destinabatur, de Iudaea, id est de Iudaismo, auferri habens in aedificationem Christianismi, positurus unicum fundamentum, quod est Christus? quia et de hoc per eundem prophetam creator: ecce ego, inquit, inicio in fundamenta Sionis lapidem pretiosum, honorabilem, et qui in eum crediderit non confundetur. nisi si structorem se terreni operis deus profitebatur, ut non de Christo suo significaret, qui futurus esset fundamentum credentium in eum. super quod prout quisque superstruxerit, dignam scilicet uel indignam doctrinam, si opus eius per ignem probabitur, si merces illi per ignem rependetur, creatoris est, quia per ignem iudicatur nostra superaedificatio, utique sui fundamenti, id est sui Christi. Nescitis quod templum dei sitis et in uobis inhabitet spiritus dei? si homo et res et opus et imago et similitudo — et caro per terram et anima per afflatum — creatoris est, totus ergo in alieno habitat deus Marcionis, si non, creatoris sumus templum. quod si templum dei quis uitiauerit, uitiabitur, utique a deo templi. ultorem intentans creatorem intentauit. stulti estote, ut sitis sapientes. quare? sapientia enim huius mundi stultitia est penes deum. penes quem

2] cf. I Cor. 3, 10. 4] cf. Es. 3, 1—3. 9] Es. 28, 16. 14] cf. I Cor. 3, 13—15. 17] cf. I Cor. 3, 13. 18] I Cor. 3, 16. 23] I Cor. 3, 17. 25] I Cor. 3, 18. I Cor. 3, 19.

1 Esaiae *scripsi:* Esaias *MR* 6 numqui non *scripsi:* numquid *MR* 10 inicio *R*, inlicio *M* 12 nisi si R^1, nisi MR^3 14 eum, super *uulgo* 17 indicatur R^3 *mg* nostra *Eng:* uestra *MR* 20 *parenthesin indicaui* 21 totus *Rig:* tutus MR^1, tuus R^3 22 Marcion R^3 si non (= εἰ δὲ μή; *supple mente:* in alieno habitat deus Marcionis), creatoris *scripsi:* si non creatoris *uulgo* 24 intemptans *MF* intentauit *Eng:* intentabit MR^3F, intentabis R^1

deum? si nihil nobis et ad hunc sensum pristina praeiudicauerunt, bene, quod et hic adstruit: scriptum est enim: deprehendens sapientes in nequitia illorum; et rursus: dominus scit cogitationes sapientium, quod sint superuacuae. in totum enim praescriptum a nobis erit nulla illum sententia uti potuisse eius dei, quem destruere deberet, si non illi doceret. ergo, inquit, nemo glorietur in homine, et hoc secundum creatoris disciplinam: miserum hominem, qui spem habet in hominem et: bonum est fidere in deo, quam fidere in hominibus; ita et gloriari.

7. Et occulta tenebrarum ipse inluminabit, utique per Christum, qui Christum in lumen nationum repromisit quique se lucernam pronuntiauit scrutantem renes et corda. ab illo erit et laus unicuique, a quo et contrarium laudis, ut a iudice. certe, inquis, uel hic mundum deum mundi interpretatur dicendo: spectaculum facti sumus mundo, et angelis et hominibus, quia, si mundum homines mundi significasset, non etiam homines postmodum nominasset. immo, ne ita argumentareris, prouidentia spiritus sancti demonstrauit, quomodo dixisset: spectaculum facti sumus mundo, dum angelis, qui mundo ministrant, et hominibus, quibus ministrant. uerebatur nimirum tantae constantiae uir, ne dicam spiritus sanctus, praesertim ad filios scribens, quos in euangelio generauerat, libere deum mundi nominare, aduersus ⟨quem⟩ nisi exerte non posset uideri praedicare. non defendo secundum legem

2] I Cor. 3, 19. cf. Iob 5, 13. 3] I Cor. 3, 20. cf. Ps. 93, 11. 7] I Cor. 3, 21. 8] Hier. 17, 5. 9] Ps. 117, 8. 11] cf. I Cor. 4, 5. 12] cf. Es. 42, 6. 13] cf. Prou. 20, 27. Hier. 11, 20. cf. I Cor. 4, 5. 16] I Cor. 4, 9. 23] cf. I Cor. 4, 15.

1 ad hunc *Gel:* adhuc *MR* 3 deprehendens *MR*[1], deprehendes *R*[3] 10 hominibus *MR*, homine *Pam* 12 in lumen nationum *scripsi:* inluminationum *M*, illuminationem *R uulgo* quique se *scripsi:* quoque se *MF*, se quoque *R uulgo* 13 renes et corda *M*, corda et renes *R uulgo* 17 hominibus, quia *Urs:* hominibus. qui *MR* 19 quomodo *MR*[1], quidnam *R*[3] *reliqui praeter Oehlerum* 24 quem *add. R*[3], *om. MR*[1]

creatoris displicuisse illum, qui mulierem patris sui habuit — communis et publicae religionis secutus sit disciplinam —: sed cum eum damnat dedendum satanae, damnatoris dei praeco est. uiderit et quomodo dixerit: in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die domini, dum et de carnis interitu et de salute spiritus iudicarit et 'auferri' iubens 'malum de medio' creatoris frequentissimam sententiam commemorauerit. Expurgate uetus fermentum, ut sitis noua consparsio, sicut estis azymi. ergo azymi figurae erant nostrae apud creatorem. sic et pascha nostrum immolatus est Christus. quare pascha Christus, si non pascha figura Christi per similitudinem sanguinis salutaris pecoris et Christi? quid nobis et Christo imagines induit sollemnium creatoris, si non erant nostrae? Auertens autem nos a fornicatione manifestat carnis resurrectionem. corpus, inquit. non fornicationi, sed domino, et dominus corpori, 'ut templum deo et deus templo'. templum ergo deo peribit et deus templo? atquin uides: quem deus suscitauit et nos suscitabit, in corpore quoque suscitauit, quia corpus domino et dominus corpori. et bene quod aggerat: nescitis corpora uestra membra esse Christi? quid dicet haereticus? membra Christi non resurgent, quae nostra iam non sunt? empti enim sumus magno. plane nullo, si phantasma fuit Christus nec habuit ullam substantiam corporis, quam pro nostris corporibus dependeret. ergo et

1] cf. I Cor. 5, 1. 2] cf. ib. 3] cf. I Cor. 5, 5. 4] I Cor. 5, 5. 6] cf. I Cor. 5, 2. 13 (cf. Deut. 13, 5; 17, 7; 22, 24). 8] I Cor. 5, 7. 10] ib. 14] cf. I Cor. 6, 12—20. 15] I Cor. 6, 13. 16] a Marcione coll. I Cor. 6, 19 addita 18] cf. I Cor. 6, 14. 20] I Cor. 6, 15. 22] cf. I Cor. 6, 19. cf. I Cor. 6, 20.

1 displicuisse ⟨ei⟩ illum *fort.* *parenthesin indicauit Eng* 6 salutes *M* 8 consparsio *M*, conspersio *R uulgo* 10 sic *scil. figurate* 11 pascha, Christus *R*³, pascha christi *MR*¹ 12 pecoris et *scripsi:* et pecoris *MR*, et pecoris ⟨et⟩ *Eng* 13 induit *Urs:* imbuit *MR* 17 ergo deo *R*, ergo dei *M* templo. atquin *uulgo* 18 quem *MR*, qui *Pam* deus *scripsi:* dominus *MR*, dominum *Pam* suscitauit, et nos suscitabit; in *uulgo* *intellege:* (*eum*) quem deus suscitauit et (*qui*) nos suscitabit [*scil. Christus*], (*eum*) in corpore quoque suscitauit 19 suscitauit *M*, suscitabit *R uulgo* 22 magno *MR*¹, pretio magno *FR*³*G uulgo* 23 nullo si *R*³, nullus in *MR*¹ 24 dependerit *R*¹ et *om. Rig*

Christus habuit quo nos redimeret, et si aliquo magno redemit haec corpora, in quae admittenda fornicatio non erit ut in membra iam Christi, non nostra, utique sibi salua praestabit quae magno comparauit. iam nunc quomodo honorabimus, quomodo tollemus deum in corpore perituro? Sequitur de nuptiis congredi, quas Marcion constantior apostolo prohibet. etenim apostolus, etsi bonum continentiae praefert, tamen coniugium et contrahi permittit ⟨et⟩ usui esse, et magis retineri quam disiungi suadet. plane Christus uetat diuortium, Moyses uero permittit: Marcion totum concubitum auferens fidelibus — uiderint enim catechumeni eius — repudium ante nuptias iubens, cuius sententiam sequitur, Moysi an Christi? atquin et apostolus, cum praecipit mulierem a uiro non discedere aut, si discesserit, manere innuptam aut reconciliari uiro, et repudium permisit, quod non in totum prohibuit, et matrimonium confirmauit, quod primo uetuit disiungi et, si forte disiunctum, uoluit reformari. sed et continentiae quas ait causas? q u i a t e m p u s i n c o l l e c t o e s t. putaueram, 'quia deus alius in Christo'. et tamen ⟨a⟩ quo est collectio temporis, ab eo erit et quod collectioni temporis congruit. nemo alieno tempori consulit. pusillum deum adfirmas tuum, Marcion, quem in aliquo coangustat tempus creatoris. certe praescribens t a n t u m i n d o m i n o esse nubendum, ne qui fidelis ethnicum matrimonium contrahat, legem tuetur creatoris, allophylorum nuptias ubique prohibentis. Sed e t s i s u n t q u i d i c u n t u r d e i, s i u e i n c a e l i s s i u e i n t e r r i s apparet quomodo dixerit: non quasi uere sint, sed quia sint qui dicantur, quando non

4] cf. I Cor. 6, 20. 7] cf. I Cor. 7, 7—8. 8] cf. I Cor. 7, 9. cf. I Cor. 7, 10. 27. 9] cf. Matth. 5, 32; 19, 9. cf. Deut. 24, 1—2. 12] cf. I Cor. 7, 10—11. 18] I Cor. 7, 29. 23] I Cor. 7, 39. 25] I Cor. 8, 5.

2 admittenda *scripsi:* eadem mittenda *MR*, ea committenda *Pam* non (o *ex* e *a m. 1*) *M* 5 tollemus (o *ex* e *a m. 1*) *M* 8 et *add. Pam* 11 cathecumeni *M* nuptias MR^1, nuptae R^3 *reliqui praeter Oehlerum* 13 apostolus *scripsi* (*corruptela orta est ex similitudine siglorum* apł's *et* xp̄s)*:* Christus *MR*, Christi ⟨apostolus⟩ *Pam* 19 a quo R^3, quod MR^1 23 qui R^3, quid MR^1 25 nubtias *M* 27 quasi R^3, quia si MR^1 sed quia sint *om. Rig*

sint. de idolis enim coepit, de idolothytis disputaturus: scimus quod idolum nihil sit. creatorem autem et Marcion deum non negat. ergo non potest uideri apostolus creatorem quoque inter eos posuisse, qui dei dicantur et tamen non sint, quando, et si fuissent, nobis tamen unus esset deus pater, ex quo omnia. ⟨ex quo omnia⟩ nobis, nisi cuius omnia? quaenam ista? habes in praeteritis: omnia uestra sunt, siue Paulus siue Apollo siue Cephas siue mundus siue uita siue mors siue praesentia siue futura. adeo omnium deum creatorem facit, a quo et mundus et uita et mors, quae alterius dei esse non possunt. ab eo igitur inter omnia et Christus. Ex labore suo unumquemque docens uiuere oportere satis, exempla praemiserat militum pastorum rusticorum; sed diuina illis auctoritas deerat. legem igitur opponit creatoris ingratis, quam destruebat — sui enim dei nullam talem habebat —: boui, inquit, terenti os non obligabis, et adicit: num quid de bobus pertinet ad dominum? *** etiam [de] bobus propter homines benignum? propter nos enim scriptum est, inquit. ergo et legem allegoricam secundum nos probauit et de euangelio uiuentibus patrocinantem, ac propter hoc non alterius esse euangelizatores quam cuius lex, quae prospexit illis, cum dicit: propter nos enim scriptum est. sed noluit uti legis potestate, quia maluit gratis laborare. hoc ad gloriam suam retulit, quam negauit quemquam euacuaturum, non ad legis destructionem, qua alium probauit usurum. Ecce autem et in petram offendit caecus Marcion, de qua bibebant in solitudine

1] I Cor. 8,4. 4] cf. I Cor. 8,5. 5] I Cor. 8,6. 7] I Cor. 3,22. 12] cf. I Cor. 9,3—10. 13] cf. I Cor. 9,7. 15—17] I Cor. 9,9. Deut. 25,4. 18] I Cor. 9,10. 23] cf. II Cor. 11,7. 24] cf. I Cor. 9,15. 25] cf. I Cor. 9,15. 26] I Cor. 10,4.

1 idolotitis *M* 6 ex quo omnia *add. Lat: om. MR reliqui* 12 *coniunge:* uiuere satis = *ausreichenden Lebensunterhalt haben:* oportere, gratis *Eng* (*cf. l. 14:* ingratis, *quod uertit: den Undankbaren; sed uerisimilius mihi uidetur uertendum esse: unfreiwilliger Weise; cf. quae sequuntur*) 14 illis *scripsi:* illa *MR*, illic *Eng*, illi *Pam* opponit: *per ironiam alludit Tert. ad Antithesis Marcionis* 17 bobus *MF*, bubus *R* *lacunam signaui:* ut ostendat scilicet dominum *intercidisse puto* de *seclusit Urs:* et bobus *Rig* 25 autem *MR*³, enim *R*¹ *reliqui*

patres nostri. si enim petra illa Christus fuit, — utique creatoris, cuius et populus — cui rei figuram extranei sacramenti interpretatur? an ut hoc ipsum doceret, figurata fuisse uetera in Christum ex illis recensendum? nam et reliquum exitum populi decursurus praemittit: haec autem exempla nobis sunt facta. dic mihi: a creatore alterius et quidem ignoti dei hominibus exempla sunt facta, an alius deus ab alio mutuatur exempla, et quidem aemulo? de illo me terret sibi, a quo fidem meam transfert, ⟨an⟩ meliorem me illi aduersarius faciet? iam si deliquero eadem, quae et populus, eademne passurus sum an non? atquin si non eadem, uane mihi timenda proponit quae non sum passurus. passurus autem a quo ero? si a creatore, qualia infligere ipsius est? et quale erit, ut peccatorem aemuli sui puniat magis quam e contrario foueat deus zelotes? si ab illo deo, — atquin punire non nouit. ita tota ista propositio apostoli nulla ratione consistit, si non ad * disciplinam creatoris est. denique et in clausula praefationi respondet: haec autem quemadmodum euenerunt illis scripta sunt ad nos commonendos, in quos fines aeuorum decucurrerunt. o creatorem et praescium iam et admonitorem alienorum Christianorum! Praetereo, si quando, paria eorum, quae retractata sunt; quaedam et breuiter expungo. magnum argumentum dei alterius permissio omnium opsoniorum aduersus legem! quasi non et ipsi confiteamur legis onera dimissa, sed ab eo, qui imposuit, qui nouationem repromisit. ita et cibos qui abstulit reddidit quod et a primordio praestitit. ceterum si quis alius deus fuisset, destructor dei nostri, nihil magis suos prohibuisset quam de copiis aduersarii uiuere.

1] cf. I Cor. 10, 4. 5] I Cor. 10, 6. 10] cf. I Cor. 10, 7—10. 18] I Cor. 10, 11. 23] cf. I Cor. 10, 25.

1 *parenthesin indicaui:* populus. cui *uulgo* 6 et quidem *MR*^{3}*G*, equidem *R*^{1} 8 de illo *et* a quo *genus neutrum intellego* terret, sibi a quo *mauult distinguere Eng* 9 an *addidi* transfert. meliorem *uulgo* aduersarius (*scil. creator*) 13 *intellege:* si a creatore, (num passurus ero talia) qualia infligere ipsius (*scil. creatoris*) est? (*Eng*) 17 *lacunam signaui:* confirmandam *uel simile aliquid intercidit* (esse ad = *dienen zu*) 21 praetereo si *MR*^{3}, praeter eos *R*^{1} 22 *paria *M* (*in ras. a m. 1*) expungo *R*^{3}, expugno *MR*^{1} 23 obsoniorum *R uulgo*

8. Caput uiri Christus est. quis Christus? qui non est uiri auctor? 'caput' enim ad auctoritatem posuit, auctoritas autem non alterius erit quam auctoris. cuius denique uiri caput est? certe de quo subicit: uir enim non debet caput uelari, cum sit dei imago. igitur si creatoris est imago — ille enim Christum sermonem suum intuens, hominem futurum: faciamus, inquit, hominem ad imaginem et similitudinem nostram — quomodo possum alterum habere caput, non eum, cuius imago sum? cum enim imago sim creatoris, non est in me locus capitis alterius. sed et quare mulier potestatem super caput habere debebit? si quia ex uiro et propter uirum facta est secundum institutionem creatoris, sic quoque eius disciplinam apostolus curauit, de cuius institutione causas disciplinae interpretatur. adicit etiam: propter angelos. quos? id est cuius? si creatoris apostatas, merito, ut illa facies, quae eos scandalizauit, notam quandam referat de habitu humilitatis et obscuratione decoris; si uero propter angelos dei alterius, quid ueretur, si nec ipsi Marcionitae feminas adpetunt? Saepe iam ostendimus haereses apud apostolum inter mala ut malum poni et eos probabiles intellegendos, qui haereses ut malum fugiant. Proinde panis et calicis sacramento iam in euangelio probauimus corporis et sanguinis dominici ueritatem aduersus phantasma Marcionis, sed et omnem iudicii mentionem creatori competere, ut deo iudici, toto paene opere tractatum est. Nunc de spiritalibus. dico haec quoque, in Christum a creatore promissa ***, sub illa praescriptione, iustissima opinor, qua non alterius credenda sit exhibitio, quam cuius probata fuerit repromissio. pronun-

1] I Cor. 11, 3. 4] I Cor. 11. 7. 7] Gen. 1, 26. 11] cf. I Cor. 11, 10. 15] I Cor. 11, 10. cf. Gen. 6, 1. 19] cf. I Cor. 11, 18—19. 21] cf. I Cor. 11, 23—27. 24] cf. I Cor. 11, 29. 25] cf. I Cor. 12, 1.

1 Christus, qui *uulgo* 2 uiri auctor *cf. infra l. 6 sqq.* 5 uelari *M*, uelare *R uulgo* 16 apostatatas *M* 22 sacramento *MR*[3], sacramentum *R*[1] 25 spiritalibus dico, haec *uulgo* 26 *lacunam signaui:* ab eodem etiam exhibita *uel similia intercidisse puto, Eng uult rescribi:* Christum ⟨suum⟩ a creatore promissa, *nihil praeterea putans intercidisse* 27 proscriptione *M*

tiauit Esaias: prodibit uirga de radice Iesse, et flos [de radice] ascendet de uirga, et requiescet super eum spiritus dei. dehinc species eius enumerat: spiritus sapientiae et intellegentiae, spiritus consilii et ualentiae, spiritus agnitionis et religionis, spiritus eum replebit timoris dei. Christum enim in floris figura ostendit, oriturum ex uirga profecta de radice Iesse, id est uirgine generis Dauid, filii Iesse, in quo Christo consistere haberet tota substantia spiritus, non quasi postea obuentura illi, qui semper spiritus dei fuerit, ante carnem quoque, — ne ex hoc argumenteris prophetiam ad eum Christum pertinere, qui ut homo tantum ex solo censu Dauid postea consecuturus sit dei sui spiritum, — sed quoniam exinde, quo floruisset in carne sumpta ex stirpe Dauid, requiescere in illo haberet omnis operatio gratiae spiritalis et concessare et finem facere, quantum ad Iudaeos; sicut et res ipsa testatur, nihil exinde spirante penes illos spiritu creatoris, ablato a Iudaea sapiente et prudente architecto et consiliario et propheta, ut hoc sit: lex et prophetae usque ad Iohannem. accipe nunc, quomodo et a Christo in caelum recepto charismata obuentura pronuntiarit: ascendit in sublimitatem, id est in caelum; captiuam duxit captiuitatem, id est mortem uel humanam seruitutem; data dedit filiis hominum, id est donatiua, quae charismata dicimus. eleganter 'filiis hominum' ait, non passim 'hominibus', nos ostendens filios hominum, id est uere hominum, apostolorum. in euangelio enim, inquit, ego uos generaui, et: filii mei,

1] Es. 11, 1—2. 3] Es. 11, 2—3. 17] cf. Es. 3, 3. 18] Luc. 16, 16. 20—23] Eph. 4, 8. cf. Ps. 67, 19. 25] I Cor. 4, 15. 26] Gal. 4, 19.

1 de radice *seclusi* 2 ascendet de uirga: *sic legisse uidetur Tert. apud Esaiam, cf. de carne Christi 21:* flos de uirga *et:* uirga ex radice—flos ex uirga, *de corona 15:* habes florem ex uirga Iesse, *et infra l. 6* de uirga *om. Rig* 3 dei *M*, domini *R uulgo* 4 spiritus *M*, et spiritus *R uulgo* 5 replebit *Pam:* repleuebit *M*, repleuit *R* 7 ex uirga *MR*[3], et uirga *R*[1] 14 haberet omnis *M*, omnis haberet *R uulgo*, haberet *om. F* 16 spirante *R*[3], sperante *MR*[1] 18 hoc *M*, haec *R* prophetae *Pam:* propheta *MR* 22 data dedit *M*, dedit data *R*

quos parturio rursus, iam nunc et illa promissio spiritus absoluta, facta per Iohelem: in nouissimis temporibus effundam de meo spiritu in omnem carnem, et prophetabunt filii filiaeque eorum, et super seruos et ancillas meas de meo spiritu effundam. et utique si in nouissimos dies gratiam spiritus creator repromisit, Christus autem spiritalium dispensator in nouissimis diebus apparuit dicente apostolo: at ubi tempus expletum est, misit deus filium suum, et rursus: quia tempus iam in collecto est, apparet et de temporum ultimorum praedicatione hanc gratiam spiritus ad Christum praedicatoris pertinere. compara denique species apostoli et Esaiae. alii, inquit, datur per spiritum sermo sapientiae: statim et Esaias sapientiae spiritum posuit; alii sermo scientiae: hic erit sermo intellegentiae et consilii; alii fides in eodem spiritu: hic erit spiritus religionis et timoris dei; alii donum curationum, alii uirtutum: hic erit ualentiae spiritus; alii prophetia, alii distinctio spirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio linguarum: hic erit agnitionis spiritus. uide apostolum et in distributione facienda unius spiritus et in specialitate interpretanda prophetae conspirantem. possum dicere: ipsum quod corporis nostri per multa et diuersa membra unitatem charismatum uariorum compagini adaequauit, eundem et corporis humani et spiritus sancti dominum ostendit, qui merita charismatum noluerit esse in corpore spiritus, quae nec ⟨membrorum⟩ in corpore humano collocauit, qui de dilectione quoque omnibus charismatibus praeponenda apo-

2] Ioel 3, 1. 8] Gal. 4, 4. 9] I Cor. 7, 29. 12—19] I Cor. 12, 8—10. cf. Es. 11, 2—3. 22] cf. I Cor. 12, 12. 27] cf. I Cor. 12, 31.

1 et illa MR^3, ex illa R^1 2 absoluta (= *adimpleta*), facta *scripsi:* absolute facta *MR*, absoluta est, facta *Eng* temporibus *MR*, diebus *Pam N* 13 sapientiae spiritum *M*, spiritum sapientiae *R uulgo* 22 dicere: ipsum quod (= ob id ipsum, quod *secundum usum auctoris*) *scripsi:* dicere ipsum qui *MR* 24 ostendit *MR*, ostendi *ed. Migniana* 25 merita R^1 *mg:* meritum MR^3 *uulgo*, meritus R^1 26 membrorum *addidi* 27 apostolum R^3, apostolorum MR^1

stolum instruxerit principali praecepto quod probauit et Christus: diliges dominum de totis praecordiis et totis uiribus et tota anima et proximum tibi tamquam te. et si quod in lege scriptum esset commemorat in aliis linguis et in aliis labiis locuturum creatorem, cum hac commemoratione charisma linguarum confirmat, nec hic potest uideri alienum charisma creatoris praedicatione confirmasse. aeque praescribens silentium mulieribus in ecclesia, ne quid discendi dumtaxat gratia loquantur, — ceterum prophetandi ius et illas habere iam ostendit, cum mulieri etiam prophetanti uelamen imponit — ex lege accipit subiciendae feminae auctoritatem, quam, ut semel dixerim, nosse non debuit nisi in destructionem. Sed ut iam a spiritalibus recedamus, res ipsae probare debebunt, quis nostrum temere deo suo uindicet et an nostrae parti possit opponi haec, et si creator repromisit in suum Christum nondum reuelatum, ut Iudaeis tantum destinatum, suas habitura in suo tempore in suo Christo et in suo populo operationes. exhibeat itaque Marcion dei sui dona, aliquos prophetas, qui tamen non de humano sensu, sed de dei spiritu sint locuti, qui et futura praenuntiarint et cordis occulta traduxerint; edat aliquem psalmum, aliquam uisionem, aliquam orationem, dumtaxat spiritalem, in ecstasi, id est in amentia, si qua linguae interpretatio accessit; probet mihi etiam mulierem apud se prophetasse ex illis suis sanctioribus feminis magnis, dicam: si haec omnia facilius a me proferuntur et utique

2] Luc. 10, 27. 4] cf. I Cor. 14, 21. cf. Es. 28, 11. 8] cf. I Cor. 14, 34—35. 10] cf. I Cor. 11, 5. 11] cf. I Cor. 14, 34. Gen. 3, 16. 20] cf. I Cor. 14, 25. 22] cf. I Cor. 12, 10.

3 tibi *MR*, tuum *Pam* te *MR*, te <ipsum> *Pam* et si quod *scripsi:* quod etsi *MR*, quod et [si] *Eng* esse *Eng* 7 praedicatione *R*³, praedicationes *MR*¹ 10 prophetanti *MR*³, prophetandi *R*¹ 14 an nostrae parti *Rig:* a nostrae partis *MR*¹, quia nostrae parti *R*³ 19 sint *R*, sunt *MF* 20 praenuntiarint *R*³, pronuntiarint *MR*¹ 22 in amentia *MF*, amentia *R uulgo* 23 accesserit *fort.* mihi etiam *M*, etiam mihi *R* 24 magnis, dicam *MR*¹, magnidicam *R*³, magniducam *Rig*

conspirantia regulis et dispositionibus et disciplinis creatoris, sine dubio dei mei erit et Christus et spiritus et apostolus. habet professionem meam qui uoluerit eam exigere. 9. interim Marcionites nihil ex huiusmodi exhibebit, cui tum etiam pronuntiare, cuius magis Christus nondum sit reuelatus: sicut meus expectandus est, qui a primordio praedicatus est, illius idcirco non est, quia non a primordio. sic melius nos credimus in Christum futurum quam haereticus in ullum. Mortuorum resurrectionem quomodo quidam tunc negarint, prius dispiciendum est. utique eodem modo quo et nunc; siquidem semper resurrectio carnis negatur. ceterum animam et sapientium plures diuinam uindicantes saluam repromittunt, et uulgus ipsum ea praesumptione defunctos colit, qua animas eorum manere confidit; ceterum corpora aut ignibus statim aut feris aut, etiam diligentissime condita, temporibus tamen aboleri manifestum est. si ergo [carnis] resurrectionem negantes apostolus retundit, utique aduersus illos tuetur quod illi negabant, carnis scilicet resurrectionem. habes compendio responsum. cetera iam ex abundanti. nam et ipsum, quod mortuorum resurrectio dicitur, exigit defendi proprietates uocabulorum 'mortuorum' ⟨et 'resurrectionis'.⟩ [ita] mortuum [uocabulum] non est nisi quod amisit animam, de cuius facultate uiuebat; corpus est quod amittit animam et amittendo fit mortuum: ita mortui uocabulum corpori competit. porro si resurrectio mortui est, mortuum autem non aliud est quam

9] cf. I Cor. 15, 12.

3 *non bene hic distinguuntur capita* 4 ex huiusmodi (= *talibus*) *MR*[1], huiusmodi *R*[3] *uulgo* cui *scripsi:* qui *MR* tum etiam *MR*, timet iam *R*[3] *uulgo* pronuntiare (*scil.: est*): *dem dann auch* (*wenn er nämlich Erweise des Geistes nicht aufzuzeigen hat*) *deutlich zu machen ist . . .* 5 reuelatus. sicut *uulgo* 7 primordio. sic *scripsi:* primordio sit *MR* 8 Christum *MR*[3], Christo *R*[1] ullum *scripsi:* nullum *MR* 10 dispiciendum *R*[3], despiciendum *MR*[1] 14 ceterum *MR*, uerum *Iun* 15 feris *R*[3], ferris *MR*[1] 16 carnis *seclusi* 21 mortuorum *deleri uult Urs* et resurrectionis *addidi* (*cf. 602,1*) ita *et* uocabulum *secl. Urs* mortuorum *M* (*corr. in* mortuum *m. 1*): *corruptela ita est orta, ut aberrarent oculi librarii a uocabulo* mortuorum (*21*) *ad simile* mortuum (*24*), *unde et intellegitur, quomodo intercidere potuerit* et resurrectionis

corpus, corporis erit resurrectio. sic et resurrectionis uocabulum non aliam rem uindicat quam quae cecidit. surgere enim potest dici et quod omnino non cecidit, quod semper retro iacuit. resurgere autem non est nisi eius, quod cecidit; iterum enim surgendo, quia cecidit, resurgere dicitur. 're' enim syllaba iterationi semper adhibetur. cadere ergo dicimus corpus in terram per mortem, sicut et res ipsa testatur ex dei lege. corpori enim dictum est: terra es et in terram ibis. ita quod de terra est ibit in terram, hoc cadit quod in terram ibit, hoc resurgit quod cadit. Quia per hominem mors, et per hominem resurrectio. hic mihi et Christi corpus ostenditur in nomine hominis, qui constat ex corpore, ut saepe iam docuimus. quodsi sic in Christo uiuificamur omnes, sicut mortificamur in Adam, quando in Adam corpore mortificemur, sic necesse est et in Christo [corpore] uiuificemur. ceterum similitudo non constat, si non in eadem substantia mortificationi in Adam uiuificatio concurrat in Christo. sed interposuit aliquid adhuc de Christo et propter praesentem disceptationem non omittendum. tanto magis enim probabitur carnis resurrectio, quanto Christum eius dei ostendero, apud quem creditur carnis resurrectio. cum dicit: oportet enim regnare eum, donec ponat inimicos eius sub pedes eius, iam quidem et ex hoc ultorem deum edicit atque exinde ipsum, qui hoc Christo repromiserit: sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. uirgam uirtutis

8] Gen. 3, 19. 10] I Cor. 15, 21. 13] cf. I Cor. 15, 22. 21] I Cor. 15, 25. 24] Ps. 109, 1—2.

9 cadit *Ciacconius:* abit *MR* ibit *MR*, abit *Ciacconius: ego an ita inuertendus sit uerborum ordo haesito:* quod in terram ibit, hoc cadit; quod cadit, hoc resurgit 14 mortificemur *MR*, mortificamur *Oehlerus* 15 et in Christo *MR*[1], *del.* et *R*[3], *quem sequuntur reliqui* corpore *seclusi* (*est interpretamentum uocabuli* sic) 16 mortificationi *scripsi:* mortificationis *MR* 17 aliquid adhuc *M*, adhuc aliquid *R* 22 ponat *MR*[3], ponam *R*[1] *eius *M* (*priore loco; syllaba* ei *in lit.*) 23 ultorem *MR*[3], cultorem *R*[1] 24 donec (ec *ex* am *corr. m. 1*) *M* 25 uirtutis *M*, uirtutis tuae *R uulgo*

emittet dominus ex Sion et dominabitur in medio inimicorum tuorum tecum. sed necesse est ad meam sententiam pertinere defendam eas scripturas, quas et Iudaei nobis auocare conantur. dicunt denique hunc psalmum in Ezechiam cecinisse, quia is sederit ad dexteram templi et hostes eius auerterit deus et absumpserit; propterea igitur et cetera: ante luciferum ex utero generaui te in Ezechiam conuenire et in Ezechiae natiuitatem. nos edimus euangelia — de quorum fide aliquid utique iam in tanto opere istos confirmasse debemus — nocturna natiuitate declarantia dominum, ut hoc sit 'ante luciferum', et ex stella magis intellecta et ex testimonio angeli, qui nocte pastoribus adnuntiauit natum esse cum maxime Christum, et ex loco partus; in diuersorium enim ad noctem conuenitur. fortassean et mystice factum sit, ut nocte Christus nasceretur, lux ueritatis futurus ignorantiae tenebris. sed nec generaui te dixisset deus, nisi filio uero. nam etsi de toto populo ait: filios generaui, sed non adicit: ex utero. cur autem adiecit: ex utero — tam uane, quasi aliqui hominum ex utero natus dubitaretur, — nisi quia curiosius uoluit intellegi in Christum: ex utero generaui te, id est ex solo utero, sine uiri semine, carni deputans ⟨quod⟩ ex utero, spiritui quod ex ipso? his accedit: tu es sacerdos in aeuum. nec sacerdos autem Ezechias nec in aeuum, etsi fuisset. secundum ordinem, inquit, Melchisedec. quid Ezechias ad Melchisedec, altissimi sacerdotem et quidem non circumcisum, qui Abraham circumcisum iam

4] cf. Es. 37, 14—20; 37—38. IIII Reg. cap. 18—19. 7] Ps. 109, 3. 11] cf. Matth. 2, 2. 10. 12] cf. Luc. 2, 10. 8. 13] cf. Luc. 2, 7. 17] Es. 1, 2. 23—24] Ps. 109, 4. 26] cf. Gen. 14, 18—19.

1 dominaberis *Pam* 2 tecum ⟨et cetera.⟩ sed *Pam* 5 quia is sederit *R*^{3}, qui ait sedit *MR*^{1}. quia is, aiunt. sedit *Pam* 8 in *R*^{3}, ante *MR*^{1}, 'ante ⟨luciferum' in⟩ *fort.* (*cf. l. 11*), *defendit quae traduntur Eng* (*auch vor der Geburt des Ezechias, quia scilicet scriptum sit* 'generaui', *non* 'generabo') 16 dixisset *R*^{3}, edixisset *MR*^{1} 17 uero *Ciacconius:* puero *MR* 22 ⟨quod⟩ ex utero *scripsi:* ex utero *MR* spiritui quod ex ipso. his accedit *scripsi:* spiritus. quod et ipso hic accedit *MR*, spiritus. quod et ⟨in⟩ ipso hic accedit *Pam*

accepta decimarum oblatione benedixit? at in Christum conueniet ordo Melchisedec, quoniam quidem Christus, proprius et legitimus dei antistes, praeputiati sacerdotii pontifex tum in nationibus constitutus, a quibus magis suscipi habebat, agnituram se quandoque circumcisionem et Abrahae gentem, cum ultimo uenerit, acceptatione et bene⟨dictione⟩ dignabitur. est et alius psalmus ita incipiens: deus, iudicium tuum regi da, id est Christo regnaturo, et iustitiam tuam filio regis, id est populo Christi. filii enim eius sunt qui in ipso renascuntur. sed et hic psalmus Solomoni canere dicitur. quae tamen soli competunt Christo docere non poterunt etiam cetera non ad Solomonem, sed ad Christum pertinere? descendet, inquit, tamquam imber super uellus et uelut stillae destillantes in terram, placidum descensum eius et insensibilem describens de caelo in carnem. Solomon autem, etsi descendit alicunde, non tamen sicut imber, quia non de caelo. sed simpliciora quaeque proponam. dominabitur, inquit, a mari ad mare et a flumine usque ad terminos terrae: hoc soli datum est Christo; ceterum Solomon uni et modicae Iudaeae imperauit. adorabunt illum omnes reges: quem omnes, nisi Christum? et seruient ei omnes nationes: cui omnes, nisi Christo? sit nomen eius in aeuum: cuius nomen aeternum, nisi Christi? ante solem manebit nomen eius: ante solem enim sermo dei, id est Christus. et benedicentur in illo uniuersae gentes: in Solomone nulla natio benedicitur, in Christo uero omnis: quid nunc, si et deum eum psalmus iste demonstrat? et beatum eum dicent; quoniam

4] cf. Rom. 10, 20—21. 5] cf. Rom. 11, 26—27. 7—8] Ps. 71, 1. 12] Ps. 71, 6. 17] Ps. 71, 8. 20—21] Ps. 71, 11. 22—605, 3] Ps. 71, 17—19.

1 accepta *R*, acceptat *MF* 2 Christus, proprius *R*, proprius Christus *M* 4 suspici *susp. Eng* (*sed cf. Rom. 10, 20—21*) 5 agnituram *M*, cognituram *R uulgo* 6 bene⟨dictione⟩ *R*[3], bene *MR*[1] 10 dicitur *Eng* (*cf. 603, 4*): dicetur *MR* 12 solomonem *M* (*sic ubique hoc loco* o, *tantum quod l. 19:* ceterum salomon), Salomonem *R uulgo* (*ubique*) descendet (= καταβήσεται) *scripsi:* descendit *MR* 14 descensum (descen *in lit.*) *M* 23 aeternum *MR*, ⟨in⟩ aeternum *Pam* 27 psalmus iste *M*, iste psalmus *R* quoniam *R*[3], quomodo *MR*[1]

benedictus dominus deus Israhelis, qui facit mirabilia solus. benedictum nomen gloriae eius et replebitur uniuersa terra gloria eius. contra Solomon, audeo dicere, etiam quam habuit in deo gloriam amisit per mulierem in idolatriam usque protractus. itaque cum in medio psalmo illud quoque positum sit: inimici eius puluerem lingent, subiecti utique pedibus ipsius, ad illud pertinebit, propter quod hunc psalmum et intuli et ad meam sententiam defendi, ut confirmauerim et regni gloriam et inimicorum subiectionem secundum dispositionem creatoris consecuturum non alium credendum quam creatoris.

10. Reuertamur nunc ad resurrectionem, cui et alias quidem proprio uolumine satisfecimus omnibus haereticis resistentes; sed nec hic desumus, propter eos, qui illud opusculum ignorant. quid, ait, facient qui pro mortuis baptizantur, si mortui non resurgunt? uiderit institutio ista: kalendae, si forte, Februariae respondebunt illi pro mortuis petere. noli ergo apostolum nouum statim auctorem aut confirmatorem eius denotare, ut tanto magis sisteret carnis resurrectionem, quanto illi, qui uane pro mortuis baptizarentur, fide resurrectionis hoc facerent. habemus illum alicubi unius baptismi definitorem. igitur et pro 'mortuis' tingi pro 'corporibus' est tingi, — 'mortuum' enim corpus ostendimus — *** quid facient qui pro corporibus baptizantur, si corpora non resurgunt? atque adeo recte hunc gradum figimus, ut et secundam apostolus disceptationem aeque de corpore induxerit: sed dicent quidam: quomodo mortui resurgent? quo autem corpore

6] Ps. 71, 9. 15] I Cor. 15, 29. 21] cf. Eph. 4, 5. 26] I Cor. 15, 35.

5 protractus *MF*, pertractus *R uulgo* 6 quoque R^3, quod MR^1 lingent MR^3, lingunt R^1 10 consecuturum *MR*, consecuturus *Rig* 16 ista MR^3, iste R^1 17 *nescio, an rescribendum sit:* kalendae fabariae, *quia primo die mensis Februarii mortuos coli nusquam traditur; sed a mutando me reuocauit Eng, 'kalendas' Februarias hic per metonymiam dici putans pro 'mense' Februario* 19 eius *Urs:* eum *MR* 23 *lacunam signaui:* ut hoc dicat apostolus *uel similia intercidisse puto;* ostendimus —: quid... *Eng, lacunam non statuens* 25 et secundam apostolus *scripsi:* et apostolus secundam *MR* 26 disceptationem R^3, discrepationem MR^1

uenient? defensa etenim resurrectione, quae negabatur, consequens erat de qualitate corporis retractare, quae non uidebatur. sed de ista cum aliis congredi conuenit. Marcion enim in totum carnis resurrectionem non admittens et soli animae salutem repromittens, non qualitatis, sed substantiae facit quaestionem. porro et ex his manifestissime obducitur, quae apostolus ad qualitatem corporis tractat propter illos, qui dicunt: quomodo resurgent mortui? quo autem corpore uenient? iam enim praedicauit resurrecturum esse corpus, si de corporis qualitate tractauit. denique si proponit exempla grani tritici uel alicuius eiusmodi, quibus det corpus deus prout uolet, si unicuique seminum proprium ait corpus esse, ut aliam quidem carnem hominum, aliam uero pecudum et uolucrum, et corpora caelestia atque terrena, et aliam gloriam solis et lunae aliam et stellarum aliam, — nonne carnalem et corporalem portendit resurrectionem, quam per carnalia et corporalia exempla commendat? nonne etiam ab eo deo eam spondet, a quo sunt et exempla? sic et resurrectio, inquit. quomodo? sicut et granum corpus seritur corpus resurgit. seminationem denique uocauit dissolutionem corporis in terram, quia seritur in corruptela *** in honestatem, in uirtutem. cuius ille ordo in dissolutione, eius et hic in resurrectione, corporis scilicet. [sicut et granum.] ceterum si auferas corpus resurrectioni quod dedisti dissolutioni, ubi consistet diuersitas exitus? proinde et si seritur ⟨corpus⟩ anima⟨le,⟩

8] I Cor. 15, 35. 10—15] cf. I Cor. 15, 37—41. 18] I Cor. 15, 42. 21] I Cor. 15, 42—43. 25] I Cor. 15, 44.

5 qualitatis *R*, qualitati *MF* 6 his *in lit. M* 10 si (*priore loco*) *Oehlerus:* id *MR*, ideo *Ciacconius Eng* tractat *susp. Eng* 11 uel quibus *Oehlerus* (*mendose, ut uidetur*) eiusmodi *M in lit.* 12 pro [ut] *M in mg.* corpus esse *M*, esse corpus *R uulgo* 13 ut] et *Pam* 15 nonne *MR*^{3}, non *R*^{1} 16 portendit *R*, protendit *MF* 21 *lacunam signaui:* ⟨in dedecoratione, in infirmitate, resurgit autem in incorruptelam⟩ *interciderunt* 23 sicut et granum *seclusi: irrepserunt haec uerba ex l. 19*, sicut et grani *mauult Eng* 25 ⟨corpus⟩ anima⟨le⟩ *scripsi:* anima *MR*, animale *Gel*

resurgit spiritale, etsi habet aliquod proprium corpus anima uel spiritus, ut possit uideri corpus animale animam significare et corpus spiritale spiritum, non ideo animam dicit in resurrectione spiritum futuram, sed corpus, quod cum anima nascendo et per animam uiuendo animale dici capit, futurum spiritale, dum per spiritum surgit in aeternitatem. denique si non anima, sed caro seminatur in corruptela, dum soluitur in terram, iam non anima erit corpus animale, sed caro, quae fuit corpus animale, si quidem de animali efficitur spiritale, sicut et infra dicit: non primum quod spiritale ***. ad hoc enim et de ipso Christo praestruit: factus primus homo Adam in animam uiuam, nouissimus Adam in spiritum uiuificantem, licet stultissimus haereticus noluerit ita esse; 'dominum' enim posuit nouissimum pro nouissimo 'Adam', ueritus scilicet ne, si et [dominum] nouissimum haberet 'Adam', et eiusdem Christum defenderemus in Adam nouissimo, cuius et primum. sed falsum relucet. cur enim primus Adam, nisi quia et nouissimus Adam? non habent ordinem inter se nisi paria quaeque et eiusdem uel nominis uel substantiae uel auctoris. nam etsi potest in diuersis quoque esse aliud primum aliud nouissimum, sed unius auctoris. ceterum si et auctor alius, et⟨si⟩ ipse quidem potest nouissimus dici, quod tamen intulerit primum est, nouissimum autem, si primo par sit. par autem primo non est, quia non eiusdem auctoris est. eodem modo et in nomine hominis reuincetur. primus, inquit, homo de humo terrenus, secundus dominus de caelo. quare secundus, si non homo, quod et primus? aut numquid et primus dominus, si et secundus? sed sufficit: si in euan-

10] I Cor. 15, 46. 11] I Cor. 15, 45. 25] I Cor. 15, 47 ex Marcionis recensione.

1 spiritale. et si *uulgo* habet *Gel:* habes *MR* 3 resurrectione *R*, resurrectionem *MF* 7 soluitur *M*, dissoluitur *R* 8 terram R^3, terra MR^1 10 *lacunam signaui:* sed quod animale, deinde quod spiritale *intercidisse puto* 15 ne si R^3, nisi MR^1 dominum *seclusi:* et nouissimum *scil.: sicut et primum* 22 et⟨si⟩ipse *scripsi:* et ipse *MR* dici. quod *uulgo* 28 sed *in lit. M*

gelio filium hominis adhibet Christum, et hominem et in homine Adam eum negare non poterit. sequentia quoque eum comprimunt. cum enim dicit apostolus: qualis qui de terra, homo scilicet, tales et terreni, homines utique, ergo et: qualis qui de caelo homo, tales et qui de caelo homines. non enim poterat hominibus terrenis non homines caelestes opposuisse, ut statum ac spem studiosius distingueret in appellationis societate. statu enim ac spe dicit terrenos atque caelestes, homines tamen ex pari, qui secundum exitum aut in Adam aut in Christo deputantur. et ideo iam ad exhortationem spei caelestis: sicut portauimus, inquit, imaginem terreni, portemus et imaginem caelestis, non ad substantiam illam referens resurrectionis, sed ad praesentis temporis disciplinam. 'portemus' enim, inquit, non 'portabimus', praeceptiue, non promissiue, uolens nos sicut ipse incessit ita incedere, et a terreni, id est ueteris, hominis imagine abscedere, quae est carnalis operatio. denique quid subiungit? hoc enim dico, fratres, quia caro et sanguis regnum dei non possidebunt, opera scilicet carnis et sanguinis, quibus et ad Galatas scribens abstulit dei regnum, solitus et alias substantiam pro operibus substantiae ponere, ut cum dicit eos, qui in carne sunt, deo placere non posse. quando enim placere poterimus deo, nisi dum in carne hac sumus? aliud tempus operationis nullum, opinor, est. sed si, in carne quamquam constituti, carnis opera fugiamus, tum non erimus in carne, dum non in substantia carnis non sumus, sed in culpa. quodsi in nomine carnis opera, non substantiam carnis iubemur exponere, operibus ergo carnis, non substantiae carnis in

3—5] I Cor. 15, 48. 11] I Cor. 15, 49. 17] I Cor. 15, 50. 20] cf. Gal. 5, 19—21. 22] cf. Rom. 8, 8.

1 athibent *M* Christum et hominem, et *uulgo* 2 quoque eum *R*, eum quoque *M* 9 caelestes homines, tamen *uulgo* 11 spei caelestis <conuersus> *fort.* 13 illam *scripsi:* ullam *MR* 24 carne *R*, carnem *MF*

nomine carnis denegatur dei regnum. non enim id damnatur, in quo male fit, sed id, quod fit. uenenum dare scelus est, calix tamen, in quo datur, reus non est. ita et corpus carnalium operum uas est, anima est autem, quae in illo uenenum alicuius mali facti temperat. quale est autem ut, si anima, auctrix operum carnis, merebitur dei regnum per expiationem eorum, quae in corpore admisit, corpus, ministrum solummodo, in damnatione permaneat? uenefico absoluto calix erit puniendus? et tamen non utique carni defendimus dei regnum, sed resurrectionem substantiae suae, quasi ianuam regni, per quam aditur. ceterum aliud resurrectio aliud regnum. primo enim resurrectio, dehinc regnum. resurgere itaque dicimus carnem, sed mutatam consequi regnum. resurgent enim mortui incorrupti — illi scilicet, qui fuerant corrupti dilapsis corporibus in interitum — et nos mutabimur in atomo, in oculi momentaneo motu; oportet enim corruptiuum hoc — tenens utique carnem suam dicebat apostolus — induere incorruptelam et mortale hoc inmortalitatem — ut scilicet habilis substantia efficiatur regno dei; erimus enim sicut angeli —: haec erit demutatio carnis, sed resuscitatae. aut si nulla erit, quomodo induet incorruptelam et inmortalitatem? aliud igitur facta per demutationem tunc consequetur dei regnum, iam non caro nec sanguis, sed quod illi corpus deus dederit. et ideo recte apostolus: caro et sanguis regnum dei non consequentur, demutationi illud adscribens, quae accedit resurrectioni. si autem tunc fiet uerbum, quod scriptum est apud creatorem: ubi est, mors, [uictoria, ubi] contentio tua? ubi est, mors,

13—16] cf. I Cor. 15, 52. 16—19] I Cor. 15, 53. 20] cf. Matth. 22, 30. Luc. 20, 36. 24] I Cor. 15, 50. 26] I Cor. 15, 54. 27] I Cor. 15, 55. = Os. 13, 14.

1 carnis *om.* R^1 2 in quo *R*, in quod *MF* 5 quale est *R*, quale *M* 6 per expiationem *scil. in purgatorio cf. 47, 25 sqq.* 8 uenefico R^3, beneficio MR^1 16 athomo *M* 19 regno (o *ex* ū *a m. 1*) *M* 24 deus R^3, dei MR^1 25 consequetur R^1 28 uictoria ubi *seclusi* (*cf. 97, 19; 113, 16; 106, 2*): uictoria uel R^1

aculeus tuus? — uerbum autem hoc creatoris est per prophetam ⟨Osee⟩ —, eius erit et res, id est regnum, cuius et uerbum fit in regno. nec alii deo gratias dicit. quod nobis uictoriam, utique de morte, referre praestiterit, quam illi, ⟨a⟩ quo uerbum insultatorium de morte et triumphatorium accepit.

Ad Corinthios secunda

11. Si 'deus' commune uocabulum factum est uitio erroris humani, quatenus plures dei dicuntur atque creduntur in saeculo, benedictus tamen deus domini nostri Iesu Christi non alius quam creator intellegetur, qui et uniuersa benedixit — habes Genesim — et ab uniuersis benedicitur — habes Danihelem —; proinde si 'pater' potest dici sterilis deus, [nullius magis nomine quam creatoris] misericordiarum tamen pater idem erit, qui misericors et miserator et misericordiae plurimus dictus est. habes apud Ionam cum ipso misericordiae exemplum, quam Niniuitis exorantibus praestitit, facilis et Ezechiae fletibus flecti, et Achab, marito Iezabel, deprecanti sanguinem ignoscere Nabuthae, et Dauid agnoscenti delictum statim indulgens, malens scilicet paenitentiam peccatoris quam mortem, utique ex misericordiae adfectu. si quid tale Marcionis deus edidit uel edixit, agnoscam 'patrem misericordiarum'. si uero ex eo tempore hunc titulum ei adscribit, quo reuelatus, quasi exinde sit 'pater misericordiarum', quo liberare instituit genus humanum, atquin nos et ex eo tempore negamus illum, ex quo dicitur reuelatus. si

3] cf. I Cor. 15, 57. 8] II Cor. 1, 3. 10] cf. Gen. 1, 22. 11] cf. Dan. 3, 52—90 (*sec. LXX*) 12] II Cor. 1, 3. 13] cf. Ps. 102, 8. 14] cf. Ion. 4, 3. cf. Ion. 3, 10. 16] cf. IIII Reg. 20, 5. 17] cf. III Reg. 20, 29. cf. II Reg. 12, 13. 18] cf. Ez. 33, 11.

1 autem hoc *R*, hoc autem *M* 2 Osee *addidi* 4 a quo *R*, quo *MF* 6 AD CORINTHIOS PRIMA EXPLICIT *M* (*in mg. add. m. 1* incip̄ II), de epistola secunda ad Corinthios *R reliqui praeter Rig, qui om. titulum* 9 nostri *M* (*in ras. a m. 1*) *GR*³, mei *R*¹ Christi ⟨pater⟩ *Urs* 12 deus *scripsi* (sterilis deus *scil. Marcionis, quippe qui nihil omnino creauerit*): dei *MR* nullius—creatoris *seclusi* 14 dictus est *M*, est dictus *R uulgo* 15 ipso *scil. deo misericordi et miseratore* exemplum *scripsi:* exemplo *MR*, *Eng supra rescribi malens* ⟨eum⟩ cum *hic defendit* exemplum praestitit *R*, praestit *MF* 16 facilis *R*³, facilius *MR*¹ 17 iezabel *MR*, Iezabelis *Pam* 18 indulgens *scripsi:* indulgere *MR* 19 ex *MR*³, et *R*¹ adfectum *M* 23 nos et *scripsi:* et nos *MR* 24 negamus illum *scil.* patrem misericordiarum

enim prius constaret eum esse, tunc et adscribi ei posset. accidens enim est quod adscribitur, accidentia autem antecedit ipsius rei ostensio, cui accidunt. non potest igitur aliquid ei adscribere, quem tunc ostendit, cum aliquid ei adscribit; maxime cum iam alterius est quod adscribitur ei, qui prius non sit ostensus. tanto ⟨enim⟩ magis negabitur esse, quanto per quod adfirmatur esse, eius est, qui iam ostensus est. Sic et 'testamentum nouum' non alterius erit quam qui illud repromisit, et si non litterae at eius spiritus — hoc erit nouitas —, ⟨is⟩ denique, qui litteram tabulis lapideis inciderat, idem et de spiritu edixerat: effundam de meo spiritu in omnem carnem; et si littera occidit, spiritus uero uiuificat, eius utrumque est, qui ait: ego occidam et ego uiuificabo, percutiam et sanabo. olim duplicem uim creatoris uindicauimus. et iudicis et boni, littera occidentis per legem et spiritu uiuificantis per euangelium. non possunt duos deos facere quae, etsi diuersa, apud unum recenseri praeuenerunt. Commemorat et de uelamine Moysei, quo faciem tegebat incontemplabilem filiis Israhel. si ideo, ut claritatem maiorem defenderet noui testamenti, quod manet in gloria, quam ueteris, quod euacuari habebat, hoc et meae conuenit fidei praeponenti euangelium legi. et uide, ne magis meae: illic enim erit superponi quid, ubi fuerit et illud, cui superponitur. at cum dicit: sed obtunsi sunt sensus mundi, — non utique creatoris, sed populi, qui in mundo est; de Israhele enim dicit: ad hodiernum usque uelamen id ipsum in corde

8] cf. II Cor. 3, 6. cf. Hier. 38, 31. 9] II Cor. 3, 6. 10] cf. II Cor. 3, 3. 11] Ioel 3, 1. 12] II Cor. 3, 6. 13] Deut. 32, 39. 18] cf. II Cor. 3, 13. 20—21] cf. II Cor. 3, 11. 24] II Cor. 3, 14. 26] II Cor. 3, 14—15.

1 posset *scripsi:* potest *MR* 3 *uerba* non potest—adscribit, *quae in MR supra 610, 24 post* reuelatus *leguntur, huc transtuli* 6 enim *addidi* 9 et si *scripsi:* etsi *uulgo* litterae (= γράμματος) *Eng:* littera *MR* at *R*[3], et *MR*[1] eius *scil.* litterae spiritus = πνεύματος *parenthesin indicaui* 10 is *addidi* denique = *gerade, eben* 12 carnem. et *uulgo* 15 uindicauimus *Pam:* uindicamus *MR* 17 quae *Rig:* qui *MR* 18 moysei *MR,* Moysi *Pam* 20 defenderet *R*, defendere et *MF* quam *R*[3], quod *MR*[1] 21 praeponenti *R*[3], proponenti *MR*[1] 24 optunsi *MF* *parenthesin indicaui* 25 Israele *Pam:* israhel *MR*

eorum — figuram tum ostendit fuisse uelamen faciei in Moyse uelaminis cordis in populo, quia nec nunc apud illos perspiciatur Moyses corde, sicut nec facie tunc. quid est ergo 'adhuc' uelatum in Moyse, quod pertineat ad Paulum, si Christus creatoris a Moyse praedicatus nondum uenit? quomodo, iam apertius, et uelata adhuc denotantur corda Iudaeorum, nondum exhibitis praedicationibus Moysi, id est de Christo, in quo eum intellegere deberent? quid ad apostolum Christi alterius, si dei sui sacramenta Iudaei non intellegebant, nisi quia uelamen cordis illorum ad caecitatem, qua non perspexerant Christum Moysei, pertinebat? denique quod sequitur: cum uero conuerterit ad deum, auferetur uelamen, hoc Iudaeo proprie dicit, ad quem et est uelamen Moysei, qui, cum transierit in fidem Christi, intelleget Moysen de Christo praedicasse. ceterum quomodo auferetur uelamentum creatoris in Christo dei alterius, cuius sacramenta uelasse non potuit creator, ignoti uidelicet ignota? dicit ergo nos iam aperta facie — utique cordis, quod uelatum est in Iudaeis — contemplantes Christum eadem imagine transfigurari a gloria, qua scilicet et Moyses transfigurabatur a gloria domini, in gloriam. ita corporalem Moysei inluminationem de congressu domini et corporale uelamen de infirmitate populi proponens et spiritalem reuelationem et spiritalem claritatem in Christo superducens, — tamquam a domino, inquit, spirituum — totum ordinem Moysei figuram ignorati apud Iudaeos, agniti uero apud nos Christi fuisse testatur. Scimus quosdam sensus ambiguitatem pati posse de sono pronuntiationis aut de modo distinctionis, cum duplicitas earum intercedit. hanc Marcion

3—4] cf. II Cor. 3, 14—15. 6] cf. II Cor. 3, 15. 11] II Cor. 3, 16. 17] cf. II Cor. 3, 18. 24] II Cor. 3, 18.

1 eorum. figuram *uulgo* figuram tum *scripsi:* figuratum *MR*, figuram *Rig* 3 nec R^3, ne MR^1 6 apertius *scripsi:* opertus *M*, optatus R^1, opertatus *F*, operta R^3 *uulgo*, operta sunt *Eng* 8 quid ad R^3, quid et MR^1 11 quod R^3, quid MR^1 13 ad MR^1, apud R^3 *uulgo* 14 intelleget *scripsi:* intellegit *MR* 15 *coniunge:* quomodo auferetur creatoris in Christo uelamentum dei alterius, *quod nescio an et rescribendum sit* 23 caritatem *M*

captauit sic legendo: in quibus deus aeui huius, ut creatorem ostendens deum huius aeui, alium suggerat deum alterius aeui. nos contra sic distinguendum dicimus: in quibus deus, dehinc: aeui huius excaecauit mentes infidelium. in quibus: Iudaeis infidelibus, in quibus opertum est aliquibus euangelium adhuc sub uelamine Moysei. illis enim deus, labiis diligentibus eum, corde autem longe absistentibus ab eo, minatus fuerat: aure audietis et non audietis, oculis uidebitis et non uidebitis, et: nisi credideritis nec intellegetis, et: auferam sapientiam sapientium et prudentiam prudentium inritam faciam. haec autem non utique de euangelio dei ignoti abscondendo minabatur. ita etsi huius aeui deus, sed infidelium huius aeui excaecat cor, quod Christum eius non ultro recognouerint de scripturis intellegendum. et positum in ambiguitate distinctionis hactenus tractasse, ne aduersario prodesset, contentus, uictoriae ne ultro **, possum et in totum contentionem hanc praeterisse. simpliciori responsu prae manu erit esse huius aeui deum diabolum interpretari, qui dixerit propheta referente: ero similis altissimi, ponam in nubibus thronum meum, sicut et tota huius aeui superstitio illi mancipata est, qui excaecet infidelium corda et inprimis apostatae Marcionis. denique non uidit occurrentem sibi clausulam sensus: quoniam deus, qui dixit ex tenebris lucem lucescere, reluxit in cordibus nostris ad inluminationem agnitionis ⟨gloriae⟩ suae in persona Christi. quis dixit:

1] II Cor. 4, 4. 4] ib. 6] cf. Es. 29, 13. 8] Es. 6, 9. 9] Es. 7, 9. 10] Es. 29, 14. 19] Es. 14, 14. 23] II Cor. 4, 6.

3 alterius *M* (*in ras.*) 13 etsi huius *MR*, non huius *Pam* excaecat *R*, excaeca *M* 16 contentus uictoriae *uulgo* (*prob. Eng*) ne *MF*, nae *R uulgo* 17 ultra *Eng, non statuens lacunam* *lacunam signaui:* obsim *siue* quid detraham *intercidisse uidetur uel simile aliquid* 18 simpliciori *scil. homini* responsu *scripsi:* responso *MR* esse = *licere: om. Pam* deum *scripsi:* dominum *MR* 26 gloriae *addidi* (*cf. II Cor.* *4, 6 et p. 90, 5; praeterea 614, 21*)

fiat lux? et ⟨de⟩ inluminatione mundi quis Christo ait: posui te in lumen nationum, sedentium scilicet in tenebris et in umbra mortis? cui respondent spiritus in psalmo ex prouidentia futuri: significatum est [inquit] super nos lumen personae tuae, domine. persona autem dei Christus dominus, unde et apostolus supra, qui est imago. inquit, dei. igitur si Christus persona creatoris dicentis: fiat lux, et Christus [et] apostoli et euangelium et uelamen et Moyses et tota series secundum testimonium clausulae creatoris est, dei huius aeui. certe non eius, qui numquam dixit: fiat lux. (praetereo hic et de alia epistola, quam nos ad Ephesios praescriptam habemus, haeretici uero ad Laodicenos. ait enim meminisse nationes, quod illo in tempore, cum essent sine Christo, alieni ab Israhele, sine conuersatione et testamentis et spe promissionis, etiam sine deo essent in mundo, utique etsi de creatore. ergo si nationes sine deo dixit esse, deus autem illis diabolus est, non creator, apparet deum aeui huius eum intellegendum, quem nationes pro deo receperunt, non creatorem, quem ignorant.) quale est autem, ut non eiusdem habeatur thesaurus in fictilibus uasis, ⟨id est in corporibus⟩ nostris, cuius et uasa sunt? iam si 'gloria' dei est, in fictilibus uasis tantum thesauri haberi, uasa autem fictilia creatoris sunt, ergo et gloria creatoris est, cuius uasa eminentiam uirtutis dei sapiunt, et uirtus ipsa. quia propterea in uasa fictilia commissa sit. ut eminentia eius probaretur. ceterum

1] Gen. 1, 3. Es. 49, 6. 2] cf. Es. 9, 2. 4] Ps. 4, 7. 5] cf. Thren. 4, 20. 6] II Cor. 4, 4. 12] cf. Eph. 2, 12. 19] cf. II Cor. 4, 7. 21] cf. II Cor. 4, 6.

1 de *add. Pam* inluminatione *Pam:* inluminationem *MR* 3 respondent *MF*, respondet *R uulgo* 4 inquit *seclusi* 8 et *seclusi* ut uelamen *fort.* 11 praetereo *MR^3*, praeterea *R^1*, praetere⟨und⟩o *fort.* praescriptam *R*, proscriptam *MF* 12 haeretici *MR^3*, haeretice *R^1* 15 deo *Pam:* domino *MR* essent, in mundo utique, etsi *uulgo* etsi de creatore *scil.* sit ille mundus 17 deum *scripsi:* dominum *MR* 20 id est in corporibus *addidi* 21 iam *scripsi:* nam *MR* gloria dei *cf. 613, 26* 24 quae propterea *susp. Eng*, *tenens infra* sunt *pro* sit 25 sit *scripsi:* sunt *MR*

alterius dei iam non erit gloria ideoque nec uirtus, — sed magis dedecus et infirmitas — cuius eminentiam fictilia et quidem aliena ceperunt. Quodsi haec sunt fictilia uasa, in quibus tanta nos pati dicit, in quibus etiam mortificationem circumferimus domini, satis ingratus deus et iniustus, si non et hanc substantiam resuscitaturus est, in qua pro fide eius tanta tolerantur, in qua et mors Christi circumfertur, in qua et eminentia uirtutis consecratur. sed enim proponit: ut et uita Christi manifestetur in corpore nostro, scilicet sicut et mors eius circumfertur in corpore. de qua ergo Christi uita dicit? qua nunc uiuimus in illo? et quomodo in sequentibus non ad uisibilia nec ad temporalia, sed ad inuisibilia et ad aeterna, id est non ad praesentia, sed ad futura exhortatur? quodsi de futura uita dicit Christi, in corpore eam dicens apparituram, manifeste carnis resurrectionem praedicauit, exteriorem quidem hominem nostrum corrumpi dicens, sed non quasi aeterno interitu post mortem, uerum laboribus et incommodis, de quibus praemisit, adiciens: et non deficiemus. nam et interiorem hominem nostrum renouari de die in diem dicens hic utrumque demonstrat: et corporis corruptionem ex uexatione temptationum et animi renouationem ex contemplatione promissionum.

12. *** terreni domicilii nostri non sic ait habere nos domum aeternam, non manu factam in caelo, quia quae manu facta sit, creatoris, intereat in totum, dissoluta post mortem. haec enim ad mortis metum et ad ipsius dissolutionis contristationem consolandam retractans etiam per sequentia manifestus, cum subicit ingemere nos de isto tabernaculo corporis terreni.

3] cf. II Cor. 4, 8—9. 4] cf. II Cor. 4, 10. 8] II Cor. 4, 10. 11] cf. II Cor. 4, 17—18. 14] cf. II Cor. 4, 11. 15] cf. II Cor. 4, 16. 18] II Cor. 4, 16. cf. II Cor. 4, 17. 22] cf. II Cor. 5, 1. 27] cf. II Cor. 5, 2.

1 alterius dei iam non erit *scripsi:* iam non erit alterius dei *MR* 5 domini *Pam:* dei *MR* 6 est *om. R*[1] 14 Christi *R*, Christus *MF* 16 sed *scripsi:* et *MR* 21 ex *R*, et *MF* 22 *lacunam signaui:* Ita et dissoluto tabernaculo *suppleri uelim* (*cf. II Cor. 5, 1*) non sic = nicht in dem Sinne; *coniunge cum* quia *in uersu insequenti* 26 manifestus (*scil. est*) *scripsi* (*manifestus c. part. cf. p. 69, 17*): manifestius *MR*

quod de caelo est superinduere cupientes: siquidem et despoliati non inueniemur nudi — id est: recipiemus quod despoliati sumus, id est corpus, et rursus: etenim qui sumus in isto tabernaculo corporis ingemimus, quod grauemur nolentes exui, sed superindui. hic enim expressit quod in prima epistola strinxit: et mortui resurgent incorrupti, qui iam obierunt, et nos mutabimur, qui in carne fuerint reprehensi a deo hic. et illi enim resurgent incorrupti, recepto scilicet corpore et quidem integro, ut ex hoc sint incorrupti, et hi propter temporis ultimum iam momentum et propter merita uexationum antichristi compendium mortis, sed mutati, consequentur, superinduti magis quod de caelo est quam exuti corpus. ita si hi super corpus induent caeleste illud, utique et mortui recipient corpus, super quod et ipsi induant incorruptelam de caelo, quia et de illis ait: necesse est corruptiuum istud induere incorruptelam et mortale istud inmortalitatem. illi induunt, cum receperint corpus, isti superinduunt, quia non amiserint corpus. et ideo ⟨non⟩ temere dixit: nolentes exui corpore, sed superindui, id est nolentes mortem experiri, sed uita praeueniri, uti deuoretur mortale hoc a uita, dum eripitur morti per superindumentum demutationis. ideo quia ostendit hoc melius esse, ne contristemur mortis, si forte, praeuentu, et arrabonem nos spiritus dicit a deo habere, quasi pigneratos in eandem spem superindumenti, et abesse a domino,

1] cf. II Cor. 5, 2. II Cor. 5, 3. 4] II Cor. 5, 4. 6] I Cor. 15, 52. 8] cf. I Cor. 15, 52. 10] cf. ib. 11] cf. I Ioh. 2, 18. 16] I Cor. 15, 53. 19] II Cor. 5, 4. 21] ib. 24] cf. II Cor. 5, 5. 25] cf. II Cor. 5, 6.

1 superinduere *MR*, superindui *Pam* 8 fuerint *M*, fuerunt *F*, fuerimus *R uulgo* reprehensi *MR*[1], deprehensi *R*[3] *uulgo* hic. et illi *Eng:* hi et illi *MR*[1], et illi *R*[3] *uulgo* 9 quidem *R*[3], qui de *MR*[1] 10 ex *R*, et *M* sint *R*, sit *M* 12 sed *R*[3], et *MR*[1] superinduti *R*[3], superinduci *MF*, superindui *R*[1] 13 exuti *MR*[3], exui *R*[1] 19 non *add.* *R*[3], *om.* *MR*[1] 25 pigneratos *MF*, pignoratos *R uulgo*

quamdiu in carne sumus, ac propterea debere boni ducere abesse potius a corpore et esse cum domino, ut et mortem libenter excipiamus. atque adeo omnes ait nos oportere manifestari ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisque quae per corpus admisit siue bonum siue malum. si enim tunc retributio meritorum, quomodo iam aliqui cum domino poterunt deputari? et tribunal autem nominando et dispunctionem boni ac mali operis utriusque sententiae iudicem ostendit et corporalem omnium repraesentationem confirmauit. non enim poterit quod corpore admissum est non corpore iudicari. iniquus enim deus, si non per id punitur quis aut iuuatur, per quod operatus est. Si qua ergo conditio noua in Christo, uetera transierunt, ecce noua facta sunt omnia: impleta est Esaiae prophetia. si etiam iubet, ut mundemus nos ab inquinamento carnis et sanguinis, non substantiam *** capere regnum dei. si et uirginem sanctam destinat ecclesiam adsignare Christo, utique ut sponsam sponso, non potest imago coniungi inimico ueritatis rei ipsius. si et pseudoapostolos dicit operarios dolosos transfiguratores sui, per hypocrisin scilicet, conuersationis, non praedicationis adulteratae reos taxat. adeo de disciplina, non de diuinitate dissidebatur. si satanas transfiguratur in angelum lucis, non potest hoc dirigi in creatorem. deus enim, non angelus, creator in deum lucis, non in angelum, transfigurare se dictus esset, si non eum satanam significaret, quem et nos et Marcion angelum

1] cf. II Cor. 5, 8. 3—5] cf. II Cor. 5, 10. 12] II Cor. 5, 17. cf. Es. 43, 18—19. 14] cf. II Cor. 7, 1. cf. I Cor. 15, 50. 16] cf. II Cor. 11, 2. 18] cf. II Cor. 11, 13. 22] II Cor. 11, 14.

3 libenter *om.* R^1 6 domino *scripsi:* deo *MR* 8 corporalem *scripsi:* temporalium MR^1, corporum R^3 *uulgo* 10 iniquos *M* 11 per id punitur *R*, periit punitur *F*, perdit punit *M* 15 substantium *ed. Migniana* (*probat Eng*) *lacunam signaui:* non substantiam ⟨negat, sed opera substantiae⟩ *supplendum puto* (*cf. 608, 26 sqq. et 623, 16*) 16 regnum *R*, regno *MF* dei, si *uulgo* 18 pseudoapostolos *MF*, pseudapostolos *R uulgo* 22 satanas transfiguratur *M*, transfiguratur satanas *R*

nouimus. 'De paradiso' suus stilus est ad omnem quam patitur quaestionem. hic illud forte mirabor, si proprium potuit habere paradisum deus nullius terrenae dispositionis; nisi si etiam paradiso creatoris precario usus est, sicut et mundo. et tamen hominem tollere ad caelum creatoris exemplum est in Helia. magis uero mirabor deum optimum, percutiendi et saeuiendi alienum, nec proprium saltem, sed creatoris angelum satanae colaphizando apostolo suo adplicuisse et ter ab eo obsecratum non concessisse. emendat igitur et deus Marcionis secundum creatorem, elatos aemulantem et deponentem scilicet de solio dynastas. aut numquid ipse est, qui et in corpus Iob dedit satanae potestatem, ut uirtus in infirmitate comprobaretur? Quid et formam legis adhuc tenet Galatarum castigator, in tribus testibus praefiniens staturum omne uerbum? quid et non parsurum se peccatoribus comminatur lenissimi dei praedicator, immo et ipsam durius agendi in praesentia potestatem a domino datam sibi adfirmat? nega nunc, haeretice, timeri deum tuum, cuius apostolus timebatur.

Ad Romanos 13. Quanto opusculum profligatur, breuiter iam retractanda sunt quae rursus occurrunt, quaedam uero et tramittenda, quae saepius occurrerunt. piget de lege adhuc congredi, qui totiens probauerim concessionem eius nullum argumentum praestare diuersi dei in Christo, praedicatam scilicet et repromissam in Christum apud creatorem, quatenus et ipsa ⟨ista⟩ epistola legem plurimum uidetur excludere. sed et iudicem deum ab apostolo circumferri saepe iam ostendimus

4] cf. II Cor. 12, 2. 7] cf. II Cor. 12, 7—8. 10] cf. Luc. 1, 51—52. cf. Ps. 118, 21. cf. Ps. 146, 8. 11] cf. Iob 1, 12. 12] cf. II Cor. 12, 9. 13] cf. II Cor. 13, 1. 14] cf. Deut. 19, 15. cf. II Cor. 13, 2. 16] cf. II Cor. 13, 10.

1 stilus = *liber* 2 mirabor (mira *in lit.*) *M* 6 deum *scripsi:* dominum *MR* 10 et *scripsi:* ut *MR*, ui *Eng* 17 adfirmat. nega *uulgo* 19 AD CORINTHIOS SECVNDA EXPLICIT; INCIPIT AD CORINTHIOS *M*, De epistola ad Romanos *RF* (*sed omissa uoce* de) quanto (*scil. magis*) MR^1, quando R^3 *uulgo* 20 et tramittenda *M*, extra mittenda R^1, tramittenda R^3 *uulgo* 22 qui totiens R^3, quotiens MR^1 22 probauerim R^3, probat uera MR^1 25 ista *addidi*

et in iudice ultorem et creatorem in ultore. itaque et hic, cum dicit: non enim me pudet euangelii; uirtus enim dei est in salutem omni credenti, Iudaeo et Graeco, quia iustitia dei in eo reuelatur ex fide in fidem, sine dubio et euangelium et salutem iusto deo deputat, non bono, — ut ita dixerim secundum haeretici distinctionem — transferenti ex fide legis in fidem euangelii, suae utique legis et sui euangelii, quoniam et iram ⟨dei⟩ dicit reuelari de caelo super impietatem et iniustitiam hominum, qui ueritatem ⟨in⟩ iniustitia detineant. cuius dei ira? utique creatoris. ergo et ueritas eius erit, cuius et ira, quae reuelari habet in ultionem ueritatis. etiam adiciens: scimus autem iudicium dei secundum ueritatem esse et iram ipsam probauit, ex qua uenit iudicium pro ueritate, et ueritatem rursus eiusdem dei confirmauit, cuius iram probauit probando iudicium. aliud est, si ueritatem dei alterius in iniustitia detentam creator iratus ulciscitur. quantas autem foueas in ista uel maxime epistola Marcion fecerit auferendo quae uoluit, de nostri instrumenti integritate parebit. mihi sufficit, quae proinde eradenda non uidit quasi neglegentias et caecitates eius accipere. si enim iudicabit deus occulta hominum, tam eorum qui in lege deliquerunt quam eorum qui sine lege, — quia et hi ⟨etsi⟩ legem ignorant, at natura faciunt quae sunt legis — utique is deus iudicabit, cuius sunt et lex et ipsa natura, quae legis est instar ignorantibus legem. iudicabit autem quomodo? secundum euangelium, inquit, per Christum. ergo et

2] Rom. 1, 16—17. 8] cf. Rom. 1, 18. 12] Rom. 2, 2. 21] Rom. 2, 16. cf. Rom. 2, 12. 22] cf. ib. cf. Rom. 2, 14. 25] Rom. 2, 16.

6 *parenthesin indicaui* 7 euangelii. quoniam *uulgo* 8 dei *add. Pam* 9 et *R*[3], loci *MR*[1], ac *fort.* in *add. R*[3], *om. MR*[1] 10 detinent *Pam* 13 ipsam *M*, ipsa *R* 16 in *om. M* 18 auferendo *R*[3], aut referendo *MR*[1] 21 iudicabit *R*[3], iudicauit *MR*[1] 22 et hi ⟨etsi⟩ *scripsi:* et hi *MR* 23 ignorant, at *scripsi:* ignorant et *MR*, ignorantes *Ciacconius* sint *M*

euangelium et Christus illius sunt, cuius et lex et natura, quae per euangelium et Christum uindicabuntur a deo illo iudicio, de quo et supra: secundum ueritatem. ergo qua ⟨ad⟩ defendenda ⟨ea⟩ reueletur de caelo ira non nisi a deo irae, ita et hic sensus, pristino cohaerens, in quo iudicium creatoris edicitur, non potest in alium deum referri, qui nec iudicat nec irascitur, sed in illum, cuius dum haec sunt, iudicium dico et iram, etiam illa ipsius sint necesse est, per quae haec habent transigi, euangelium et Christus. et ideo uehitur in transgressores legis docentes non furari et furantes, ut homo dei legis, non ut creatorem ipsum his modis tangens, qui et furari uetans fraudem mandauerit in Aegyptios auri et argenti, quemadmodum et cetera in illum retorquent. scilicet apostolus uerebatur conuicium deo palam facere, a quo non uerebatur diuertisse. adeo autem Iudaeos incesserat, ut ingesserit propheticam increpationem: propter uos nomen dei blasphematur. quam ergo peruersum, ut ipse blasphemaret eum, cuius blasphemandi causa malos exprobrat! Praefert et circumcisionem cordis praeputi. atenim apud deum legis est facta circumcisio cordis, non carnis, spiritu, non littera. quodsi haec est circumcisio Hieremiae — et circumcidemini praeputia cordis — sicut et Moysei — et circumcidemini duricordiam uestram —, eius erit spiritus circumcidens cor, cuius et littera metens carnem, eius et Iudaeus, qui in occulto, cuius et Iudaeus in aperto, quia nec Iudaeum nominare uellet apostolus non Iudaeorum dei seruum. Tunc

3] Rom. 2, 2. 4] cf. Rom. 1, 18. 10] cf. Rom. 2, 21. 12] Exod. 12, 35—36. 16] Rom. 2, 24. 19] cf. Rom. 2, 29. 20] Rom. 2, 29. 21] Hier. 4, 4. 22] Deut. 10, 16. 24] Rom. 2, 29. 25] Rom. 2, 28.

2 a deo *Lat:* adeo *MR* de quo *scripsi:* dei quod *MR* 4 ⟨ad⟩ defendenda ⟨ea⟩ (*scil.* legem et naturam, *cf. l. 2 et infra l. 9 sqq.*) *scripsi:* defendenda *MR*, defendenda ⟨ea⟩ (*scil.* ueritate) *Eng* 5 hic sensus *scil. Rom. 2, 16* pristino *scil. supra 619, 12 commemorato* 8 iram *M*, ira *R* quae *Lat:* quem *MR* 15 incesserat (*a uerbo incessendi deductum*) R^{3}, ingesserat MR^{1} 19 praeputi (= praeputii). atenim *scripsi:* praeputiationi *MR* apud deum legis *id est:* non apud Marcionis deum 22 Moysei *scripsi:* moyses *MR* et *om. R uulgo* 24 carnem eius, et *uulgo* 25 in aperto *om. M*

lex, nunc iustitia dei per fidem Christi. quae est ista distinctio? seruiuit deus tuus dispositioni creatoris, dans ei tempus et legi eius? an eius tunc, cuius et nunc? eius lex cuius et fides Christi? distinctio dispositionum est, non deorum. Monet iustificatos ex fide Christi, non ex lege, pacem ad deum habere. ad quem? cuius numquam fuimus hostes an cuius legi et naturae rebellauimus? nam si in eum competit pax, cum quo fuit bellum. ei et iustificabimur; et eius erit Christus, ex cuius fide iustificabimur, ad cuius pacem competit redigi hostes eius aliquando. Lex autem, inquit, subintroiuit, ut abundaret delictum. quare? ut superabundaret, inquit, gratia. cuius dei gratia, si non cuius et lex? nisi si creator ideo legem intercalauit, ut negotium procuraret gratiae dei alterius et quidem aemuli, ne dixerim ignoti, ut, quemadmodum apud ipsum regnauerat peccatum in mortem, ita et gratia regnaret in iustitia in uitam per Iesum Christum ⟨apud⟩ aduersarium ipsius. propter hoc omnia concluserat lex creatoris sub delictum et totum mundum deduxerat in reatum et omne os obstruxerat, ne qui gloriaretur per illam, ut gratia seruaretur in gloriam Christi non creatoris, sed Marcionis! Possum et hic de substantia Christi praestruere ex prospectu quaestionis subsecuturae. mortuos enim nos inquit legi ⟨per corpus Christi.⟩ ergo corpus Christi est. 'potest corpus contendi, non statim caro.' sed et quaecumque substantia sit, cum eius nominat corpus, quem subicit ex mortuis resurrexisse, non potest aliud corpus intellegi quam carnis, in quam lex mortis est dicta. Ecce autem et testimonium perhibet legi et causa delicti eam excusat:

1] Rom. 3. 22. 5] cf. Rom. 5, 1. 10] Rom. 5, 20. 14] Rom. 5. 21. 23—26] cf. Rom. 7, 4.

2 tuus *om.* *R*[1] 4 dispositionum *Pam:* dispositio nunc *MR* 6 numquam *M*, nusquam *R uulgo* 12 si (*s. u. a m. 1*) *M* 13 legem *om.* *R*[1] 17 apud *addidi* 17 propter hoc ⟨nimirum⟩ *fort.* 21 sed Marcionis! *Eng:* sed Marcionis. *uulgo* 23 per corpus Christi *addidi* (*cf. de monogamia c. 13*) 24 est. potest *scripsi:* et potest *MR*, et⟨si⟩ potest *Eng* potest corpus contendi *scil.* Christi esse

quid ergo dicemus? quia lex peccatum? absit! — erubesce, Marcion, [absit] abominanti apostolo criminationem legis — sed ego delictum non scio nisi per legem. o summum ex hoc praeconium legis, per quam ⟨non⟩ licuit delictum latere! non ergo lex seduxit, sed peccatum per praecepti occasionem. quid deo imputas legis quod legi eius apostolus imputare non audet? atquin et adcumulat: lex sancta et praeceptum eius iustum et bonum. si taliter ueneratur legem creatoris, quomodo ipsum destruat nescio. quis discernit duos deos, iustum alium bonum alium, cum is utrumque debeat credi, cuius praeceptum et bonum et iustum est? si autem et spiritalem confirmat legem, utique et propheticam, utique et figuratam. debeo enim et hinc constituere Christum in lege figurate praedicatum, quo et a Iudaeis omnibus potuerit agnosci.

14. Hunc si pater misit in similitudinem carnis peccati, non ideo phantasma dicetur caro, quae in illo uidebatur. peccatum enim carni supra adscripsit et illam fecit legem peccati habitantem in membris suis et aduersantem legi sensus. ob hoc igitur missum filium in similitudinem carnis peccati, ut peccati carnem simili substantia redimeret, id est carne, quae peccatrici carni similis esset, cum peccatrix ipsa non esset. nam et haec erit dei uirtus in substantia pari perficere salutem. non enim magnum, si spiritus dei carnem remediaret, sed si caro, consimilis peccatrici, dum caro est, sed non peccati. ita similitudo ad titulum peccati pertinebit, non ad substantiae mendacium. nam nec addidisset ‘peccati’, si substantiae similitudinem uellet intellegi, ut negaret ueritatem; tantum

1—3] Rom. 7, 7. 5] cf. Rom. 7, 11. 7] Rom. 7, 12. 12] cf. Rom. 7, 14. 15] cf. Rom. 8, 3. 17] cf. Rom. 7, 23. 21] cf. Hebr. 4, 15.

1 *parenthesin indicaui* 2 absit *seclusi* *erubescere cum datiuo iunctum cf. Apol. c. 9:* erubescat error uester Christianis abominanti apostolo *M*, abominati postulo *F*, abominari postulo R^1, abominatur apostolus R^3 *uulgo* 4 non *addidi* licuit *MR*, liquuit *Gel reliqui* 5 latens *Ciacconius* 13 hinc *scil. ex uerbis apostoli* 14 et *scripsi:* nec *MR; intellego autem: so daß er also auch von den Juden allen (nicht nur von den gläubig gewordenen cf. Rom. 11, 1—7) hätte erkannt werden können* 20 carne R^3, carni MR^1, carnea *Pam*

enim 'carnis' posuisset, non et 'peccati'. cum uero tunc sic struxit: 'carnis peccati', et substantiam confirmauit, id est carnem, et similitudinem ad uitium substantiae retulit, id est ad peccatum. puta nunc similitudinem substantiae dictam: non ideo negabitur substantiae ueritas. 'cur ergo similis, ⟨si⟩ uera'? quia uera quidem, sed non ex semine: de statu similis et uera, de censu non uero dissimilis. ceterum similitudo in contrariis nulla est. spiritus non diceretur carnis similitudo, — quia nec caro similitudinem spiritus caperet — sed phantasma diceretur, si id quod non erat uidebatur. similitudo autem dicitur, cum est quod uidetur. est enim, dum alterius par est. phantasma autem, qua hoc tantum est, non est similitudo. Et hic autem ipse edisserens, quomodo nolit nos esse in carne, cum simus in carne, ut scilicet non simus in operibus carnis, ostendit hac ratione scripsisse: caro et sanguis regnum dei non consequentur, non substantiam damnans, sed opera eius; quae, ⟨quia⟩ possunt non admitti a nobis in carne adhuc positis, non ad reatum substantiae, sed ad conuersationis pertinebunt. Item si corpus quidem mortuum propter delictum, — adeo non animae, sed corporis mors est — spiritus autem uita propter iustitiam, *** cui mors obuenit propter delictum, id est corpori. non enim alii quid restituitur, nisi qui illud amisit, et ita erit resurrectio, mortuorum dum est, corporum. nam et subiungit: qui

13] cf. Rom. 8, 9. 15] I Cor. 15, 50. 19—21] Rom. 8, 10. 24] Rom. 8, 11.

1 cum uero utrumque substruxerit *Lat* 6 si *addidi* 7 similis et *Lat:* simili sed *MR* dissimilis *MR*, dissimili *Oehlerus* 9 similitudonem *M* (*corr. m. 1*) 13 autem R^3, autem est MR^1 nos esse *M*, esse nos *R uulgo* 14 in operibus MR^3F, ex operibus R^1 15 scripsisse ⟨se⟩ *fort.:* ⟨se⟩scripsisse *Pam*, scripsisse *MR* 16 non consequentur *M*, consequi non possunt *R uulgo* 17 quia *add.* R^3 20 *parenthesin indicaui* sed R^3, et MR^1 21 ⟨ei utique obueniet uita propter iustitiam⟩ *suppl. Urs* 23 alii quid *scripsi:* alicui *MR* 24 resurrectio, mortuorum dum est, corporum *scripsi:* resurrectio mortuorum, dum est corporum *uulgo* nam et *M*, nam *R*

suscitauit Christum a mortuis, uiuificabit et mortalia corpora uestra. adeo et carnis resurrectionem confirmauit, absque qua nec corpus aliquid dici capit nec mortale aliquid intellegi, et Christi substantiam corporalem probauit; siquidem proinde uiuificabuntur et mortalia corpora nostra, quemadmodum et ille resuscitatus est, non alias proinde, nisi quia in corpore. Salio et hic amplissimum abruptum intercisae scripturae, sed adprehendo testimonium perhibentem apostolum Israheli, quod zelum dei habeant, sui utique, non tamen per scientiam. deum enim, inquit, ignorantes et suam iustitiam sistere quaerentes non subiecerunt se iustitiae dei; finis etenim legis Christus in iustitiam omni credenti. hic erit argumentatio haeretici, quasi deum superiorem ignorauerint Iudaei, qui aduersus eum iustitiam suam, id est legis suae, constituerint, non recipientes Christum, finem legis. cur ergo zelo eorum erga deum proprium testimonium perhibet, si non et inscitiam erga eundem deum eis exprobrat, quod zelo quidem dei agerentur, sed non per scientiam, ignorantes scilicet eum, dum dispositiones eius in Christo ignorant consummationem legi staturo atque ita suam iustitiam tuentur aduersus illum. atque adeo ipse creator et ignorantiam erga se eorum contestatur: Israhel me non agnouit et populus me non intellexit, et quod iustitiam suam magis sisterent: docentes doctrinas praecepta hominum, nec non et congregati essent aduersus dominum et aduersus Christum ipsius, ex inscitia scilicet. nihil igitur potest in alium deum exponi, quod competit in creatorem, quia et alias inmerito apostolus Iudaeos de igno-

9] cf. Rom. 10, 1. cf. Rom. 10, 2. 10] Rom. 10, 3—4. 16] cf. Rom. 10, 1. 22] Es. 1, 3. 24] Matth. 15, 9. cf. Es. 29, 13. 25] cf. Ps. 2, 2.

1 uiuificabit R^3, uiuificauit MR^1 3 aliquid *scripsi:* aliud *MR* 4 aliquid *scripsi:* aliud *MR* 5 nostra *R*, uestra *M* 10 deum: *ita legisse uidetur Marcion pro* dei iustitiam *cf. l. 13 sqq.* 12 iustitiam *Pam:* iustitia *MR* 16 <et> zelo *Gel* 17 inscitiam MR^1, inscientiam R^3G *uulgo* 23 populus <meus> *Gel* 26 inscientia *Pam*

rantia suggillasset erga deum ignotum. quid enim deliquerant, si iustitiam dei sui aduersus eum sistebant, quem ignorabant? atquin exclamat: 'o profundum diuitiarum et sapientiae dei et inuestigabiles uiae eius'! unde ista eruptio? ex recordatione scilicet scripturarum, quas retro reuoluerat, ex contemplatione sacramentorum, quae supra disseruerat in fidem Christi ex lege uenientem. haec si Marcion de industria erasit, quid apostolus eius exclamat, nullas intuens diuitias dei, tam pauperis et egeni quam qui nihil condidit, nihil praedicauit, nihil denique habuit, ut qui in aliena descendit? sed enim et apostolus et diuitiae creatoris olim absconditae nunc reseratae. sic enim repromiserat: et dabo illis thesauros occultos, inuisibiles aperiam eis. inde ergo exclamatum est: o profundum diuitiarum et sapientiae dei! cuius iam thesauri patebant. id Esaiae et sequentia de eiusdem prophetae instrumento: quis enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius ⟨eius⟩ fuit? quis porrexit ei et retribuetur illi? qui tanta de scripturis ademisti, quid ista seruasti, quasi non et haec creatoris? Plane noui dei praecepta uideamus: odio, inquit, habentes malum et bono adhaerentes — aliud est enim apud creatorem: auferte malum de uobis et: declina a malo et fac bonum —; amore fraternitatis inuicem adfectuosi — non enim id ipsum est: diliges proximum tamquam te —; spe

3] uerba apostolici Marcionis ex Rom. 11, 33 decurtata 6] cf. Rom. 1, 17. (*cf. p. 619, 7*) 12] Es. 45, 3. 13] Rom. 11, 33. 16] Rom. 11, 33—34. Es. 40, 13—14. 20] Rom. 12, 9. 21] I Cor. 5, 13. cf. Deut. 17, 7; 21, 21. 22] Ps. 33, 15. 23] Rom. 12, 10. 24] Leu. 19, 18. Rom. 12, 12.

2 sistebant (b *in ras. a m. 1*) *M* 4 inuestigabiles (*ab* in *et* uestigo) *MR*, ⟨in⟩inuestigabiles *Pam* ista *Iun:* irae *MR*, illa *Rig* 5 euoluerat *fort.* 7 legem *M* haec *scil.* scripturas *et* sacramenta ⟨non⟩ erasit *Urs* 10 apostolus MR^1, opes R^3 *uulgo; intellege:* et apostolus (*scil.* creatoris, non Marcionis est, *cf. l. 8*) et diuitiae creatoris (*scil.* sunt) 17 eius *add.* R^3, *om.* MR^1 21 *in M margini adscripsit m. 1:* antifrasin

gaudentes, utique dei — bonum est enim sperare in domino, quam sperare in magistratus —; pressuram sustinentes — exaudiet enim te dominus in die pressurae [habes psalmum] —; benedicite et nolite maledicere — quis hoc docebit quam qui omnia benedictionibus condidit? —; non altum sapientes, sed humilibus adsectantes. ne sitis apud uos sapientes — 'uae' enim audiunt per Esaiam —; malum pro malo nemini retribueritis — et malitiae fratris tui ne memineris —; nec uosmet ipsos ulciscentes; 'mihi enim uindictam et ego uindicabo', dicit dominus; pacem cum omnibus ⟨hominibus⟩ habetote. ergo et legalis talio non retributionem iniuriae permittebat, sed inceptionem metu retributionis comprimebat. merito itaque totam creatoris disciplinam principali praecepto eius conclusit: diliges proximum tamquam te. hoc legis supplementum si ex ipsa lege est, quis sit deus legis, iam ignoro; metuo, ne deus Marcionis. si uero euangelium Christi hoc praecepto adimpletur, Christi autem non est creatoris, quo iam contendimus? dixerit Christus aut non: ⟨non⟩ ego ueni legem dissoluere sed implere, frustra de ista sententia neganda Ponticus laborauit: si euangelium legem non adimpleuit, ecce lex euangelium adimpleuit. bene autem, quod et in clausula tribunal Christi comminatur, utique iudicis et ultoris, utique creatoris, illum certe constituens promerendum, quem intentat timendum, etiamsi alium praedicaret.

1] Ps. 117, 9. 2] Rom. 12, 12. 3] Ps. 19, 2. 4] Rom. 12, 14. 5] cf. Gen. 1, 31. 28. 6] Rom. 12, 16. 7] cf. Es. 5, 21. 8] Rom. 12, 17. 9] cf. Zach. 7, 10. Rom. 12, 19. 10] ib. cf. Deut. 32, 35. 11] Rom. 12, 18. 15] Rom. 13, 9. cf. Leu. 19, 18. 20] Matth. 5, 17. 23] cf. Rom. 14, 9—10.

2 domino MR^1, dominum R^3 4 habes psalmum *secl. Eng* 6 adsectantes (συναπαγόμενοι) *M*, assentantes *R* 11 omnibus hominibus *Pam:* omnibus MR^3, hominibus R^1 13 permittebat *om.* R^1 19 contendimus, dixerit *uulgo* aut MR^1, an R^3 *uulgo* 20 ⟨non⟩ ego *Eng:* ego ⟨non⟩ *Gel*, ego *MR* implere? frustra *uulgo* 21 Ponticus R^1*mg Pam Rig* (*cf. 637, 2*)*:* Pontus *MR reliqui* laborabit *mauult Eng* (*sed cf. 434, 23; 444, 8—12*) 23 clausulam *M*

Ad Thessalonicenses prima

15. Breuioribus quoque epistulis non pigebit intendere. est sapor et in paucis. occiderant Iudaei prophetas suos. possum dicere: quid ad apostolum dei alterius et quidem optimi, qui nec suorum delicta damnare dicatur quique et ipse prophetas eosdem destruendo quodammodo perimat? quid mali admisit apud illum Israhel, si occidit quos et ille reprobauit, si prior inimicam in eos sententiam statuit? 'deliquit autem apud deum ipsorum': is exprobrabit iniquitatem, ad quem pertinet laesus; certe quiuis alius quam aduersarius laesi. sed nec onerasset illos imputando etiam domini necem qui et dominum interfecerunt dicendo et prophetas suos, licet 'suos' adiectio sit haeretici. quid enim tam acerbum, si alterius dei praedicatorem Christum interemerunt qui sui dei prophetas contrucidauerunt? status autem ⟨est⟩ exaggerationis, quod et dominum et famulos eius peremissent. denique si alterius dei Christum alterius prophetas peremerunt, aequauit impietatem, non exaggerauit. aequanda autem non fuit: ergo exaggerari non potuit, nisi in eundem deum commissa ex utroque titulo. ergo eiusdem dei Christus et prophetae. Quam autem sanctitatem nostram 'uoluntatem dei' dicat, ex contrariis, quae prohibet, agnoscere est — abstinere enim, inquit, a stupro, non a matrimonio; scire unumquemque uas suum in honore tractare. quomodo? dum non in libidine, qua gentes. libido autem nec

2] cf. I Thess. 2, 15. 10] ib. 19] cf. I Thess. 4, 3. 20—23] I Thess. 4, 4—5.

1 AD ROMANOS EXPLICIT *M* (*locus uacuus relictus est: in mg. a m. 1:* ad thessalonicenses), de epistola ad Thessalonicenses prima *RF* 4 dampnare *M* 5 quid *MR*, quid enim *Pam* 7 ipsorum: is *Eng:* ipsorum. is *uulgo* exprobrabit *Iun:* exprobrauit *MR* 8 quem MR^3, quam R^1 laesus = *laesura, si locus est integer; sed cum nusquam alibi inueniatur hoc uocabulum, nescio an interpolatum sit* (*cf.* laesi *l. 10*); *nihil enim desideratur, si deest:* ad quem pertinet *scil.* iniquitas 9 laesi sed R^3, laesisset MR^1 11 *haeretici *M* (*in ras.*) 14 est *addidi* (autem *ortum, ut uidetur, ex* aut̄ ē) 16 impietatem *scripsi* (*cf. infra:* aequanda fuit): impietates *MR*, impietatem, sed *Eng* 18 deum *scripsi:* dominum *MR* eiusdem dei R^3, eius dn̄s dei (*in mg.* dš *a m. 2*) *M*, eius dn̄s deus R^1 20 agnoscere est *scripsi:* agnosceres *MR* *parenthesin indicaui* 21 enim *om. Gel* 22 uas suum *M*, suum uas *R uulgo*

apud gentes matrimonio adscribitur, sed extraordinariis et non naturalibus et portentosis luxuriae —: est turpitudini quaque et inmunditiae contraria, quae non matrimonium excludat, sed libidinem, quae uas nostrum in honore matrimonii tractet. hunc autem locum salua alterius, id est plenioris sanctitatis praelatione tractauerim, continentiam et uirginitatem nuptiis anteponens, sed non prohibitis. destructores enim dei nuptiarum, non sectatores castitatis retundo. Ait eos, qui remaneant in aduentum Christi cum eis, qui mortui in Christo primi resurgent, quod in nubibus auferentur in aërem obuiam domino. agnosco his iam tunc prospectis mirari substantias caelestes ipsam Hierusalem, quae sursum est, et per Esaiam pronuntiare: quinam huc uelut nubes uolant, tamquam columbae cum pullis ad me? hunc ascensum si Christus nobis praeparabit, ille erit Christus, de quo Osee: qui ascensum suum aedificat in caelos, utique sibi et suis. exinde a quo sperabo nunc, nisi a quo haec audiui? Quem spiritum prohibet extingui et quas prophetias uetat nihil haberi? utique non creatoris spiritum nec creatoris prophetias secundum Marcionem. quae enim destruit, ipse iam extinxit et nihil fecit, nec potest prohibere quae ipse fecit. ergo incumbit Marcioni exhibere hodie apud ecclesiam suam exinde spiritum dei sui, qui non sit extinguendus, et prophetias, quae non sint nihil habendae. et si exhibuit quod putat, sciat nos quodcumque illud ad formam spiritalis et propheticae gratiae

8] cf. I Thess. 4, 15—17. 12] cf. Gal. 4, 26. 13] Es. 60, 8. 16] Am. 9, 6. 18] cf. I Thess. 5, 19—20.

2 portentosis *M*, portentuosis *R* luxuriae—: est (*scil.* sanctitas: *es ist die .... cf. 627, 19*) *scripsi:* luxuria est *MR*, lex uxoria est *Lat*, <lex naturae> luxuriae est *Oehlerus*, <sanctitas> luxuriae est *Urs* quaque *scripsi:* quoque *MR* 3 contraria *MR*³*G*, non contraria *R*¹ 6 contineam *M* 10 aerem *Pam:* aere *MR* 15 praeparabit *Eng:* praeparauit *MR* Osee *MR* (*cf. 537, 16*), Amos *Iun* 17 hunc *fort.* nisi *in lit. M* 19 nihili *Urs* (*sic et infra l. 21 et 24*) 20 destruit (*scilicet* prophetias et spiritum creatoris *qua apostolus dei alterius*) *MR,* destruxit *Gel* 21 ipse *scripsi:* nihil *MR* 23 qui *R*³, quod *MR*¹

atque uirtutis prouocaturos, ut et futura praenuntiet et occulta cordis reuelet et sacramenta edisserat. cum nihil tale protulerit ac probarit, nos proferemus et spiritum et prophetias creatoris secundum ipsum praedicantes. atque ita constabit apostolus de quibus dixerit, de eis scilicet, quae futura erant in ecclesia eius dei, qui dum est, spiritus quoque eius operatur et promissio celebratur. Age nunc, qui salutem carnis abnuitis et, si quando corpus in huiusmodi praenominatur, aliud nescio quid interpretamini illud quam substantiam carnis, quomodo apostolus omnes in nobis substantias certis nominibus distinxit et omnes in uno uoto constituit salutis, optans, ut spiritus noster et corpus et anima sine querela in aduentu domini et salutificatoris nostri Christi conseruentur? nam et animam posuit et corpus, tam duas res quam diuersas. licet enim et anima [et] corpus sit aliquod suae qualitatis, sicut et spiritus, cum tamen et corpus et anima distincte nominantur, habet ⟨autem⟩ anima suum uocabulum proprium, non egens communi uocabulo corporis, id relinquitur carni, quae non nominata proprio, communi utatur necesse est. etenim aliam substantiam in homine non uideo post spiritum et animam, cui uocabulum corporis accommodetur praeter carnem, hanc totiens in corporis nomine intellegens, quotiens non nominatur; multo magis hic, cum quae dicitur corpus suo nomine appellatur.

16. Cogimur quaedam identidem iterare, ut cohaerentia eis confirmemus. dominum et hic retributorem utriusque *Ad Thessalonicenses secunda*

1] cf. I Cor. 14, 25. 2] cf. I Cor. 14, 26. 6] cf. I Cor. 12, 11. 10—13] cf. I Thess. 5, 23. 25—630, 6] cf. II Thess. 1, 6—8.

1 prouocaturos *R*³, prouolaturos *MR*¹ 4 apostolus *Iun:* apostolum *MR* 10 in nobis substantias *Zahnius:* in nouis substantiis *MR* 13 salutificatoris *R*³, salutificaris *MR*¹ 15 anima *scripsi:* anima et *MR*¹, animae *R*³ *uulgo* 17 autem *addidi* 18 corporis; id *uulgo* 23 cum quae *R*³, cumque *MR*¹ nomine *R*, nominatur *M* 24 AD THESSALONICENSES PRIMA EXPLICIT *M* (*in mg. a m. 1* incip̄ II), de epistola ad Thessalonicenses secunda *R*¹*F* cohaerentia *MR*³, cohaerente *R*¹

meriti dicimus circumferri ab apostolo, aut creatorem aut, quod nolit Marcion, parem creatoris, apud quem iustum sit adflictatoribus nostris rependi adflictationem et nobis, qui adflictemur, requietem in reuelatione domini Iesu uenientis a caelo cum angelis uirtutis suae et in flamma ignis. sed flammam et ignem delendo haereticus extinxit, ne scilicet nostratem deum faceret. lucet tamen uanitas liturae. cum enim ad ultionem uenturum scribat apostolus dominum exigendam de eis, qui deum ignorent et qui non obaudiant euangelio, quos ait poenam luituros exitialem aeternam a facie domini et a gloria ualentiae eius, sequitur, ut flammam ignis inducat, scilicet ueniens ad puniendum. ita et in hoc, nolente Marcione, crematoris dei Christus est, et in illo creatoris [est], quod etiam de ignorantibus dominum ulciscitur, id est de ethnicis. seorsum enim posuit *** euangelio non obaudientes, siue Christianos peccatores siue Iudaeos. porro de ethnicis exigere poenas, qui euangelium forte non norint, non est dei eius, qui naturaliter sit ignotus nec usquam nisi in euangelio sit reuelatus, non omnibus scibilis. creatori autem etiam naturalis agnitio debetur, ex operibus intellegendo et exinde in pleniorem notitiam requirendo. illius est ergo etiam ignorantes deum plectere, quem non liceat ignorari. ipsum quod ait: a facie domini et a gloria ualentiae eius, uerbis usus Esaiae et ex ipsa causa, eundem sapit dominum, consurgentem ut comminuat terram. Quis autem est homo delicti, filius perditionis, quem reuelari prius oportet ante domini aduentum, extollens se super omne quod deus dicitur et omnem religionem, consessurus in templo dei

7—10] cf. II Thess. 1, 8—9. 10] II Thess. 1, 9. cf. Es. 2, 10. 19. 21. 23] ib. 25] cf. Es. 2, 19. 26] II Thess. 2, 3. cf. II Thess. 2, 3—4.

3 qui *R*, quia *MF* 4 reuelatione *R*, reuelationem *MF* 13 Christus est *M*, Christus *R* 14 est *seclusi* 15 hetnicis *M* *lacunam signaui:* deum ignorantes, id est ethnicos, seorsum *supplendum censeo* 17 hetnicis *M* 22 ignorari *M*, ignorare *R* 23 a (*prius*) *om. M* 24 Esaiae et ex ipsa (= *eadem*) causa, eundem *scripsi:* Esaiae, ex (et *M*) ipsa causa eundem *MR uulgo* 25 autem est *M*, est autem *R uulgo* 28 consessurus *Pam:* consecuturus *MR*

et deum se iactaturus? secundum nos quidem antichristus, ut docent ueteres ac nouae prophetiae, ut Iohannes apostolus, qui iam antichristos dicit processisse in mundum, praecursores antichristi spiritus, negantes Christum in carne uenisse et soluentes Iesum, scilicet in deo creatore; secundum uero Marcionem nescio, ne Christus sit creatoris. nondum ⟨enim⟩ uenit apud illum. quisquis est autem ex duobus, quaero, cur ueniat in omni uirtute et signis et ostentis mendacii. propterea, inquit, quod dilectionem ueritatis non susceperint, ut salui essent; et propter hoc erit eis ⟨in⟩ instinctum fallaciae, ut ⟨credant mendacio, ut⟩ iudicentur omnes, qui non crediderunt ueritati, sed consenserunt iniquitati. igitur si antichristus est secundum creatorem, deus erit creator, qui eum mittit ad impingendos eos in errorem, qui non crediderunt ueritati, ut salui fierent; eiusdem erit ueritas et salus, qui eas summissu erroris ulciscitur, id est creatoris, cui et competit zelus ipse, errore decipere quos ueritate non cepit. si uero non est antichristus secundum nos, ergo Christus est creatoris secundum Marcionem. et quale erit, ut ad ulciscendam ueritatem suam Christum creatoris summittat? sed et ⟨si⟩ de antichristo consentit, proinde dixerim: quale est, ut illi satanas, angelus creatoris, sit necessarius et occidatur ab eo, habens fallaciae operatione fungi creatori? in summa, si indubitatum est eius esse et angelum et ueritatem et salutem, cuius et ira et aemulatio et fallaciae inmissio aduersus contemptores et desultores, etiam aduersus ignorantes — ut iam et Marcion de gradu cedat, deum quoque suum zeloten

3] cf. I Ioh. 4, 1—3. 8] cf. II Thess. 2, 9. II Thess. 2, 10—12 sec. Marcionis recensionem. 22] cf. II Thess. 2, 8.

6 Christus sit *M*, sit Christus *R uulgo* enim *add. Urs* 7 quisquis *Lat:* cuiusquis *MR* 10 ⟨in⟩ instinctum *scripsi:* instinctum *MR* (*Marcionis igitur apostolicum sic habuisse puto:* καὶ διὰ τοῦτο ἔσται αὐτοῖς εἰς ἐνέργειαν πλάνης) 11 credant mendacio ut *addidi* 13 est secundum creatorem *ed. Migniana:* et secundum creatorem *MR*, est secundum nos et *Urs* 16 eas *Oehlerus:* ea *MR*, ex *Pam* 20 creatoris *Rig:* creatori *MR* sed et ⟨si⟩ *ed. Migniana:* sed ⟨si⟩ et *Urs*, at si et *Oehlerus* 21 illi R^3, illis MR^1 27 suum R^3*mg*, summum *MR*

concedens —, quis dignius irascetur? puto qui a primordio rerum naturam operibus beneficiis plagis praedicationibus testibus ad agnitionem sui praestruxit nec tamen agnitus est, non qui semel unico euangelii instrumento, et ipso incerto nec palam alium deum praedicante, productus est. ita cui competit uindicta, ei competet materia uindictae, euangelium dico et ueritas et salus. Iubere autem operari eum, qui uelit manducare, eius disciplina est, qui boui trituranti os liberum iussit.

Ad Laodicenos

17. Ecclesiae quidem ueritate epistolam istam ad Ephesios habemus emissam, non ad Laodicenos; sed Marcion et titulum aliquando interpolare gestit, quasi et in isto diligentissimus explorator. nihil autem de titulis interest, cum ad omnes apostolus scripserit dum ad quosdam, certe tamen eum deum praedicans in Christo, cui competunt quae praedicantur. cui ergo competet secundum boni existimationem, quam proposuerit in sacramento uoluntatis suae, in dispensationem adimpletionis temporum — ut ita dixerim, sicut uerbum illud in Graeco sonat — recapitulare — id est ad initium redigere uel ab initio recensere — omnia in Christum, quae in caelis et quae in terris, nisi cuius erunt omnia ab initio, etiam ipsum initium, a quo et tempora et temporum adimple⟨tio et adimple⟩tionis dispensatio, ob quam omnia ad initium recensentur in Christo? alterius autem dei quod initium, id est unde, cuius opus

7] cf. II Thess. 3, 10. 8] cf. Deut. 25, 4. 15—21] Eph. 1, 9—10.

2 naturam (= *creaturam*) *MR*, naturae *Urs* operibus *MF*, opibus *R* praedicationibus *M*, praedicationum *R*, praedictionibus *Eng* 3 ad agnitionem *M* (*in ras. a m. 1*) non *scripsi:* an *MR*, nec *Urs* 4 nec *Gel:* ne *MR*[3], nae *R*[1] *Oehlerus* 6 competet *MF*, competit *R* 8 bobu *M* 9 AD THESSALONICENSES SECVNDA EXPLICIT *M* (*in mg. add. m. 1:* ad laudicenos), de epistola ad Laodicenos *RF* 10 et titulum *scripsi:* ei titulum *MR* 11 gestit *M*, gestiit *R uulgo* 15 competet *Pam:* competent *MR* 18 ut ita *R*[3], uti pax *MR*[1] illud . . sonat *R*[3], illum . . sonare *MR*[1] 21 erunt omnia *M*, omnia erunt *R uulgo* 22 adimple⟨tio et adimple⟩tionis *Eng* (*cf. 633, 1*): adimpletiones *MR*, adimpletionis *Oehlerus*

nullum? quae tempora sine initio? quae adimpletio sine temporibus? quae dispensatio sine adimpletione? denique quid in terris egit iam olim, ut longa aliqua temporum adimplendorum dispensatio reputetur ad recensenda omnia in Christo, etiam quae in caelis? nec in caelis autem res ab altero actas existimabimus, quaecumque sunt, quam ab eo, a quo et in terris actas omnibus constat. quodsi non capit alterius 'omnia' ista deputari ab initio quam creatoris, quis credet ab alio ea recenseri in Christum alium, et non a suo auctore et in suum Christum? si creatoris sunt, diuersa sint necesse est a diuerso deo; si diuersa, utique contraria. quomodo ergo contraria recenseantur in eum, a quo denique destruuntur? nam et sequentia quem renuntiant Christum, cum dicit: ut simus in laudem gloriae ⟨eius⟩ nos, qui praesperauimus in Christum? qui enim praesperasse potuerunt, id est ante sperasse in deum quam uenisset, nisi Iudaei, quibus Christus praenuntiabatur ab initio? qui ergo praenuntiabatur, ille et praesperabatur. atque adeo hoc ad se, id est ad Iudaeos, refert, ut distinctionem faciat conuersus ad nationes: in quo et uos, cum audissetis sermonem ueritatis, euangelium, in quo credidistis et signati estis spiritu promissionis eius sancto. cuius promissionis? factae per Iohelem: in nouissimis diebus effundam de meo spiritu in omnem carnem, id est et in nationes. ita ⟨et⟩ spiritus et euangelium in eo erit Christo, qui praesperabatur, dum praedicabatur. Sed et 'pater gloriae' ille est, cuius Christus rex gloriae canitur in psalmo ascendens: quis est iste rex gloriae? dominus uirtutum ipse est rex gloriae; ab illo 'spiritus sapientiae' optatur, apud quem haec quoque

13] Eph. 1, 12. 19] Eph. 1, 13. 23] Ioel 3, 1. 26] cf. Eph. 1, 17. 27] Ps. 23, 10. 29] cf. Eph. 1, 17.

7 actas *Iun:* acta *MR* 14 eius *addidi* 15 potuerunt *MR*, poterunt *Oehlerus* 16 in dominum *fort.* 17 et *om.* *R*[1] 24 ⟨et⟩ spiritus *R*[3], spiritus *MR*[1] 25 praedicabatur *R*, praedicatur *M* 29 haec *M*, hae *R*

spiritalium species enumeratur inter septem spiritus per Esaiam; ille dabit 'inluminatos cordis oculos', qui etiam exteriores oculos luce ditauit, cui displicet caecitas populi: et quis caecus nisi pueri mei? et excaecati sunt famuli dei; apud illum sunt et 'diuitiae hereditatis in sanctis', qui eam hereditatem ex uocatione nationum repromisit: postula de me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam; ille 'inoperatus est in Christum ualentiam suam suscitando eum a mortuis et collocando eum ad dexteram suam subiciendo omnia', qui et dixit: sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum; quia et alibi spiritus ad patrem de filio: omnia subiecisti sub pedibus eius. si ex his alius deus et alius Christus infertur, quae recognoscuntur in creatore, quaeramus iam creatorem. plane, puto, inuenimus, cum dicit illos delictis mortuos, [non] in quibus ingressi erant secundum aeuum mundi huius, secundum principem potestatis aëris, qui operatur in filiis incredulitatis. sed mundum non potest et hic pro deo mundi Marcion interpretari. non enim simile est creatum creatori, factum factori, mundus deo. sed nec princeps potestatis aëris dicetur qui est princeps potestatis saeculorum. numquam enim praeses superiorum de inferioribus notatur, licet et inferiora ipsi deputentur. sed nec incredulitatis operator uideri potest, quam ipse potius et a Iudaeis et a nationibus patitur. sufficit igitur, si haec non cadunt in creatorem. si autem et est, in quem magis competant, utique magis hoc apostolus sciit. quis iste? sine dubio ille, qui ipsi creatori filios incredulitatis obstruit, aëre isto

1] cf. Es. 11, 2. 2] cf. Eph. 1, 18. 3] Es. 42, 19. 5] cf. Eph. 1, 18. 7] Ps. 2, 8. 8] cf. Eph. 1, 20—22 sec. recensionem Marcionis, quem Eph. 1, 21 in epistolam ad Gal. transtulisse supra commemorauimus cf. 581, 20. 10] Ps. 109, 1. 12] Ps. 8, 7. 15] cf. Eph. 2, 1. 16] Eph. 2, 2.

1 enumeratur *Oehlerus:* enumerantur *MR* 10 omnia <sub pedibus eius> *fort.* 16 non *secl.* *R*[3] 17 aeris <huius> *Pam* 20 sc̄m factori *M* 26 competant *Urs:* competat *MR*

potitus, sicut dicere eum propheta refert: ponam in nubibus thronum meum: ero similis altissimo. hic erit diabolus, quem et alibi, si tamen ita et apostolum legi uolunt, deum aeui huius agnoscemus. ita enim totum saeculum mendacio diuinitatis impleuit. qui plane si non fuisset, tunc haec in creatorem spectasse potuissent. sed et ⟨si⟩ in Iudaismo conuersatus fuerat apostolus, non quia interposuit de delictis: in quibus et nos omnes conuersati sumus, ideo delictorum dominum et principem aëris huius creatorem praestat intellegi, sed quia in Iudaismo unus fuerat de filiis incredulitatis diabolum habens operatorem, cum persequeretur ecclesiam et Christum creatoris, propter quod et: iracundiae filii fuimus, inquit. sed natura, ne, quia filios appellauit Iudaeos creator, argumentetur haereticus dominum irae creatorem. cum enim dicit: fuimus natura filii iracundiae, creatoris autem non natura sunt filii Iudaei, sed adlectione patrum, irae filios ad naturam retulit, non ad creatorem. ad summam subiungens: sicut et ceteri, qui utique filii dei non sunt, apparet communi naturae omnium hominum et delicta et concupiscentias carnis et incredulitatem et iracundiam reputans, diabolo tamen captante naturam, quam et ipse iam ⟨in⟩fecit delicti semine inlato. Ipsius, inquit, sumus factura, conditi in Christo. aliud est enim facere, aliud condere. sed utrumque uni dedit. homo autem factura creatoris est: idem ergo condidit in Christo, qui et fecit. quantum

1] Es. 14, 13—14. 8] Eph. 2, 3. 12—15] ib. 18] ib. 22] Eph. 2, 10.

1 potitus *Gel:* potius *MR* propheta refert *Iun:* profert et refert *MR* 6 et ⟨si⟩ *scripsi:* et *MR* 7 apostolus. non *uulgo* 11 habens R^3, habenti MR^1 12 iracundiae MR^3, non iracundiae R^1 13 fuimus, inquit MR^1, sumus, inquit *F*, fuimus R^3, sumus *G* inquit, sed natura. ne *uulgo* 14 haereticus *M*, hoc haereticus *R uulgo* 17 creatorem, ad *uulgo* 19 sunt. apparet *uulgo* 21 reputans *Eng* (apparere *c. part. structum ut 69, 17* manifestum esse): reputaris *M*, reputari *R*, reputare *Urs* 22 iam ⟨in⟩fecit *Rig:* iam fecit *MR*, infecit *Urs*, suam fecit *Pam* 23 est enim *M*, est *R*

enim ad substantiam, fecit, quantum ad gratiam, condidit. Inspice et cohaerentia: memores uos, aliquando nationes in carne, qui appellamini praeputiatio ab ea quae dicitur circumcisio in carne manu facta, quod essetis illo in tempore sine Christo, alienati a conuersatione Israhelis et peregrini testamentorum et promissionis eorum spem non habentes et sine deo in mundo. sine quo autem deo fuerunt nationes et sine quo Christo? utique eo, cuius erat conuersatio Israhelis et testamenta et promissio. at nunc, inquit, in Christo uos, qui eratis longe, facti estis prope in sanguine eius. a quibus erant retro longe? a quibus supra dicit: a Christo creatoris, a conuersatione Israhelis, a testamentis, a spe promissionis, a deo ipso. si haec ita sunt, ergo his prope fiunt nunc nationes in Christo, a quibus tunc longe fuerunt. si autem conuersationi Israhelis, quae est in religione dei creatoris, et testamentis et promissioni et ipsi deo eorum proximi sumus facti in Christo, ridiculum satis, si nos alterius dei Christus de longinquo admouit creatori. meminerat apostolus ita praedicatum de nationum uocatione ex longinquo uocandarum: qui longe erant a me adpropinquauerunt iustitiae meae. tam enim iustitia quam et pax creatoris in Christo adnuntiabatur, ut saepe iam ostendimus. itaque ipse est, inquit, pax nostra, qui fecit duo unum — Iudaicum scilicet et gentile, quod prope et quod longe — soluto medio pariete inimicitiae in carne sua. sed Marcion abstulit ‘sua’, ut inimicitiae daret ‘carne’,

2] Eph. 2, 11—12. 10] Eph. 2, 13. 21] Es. 46, 12—13. 24—26] Eph. 2, 14—15.

3 in carne ⟨fuisse⟩ *Pam* appellamini *MR*[1], appellabimini *F Oehlerus* praeputiatio *M*, praeputium *R uulgo* 16 fuerunt *M*, fuerant *R uulgo* 19 nos *R*[3], non *MR*[1] 25 iudaicum scilicet *M*, Iudaicum scilicet populum *R uulgo* gentile *scripsi* (*cf. 637, 14*): gentilem *MR* 27 inimicitiae = uoci ‘inimicitiae’ ‘carne’ *scripsi:* carnem *MR*

quasi carnali uitio [non] Christo aemulae. sicubi alibi dixi, et hic, non Marrucine, sed Pontice: cuius supra sanguinem confessus es, hic negas carnem? Si legem praeceptorum sententiis uacuam fecit, — adimplendo certe legem; uacat enim iam: non adulterabis, cum dicitur: 'nec uidebis ad concupiscendum', uacat: non occides, cum dicitur: 'nec maledices'; aduersarium legis de adiutore non potes facere — ut duos conderet in semetipso — qui fecerat idem condens, secundum quod et supra: ipsius enim factura sumus conditi in Christo — in unum nouum hominem, faciens pacem — si uere nouum, uere et hominem, non phantasma, nouum autem, ut noue natum ex uirgine dei spiritu — ut reconciliet ambos deo — et deo, quem utrumque genus offenderat, et Iudaicum et gentile — in uno corpore, inquit, cum interfecisset inimicitiam in eo per crucem: ita et hic caro corpus in Christo, quod crucem pati potuit. hoc itaque adnuntiante pacem eis qui prope et eis qui longe, accessum consecuti simul ad patrem iam non sumus peregrini et aduenae, sed conciues sanctorum, sed domestici dei, — utique eius, a quo supra ostendimus alienos fuisse nos et longe constitutos — superaedificati super fundamentum apostolorum. abstulit haereticus: et prophetarum, oblitus dominum posuisse in ecclesia sicut apostolos ita et prophetas, si non timuit, ne et super ueterum prophetarum fundamentum aedificatio nostra constaret in

3—16] Eph. 2, 15—16. 5] Exod. 20, 14. cf. Matth. 5, 27. cf. Matth. 5, 18. 6] Exod. 20, 13. Matth. 5, 21. cf. Matth. 5, 22. 9] Eph. 2, 10. 17—18] cf. Eph. 2, 17—18. 18] Eph. 2, 19. 21—23] Eph. 2, 20.

1 non *seclusi* sicubi *MR*, sicuti *Pam*, sic uti *Iun* dixi R^3, dixit MR^1 2 Pontice, cuius *uulgo* 3 carnem. si *uulgo* 4 *parenthesin indicaui ut et infra l. 7, 11, 13; incipit apodosis inde a uerbis* ita et *l. 15* 7 potes *Pam:* potest *MR* 12 ut noue *scripsi:* et noue *MR* 13 deo, quem *R*, dei, quem *MF* 14 et gentile *M*, et gentilem populum *R uulgo* inquit *fort. delendum* 15 cum R^3, tum MR^1 interfecisset R^3, interfecit, sed MR^1 17 adnuntiare R^1 19 et aduenae *M*, nec aduenae *R uulgo* 24 prophetas, si non timuit *scripsi:* prophetas. timuit si non MR^1, prophetas. timuit scilicet R^3 *uulgo* ueterem *M* (e *in* u *corr. m. 1*) 25 fundamentum *M*, fundamenta *R uulgo*

Christo, cum ipse apostolus ubique nos de prophetis exstruere non cesset. unde enim accepit summum angularem dicere Christum, nisi de psalmi significatione: lapis, quem reprobauerunt aedificantes, iste factus est in summo anguli?

18. De mania haeretici praecidendi non miror, ⟨miror⟩ si syllabas subtrahit, cum paginas totas plerumque subducit. datam inquit sibi apostolus gratiam nouissimo omnium inluminandi omnes, quae dispensatio sacramenti occulti ab aeuis in deo, qui omnia condidit. rapuit haereticus 'in' praepositionem et ita legi facit: 'occulti ab aeuis deo, qui omnia condidit'. sed emicat falsum. infert enim apostolus: ut nota fiat principatibus et potestatibus in supercaelestibus per ecclesiam multifaria sapientia dei. cuius dicit principatibus et potestatibus? si creatoris, quale est, ut principatibus et potestatibus eius ostendi uoluerit deus ille sapientiam suam, ipsi autem non. quando nec potestates sine suo principe potuissent quid cognoscere? aut si ideo deum non nominauit hic, quasi in illis et princeps ipse reputetur, ergo et occultatum sacramentum principatibus et potestatibus eius, qui omnia condidit, pronuntiasset, proinde in illis deputans ipsum. quod si illi dicit occultatum, illi debebat dixisse manifest⟨at⟩um. ergo non 'deo' erat occultatum, sed 'in deo', omnium conditore, occultum autem principatibus et potestatibus eius. quis enim cognouit sensum domini aut quis ei consiliarius fuit? hic captus haereticus fortasse mutabit, uti dicat deum suum suis potestatibus et prin-

1] cf. Eph. 2, 21. 2] cf. Eph. 2, 20. 3] Ps. 117, 22. 7] Eph. 3, 8—9. 11] Eph. 3, 10. 23] Es. 40, 13.

2 angularem *M*, lapidem angularem *R uulgo* 4 in summum anguli *fort.* (*alibi:* in caput anguli) 5 mania (= μανία) haeretici praecidendi *scripsi:* manibus haeretici praecidendis *MR*, manibus haeretici praecidentis *Pam* miror *addidi* (*cf.* 625,18), *Eng integrum putans hunc locum sic intellegit: rücksichtlich dessen, was durch die Hände des Ketzers weggeschnitten werden muß, wundere ich mich nicht, wenn er . .* 12 in supercaelestibus *Gel:* insuper caelestibus *MR* multi uaria *M* 19 condidit *Lat:* condit *MR* 20 illi *scripsi:* illis *MR* 21 illi *Rig:* illis *M* (*corr. m. 1*), ille *R* manifestatum *scripsi:* manifestum *MR* 24 ei consiliarius *M*, consiliarius ei *R uulgo* 25 mutabit *Iun:* mutauit *MR reliqui*

cipatibus notam facere uoluisse dispensationem sui sacramenti, quam ignorasset deus, conditor omnium. et quo competebat praetendere ignorantiam creatoris extranei et longa separatione discreti, cum domestici quoque superioris dei nescissent? tamen et creatori notum erat futurum. an non utique notum quod sub caelo et in terra eius habebat reuelari? ergo ⟨et⟩ ex hoc confirmatur quod supra struximus. si enim creator cogniturus erat quandoque occultum illud dei superioris sacramentum et ita scriptura habebat: 'occulti deo, qui omnia condidit,' sic inferre debuerat: 'ut nota fiat illi multifaria sapientia dei,' tunc: 'et potestatibus et principatibus' cuiuscumque dei, cum quibus sciturus esset creator. adeo subtractum constat quod et sic ueritati suae saluum est. Volo nunc et ego tibi de allegoriis apostoli controuersiam nectere, quas non uis in prophetis habuisse formas: captiuam, inquit, duxit captiuitatem. quibus armis? quibus proeliis? de cuius gentis uastatione? de cuius ciuitatis euersione? quas feminas, quos pueros quosue regulos catenis uictor inseruit? nam et cum apud Dauid Christus canitur 'succinctus gladio super femur' aut apud Esaiam 'spolia accipiens Samariae et uirtutem Damasci', uere eum et uisibilem extundis proeliatorem. agnosce igitur iam et armaturam et militiam eius spiritalem, si iam didicisti esse captiuitatem spiritalem, ut et hanc illius agnoscas, uel quia et captiuitatis huius mentionem de prophetis apostolus sumpsit, a quibus et mandata: deponentes mendacium loquimini ueritatem ad proximum quisque, et: irascimini et nolite delinquere — ut ipsis uerbis, quibus psalmus, exponeret sensus eius —; sol non occidat super

15] Eph. 4, 8. cf. Ps. 67, 19. 19] cf. Ps. 44, 4. 20] cf. Es. 8, 4. 25] Eph. 4, 25. cf. Zach. 8, 16. 26] Eph. 4, 26. Ps. 4, 5. 28] Eph. 4, 27.

4 domestico *M* 6 et *addidi* 10 multi uaria *M* 14 nectere. quas *uulgo* non uis *scripsi:* nouus *MR* 15 habuisse *scripsi:* habuisset *MR* 21 eum *R*³, cum *MR*¹ extundis *Oehlerus:* excondis *MR* 22 didicisti *R*, didicistis *MF* 27 *uocabulum* ut, *quod in MR paulo infra post* sol *legitur, huc transtuli* 28 occidat *R*³, excidat *MR*¹

iracundiam uestram; nolite communicare operibus tenebrarum — cum iusto enim iustus eris et cum peruerso peruerteris, et: auferte malum de medio uestrum, et: exite de medio eorum et inmundum ne adtigeritis; separamini, qui fertis uasa domini —. sic et 'inebriari uino dedecore' inde est, ubi sanctorum inebriatores increpantur: et potum dabatis sanctis meis uinum, quod prohibitus erat potare et Aaron et filii eius, cum adirent ad sancta. et psalmis et hymnis deo canerent docere illius est, qui cum tympanis potius et psalteriis uinum bibentes incusari a deo norat. ita cuius inuenio praecepta et semina praeceptorum uel augmenta, eius apostolum agnosco. Ceterum mulieres uiris subiectas esse debere unde confirmat? quia uir, inquit, caput est mulieris. dic mihi, Marcion, de opere creatoris deus tuus legi suae adstruit auctoritatem? hoc iam plane minus est, cum et ipsi Christo suo et ecclesiae eius inde statum sumit: sicut et Christus caput est ecclesiae. similiter et cum dicit: carnem suam diligit qui uxorem suam diligit, sicut et Christus ecclesiam, uides comparari operi creatoris Christum tuum et ecclesiam tuam. quantum honoris carni datur in ecclesiae nomine! Nemo, inquit, carnem suam odio habet, — nisi plane solus Marcion — sed et nutrit et fouet eam, sicut Christus ecclesiam. at tu ⟨ut⟩ eam solus odisti, auferens illi resurrectionem, odisse debebis

1] Eph. 5, 11. 2] Ps. 17, 26. 3] I Cor. 5, 13 cf. Deut. 21, 21. 4] II Cor. 6, 17. cf. Es. 52, 11. 5] Es. 52, 11. cf. Eph. 5, 18. 7] Am. 2, 12. 8] cf. Leu. 10, 9. 9] cf. Eph. 5, 19. 10] cf. Es. 5, 12. 12] cf. Eph. 5, 22. 13] Eph. 5, 23. 17] ib. 18] Eph. 5, 28. 21—23] Eph. 5, 29.

2 cum peruerso *M*, peruerso *R* 6 dedecore (*nomen adiectiuum intellege*) *MF*, dedecori *R uulgo* 7 dabatis *Pam:* dabitis *MR* 8 aaron *M*, Aaron sacerdos *R uulgo* 9 canerent *MR*¹, canere *R*³ 11 norant *M* semina *R*, seminia *M* 17 statum *R*³, satum *MR*¹ 18 uxorem suam *MF*, uxorem *R* 19 ecclesiam. uides *uulgo* 22 solus marcion *M*, Marcion solus *R uulgo* 23 sicut *MR*, sicut et *Pam* 24 ut *addidi* eam solus *M*, solus eam *R uulgo* resurrectionem. odisse *uulgo*

et ecclesiam, quia proinde diligitur a Christo. at enim Christus amauit et carnem sicut ecclesiam. nemo non diliget imaginem quoque sponsae, immo et seruabit illam et honorabit et coronabit. habet similitudo cum ueritate honoris consortium. laborabo ego nunc eundem deum probare masculi et Christi, mulieris ⟨et⟩ ecclesiae, carnis et spiritus, ipso apostolo sententiam creatoris adhibente, immo et disserente?: propter hanc relinquet homo patrem et matrem, et erunt duo in carne una. sacramentum hoc magnum est. sufficit interim, ista si creatoris magna sunt apud apostolum sacramenta, minima apud haereticos; sed ego autem dico, inquit, in Christum et ecclesiam. habes interpretationem, non separationem sacramenti. ostendit figuram ⟨sacra⟩menti ab eo praeministratam, cuius erat utique sacramentum. quid uidetur Marcioni? creator quidem ignoto deo figuras praeministrare non potuit, etiam quia aduersario, si noto; deus superior ab inferiore et a destruendo potius mutuari nihil debuit. Obaudiant et parentibus filii: nam — etsi Marcion abstulit: hoc enim est primum in promissione praeceptum — lex loquitur: honora patrem et matrem; et parentes, enutrite filios in disciplina et correptione domini: audisti enim et ueteribus dictum: narrabitis haec in auribus filiorum uestrorum et filii uestri aeque in auribus filiorum suorum. quo iam mihi duos deos, si una est disciplina? et si duo sunt, illum sequar, qui prior docuit. Sed

6] cf. Gen. 2, 24. 7] Eph. 5, 31—32. 11] Eph. 5, 32. 17] Eph. 6, 1 ex recensione Marcionis 18] cf. Eph. 6, 2. 20] Exod. 20, 12. cf. Eph. 6, 2. Eph. 6, 4. 22] Exod. 10, 2.

4 ueritate honoris *Urs:* ueritatis honore *MR* 5 Christi *R*[3], Christum *MR*[1] 6 et *add. R*[3] 7 disserente *R*[3], differente *R*[1], deferente *M* hanc *MR*, hoc *Pam* 9 carnem unam *Pam* 10 interim, ista *scripsi:* inter ista *MR* *intellege:* sufficit interim, si ista creatoris (*scil.* uerba) magna sunt apud apostolum sacramenta, (quae) minima (sunt) apud haereticos (sacramenta) 12 habes *R*[1] *mg*, habet *MR uulgo* 13 sacramenti *R*, menti *MF* 17 a destruendo *scripsi:* ad destruendum *MR* 19 enim est *M*, est enim *R uulgo* 20 matrem, et *uulgo* 21 audistis *M* 22 in auribus *M*, in aures *R*

aduersus munditenentes luctatio si nobis, o quanti iam dii creatores! cur enim non et hoc uindicem, unum munditenentem nominari debuisse, si creatorem significabat, cuius essent quas praemisit potestates? porro, cum supra quidem induere nos iubeat armaturam, in qua stemus ad machinationes diaboli, iam ostendit diaboli esse quae diabolo subiungit, potestates et munditenentes tenebrarum istarum, quae et nos diabolo deputamus. aut si diabolus creator est, quis erit diabolus apud creatorem? an sicut duo dii ita et duo diaboli, et pluraliter potestates et munditenentes? sed quomodo creator et diabolus et deus idem, cum diabolus non idem et deus et diabolus? aut enim ambo et dei, si ambo diaboli, aut qui deus, hic non et diabolus, sicut nec diabolus deus. ipsum uocabulum diaboli quaero, ex qua delatura competat creatori. fortasse detulit aliquam dei superioris intentionem, quod ipse ab archangelo passus est, et quidem mentito. non ideo enim interdixerat illius arbusculae gustum, ne dei fierent, sed ne de transgressione morerentur. nec spiritalia autem nequitiae ideo creatorem significabunt, quia adiecit: in caelis. sciebat enim et apostolus in caelis operata esse spiritalia nequitiae, angelorum scandalizatorum, in filias hominum. et quale erit, ut ambiguitatibus et per aenigmata nescio quae creatorem taxaret qui, in catenis iam constitutus [quo] ob libertatem praedicationis, constantiam manifestandi sacramenti in apertione oris, quam sibi expostulare a deo mandabat, ecclesiae utique praestabat?

Ad Colossenses 19. Soleo in praescriptione aduersus haeresîs omnes de testimonio temporum compendium figere, priorem uindi-

1] cf. Eph. 6, 12. 4] cf. Eph. 6, 11. 17] cf. Gen. 3, 5. cf. Gen. 3, 3. 18] cf. Eph. 6, 12. 20] cf. Gen. 6, 4. 24] cf. Eph. 6, 19—20.

1 dii *R*, dī *M*, dei *Pam* 9 sicut *MR*^{3}*G*, si *R*^{1} dii *MR*, dei *Pam* 12 si ambo *M*, si iam *R*^{1}, si ambo iam *R*^{3} *uulgo* non et *scripsi:* et non *MR* 14 delatura: *diabolus = delator* 19 significabunt *MR*, significabant *Pam* 21 erit *M*, erat *R uulgo* 21 scandalizatorum, in *Eng:* scandalizatorum in *uulgo* 22 creatori *M* 23 quo *del.* *R*^{3} 25 sibi *scripsi:* ibi *MR* expostulari *mauult Eng* 26 AD LAODICENOS EXPLICIT *M* (*in mg. add. m. 1:* ad colosenses) de epistola ad Colossenses *RF* haeresis *M*, haereses *R*

cans regulam nostram omni haeretica posteritate. hoc nunc probabit et apostolus dicens: de spe reposita in caelis quam audistis in sermone ueritatis euangelii, quod peruenit ad uos sicut et in totum mundum. nam si iam tunc traditio euangelica ubique manauerat, quanto magis nunc? porro, si nostra est quae ubique manauit, magis quam omnis haeretica, nedum Antoniniani Marcionis, nostra erit apostolica. Marcionis autem cum totum impleuerit mundum, ne tunc quidem se defendere poterit de apostolica. eam enim et sic constabit esse, quae prior mundum repleuit, illius scilicet dei euangelio, qui et hoc cecinit de praedicationibus eius: in omnem terram exiit sonus eorum et in terminos orbis uerba eorum. Inuisibilis dei imaginem ait Christum. sed nos enim inuisibilem dicimus patrem Christi, scientes filium semper retro uisum, si quibus uisus est, in dei nomine, ut imaginem ipsius; ne quam et hinc differentiam scindat dei uisibilis et inuisibilis, cum olim dei nostri sit definitio: dominum nemo uidebit et uiuet. Si non est Christus primogenitus conditionis, ut sermo creatoris, per quem omnia facta sunt et sine quo nihil factum est, si non in illo condita sunt uniuersa in caelis et in terris, uisibilia et inuisibilia, siue throni siue dominationes siue principatus siue potestates, si non cuncta per illum et in illo sunt condita, — haec enim Marcioni displicere oportebant — non utique tam nude posuisset apostolus: et ipse est ante omnes. quomodo enim ante omnes, si non ante omnia? quomodo ante omnia, si non primogenitus conditionis, si non sermo creatoris? unde ⟨autem⟩ ante omnes probabitur fuisse qui post

2] Col. 1, 5—6. 12] Ps. 18, 5. 13] cf. Col. 1, 15. 18] Exod. 33, 20. 19] cf. Col. 1, 15. 20] cf. Ioh. 1, 3. 21—23] cf. Col. 1, 16. 23] cf. Col. 1, 17. 25] Col. 1, 17.

4 uos (u *ex* n *a m. 1*) *M* 5 si iam *GR*, suam *M* tunc *M*, tum R^3*G*, *om.* R^1 7 Antoniniani *R*, antoniani *MF* 11 euangelium *Iun* hoc *M*, haec *R uulgo* 14 et nos *fort.* 15 est *om.* R^1 est in *uulgo* 18 deum *Pam* 24 oportebant *MF*, oportebat *R uulgo* 28 autem *addidi*

omnia apparuit? quis scit priorem fuisse quem esse nesciit? Quomodo item boni duxit omnem plenitudinem in semetipso habitare? primo enim, quae est ista plenitudo, nisi ex illis, quae Marcion detraxit, conditis in Christo in caelis et in terris, angelis et hominibus, nisi ex illis inuisibilibus et uisibilibus, nisi ex thronis et dominationibus et principatibus et potestatibus? aut si haec pseudoapostoli nostri et Iudaici euangelizatores de suo intulerint, edat plenitudinem dei sui Marcion, qui nihil condidit. ceterum quale est, ut plenitudinem creatoris aemulus et destructor eius in suo Christo habitare uoluerit? cui denique reconciliat omnia in semetipsum, pacem faciens per crucis suae sanguinem, nisi quem offenderant uniuersa, aduersus quem rebellauerant per transgressionem, cuius nouissime fuerant? conciliari enim extraneo possent, reconciliari uero non alii quam suo. Ita et nos quondam alienatos et inimicos sensu in malis operibus creatori redigit in gratiam, cuius admiseramus offensam colentes conditionem aduersus creatorem. sicubi autem et ecclesiam corpus Christi dicit esse — ut hic ait adimplere se reliqua pressurarum Christi in carne pro corpore eius, quod est ecclesia —, non propterea et in totum mentionem corporis transferens a substantia carnis. nam et supra reconciliari nos ait in corpore eius per mortem.

2] cf. Col. 1, 19. 4] cf. Col. 1, 16. 5—7] cf. ib. 11] cf. Col. 1, 20. 15] cf. Col. 1, 21. 17] cf. Rom. 1, 25. 18] cf. Col. 1, 24. 22] cf. Col. 1, 22.

2 item *MF*, autem *R* 3 est (*s. u. a m. 1*) *M* 7 pseudoapostoli *MR*[1], pseudapostoli *R*[3] *uulgo* 8 edat *scripsi:* et ad *MR* 9 condidit. ceterum *uulgo* 13 uniuersa *R*[1] *mg.*, una ipsa *MR* 14 nouisse *R*[1] 20 *uerba* quod est—per mortem (*l. 22*) *in MR*[1] *bis leguntur, sed hoc modo uariata:* quod est in ecclesia, non propterea et in totum mentionem corporis transferes (-ens *M*) a substantia carnis. nam et supra reconciliari nos ait in corpore eius morte || quod est ecclesia, sed non prospere et in totum ... transferes ... eius per mortem: *quae secundo loco inueniuntur scioli cuiusdam emendatoris esse mihi quidem persuasum est, tantum quod recipiendum mihi uidetur* per mortem (= διὰ τοῦ θανάτου) *pro* morte *et* ecclesia *pro* in ecclesia. *quapropter exemplum Rhenani et ceterorum inter uerba haec recipientium sequi nolui. intellego autem:* etsi apostolus corpus Christi ecclesiam dicit esse, non tamen ita, ut 'mentionem („*den Begriff*“) corporis' in totum semoueat a substantia carnis.

utique in eo corpore, in quo mori potuit, per carnem mortuus et non per ecclesiam, plane propter ecclesiam corpus commutando pro corpore, carnale pro spiritali. At cum monet cauendum a subtililoquentia et philosophia, ut inani seductione, quae sit secundum elementa mundi, — non secundum caelum aut terram dicens, sed secundum litteras saeculares et secundum traditionem, scilicet hominum subtililoquorum et philosophorum — longum est quidem et alterius operis ostendere hac sententia omnes haereses damnari, quod omnes ex subtililoquentiae uiribus et philosophiae regulis constent, sed Marcion principalem suae fidei terminum de Epicuri schola agnoscat, deum inferens [nec] hebetem, ne timeri eum dicat, collocans et cum deo creatore materiam de porticu Stoicorum, negans carnis resurrectionem, de qua proinde nulla philosophia consentit. cuius ingeniis tam longe abest ueritas nostra, ut et iram dei excitare formidet et omnia illum ex nihilo protulisse confidat et carnem eandem restituturum repromittat, et Christum ex uulua uirginis natum non erubescat, ridentibus philosophis, et haereticis et ethnicis ipsis. stulta enim mundi elegit deus, ut confundat sapientes, ille sine dubio, qui ex respectu huius suae dispositionis perditurum se sapientiam sapientium praeminabatur. hac simplicitate ueritatis contraria subtililoquentiae et philosophiae nihil peruersi possumus sapere. Denique si nos deus cum Christo uiuificat donans delicta nobis, non possumus credere ab eo donari delicta, in quem admissa non fuerint, ut retro ignotum. Age iam, cum dicit: nemo uos iudicet in cibo et potu et in parte diei festi

3] cf. Col. 2, 8. 19] I Cor. 1, 27. 21] cf. Es. 29, 14. 24] cf. Col. 2, 13. 27] Col. 2, 16—17.

1 mori potuit, per carnem mortuus et *scripsi:* mori potuit per carnem, mortuus est *MR* 3 ad *M* 5 *parenthesin indicaui* 11 scola *M* 12 deum *F*, dominum *MR* nec *secl.* R^3 ne R^3. nec MR^1 eum dicat *M*, dicat eum *R uulgo* 15 <ab> ingeniis *fort.* 19 philosophis et *uulgo* hethnicis *M* 22 hac *R*, hanc *M* 23 et *R*, est *M* 25 donari delicta *M*, delicta donari *R uulgo*

et neomeniae et sabbati, quae est umbra futurorum, corpus autem Christi, quid tibi uidetur, Marcion? de lege iam non retractamus, nisi quod et hic quemadmodum exclusa sit, edocet, dum scilicet de umbra transfertur in corpus, id est de figuris ad ueritatem, quod est Christus. ergo et umbra eius, cuius et corpus, id est et lex eius, ⟨cuius⟩ et Christus. segrega alii deo legem et alii deo Christum, si potes aliquam umbram ab eo corpore, cuius umbra est, separare. manifeste legis est Christus, si corpus est umbrae. Si autem et aliquos taxat, qui ex uisionibus angelicis dicebant cibis abstinendum — ne attigeris, ne gustaueris — uolentes in humilitate sensus incedere, non tenentes caput, non ideo legem et Moysen pulsat, quasi de angelica superstitione constituerit interdictionem quorundam edulium. Moysen enim a deo accepisse legem constat. denique hanc disciplinam — secundum praecepta, inquit, et doctrinam hominum — deputauit in eos, qui caput non tenerent, id est ipsum, in quo omnia recensentur [in Christum] ad initium reuocata, etiam differentia escarum. cetera praeceptorum, ut eadem, satis sit iam alibi docuisse quam a creatore manarint, qui, cum uetera praedicaret transitura noua facturus uniuersa, mandans etiam: nouate uobis nouamen nouum, iam tum docebat exponere ueterem hominem et nouum induere.

Ad Philippenses

20. Cum praedicationis enumerat uarietatem, quod alii ex fiducia uinculorum eius audentius sermonem enuntiarent, alii per inuidiam et contentionem, quidam uero et per

9] cf. Col. 2, 18. 11] Col. 2, 21. 12] cf. Col. 2, 18—19. 15] Col. 2, 22. 20] cf. Es. 43, 19; II Cor. 5, 17. 21] Hier. 4, 3. 22] cf. Eph. 4, 22. 24. 24—647, 2] cf. Phil. 1, 14—17 secundum recensionem Marcionis.

6 lex *Urs:* lux *MR* cuius *addidi* 7 segrega *R*, segregat *MF* 13 interdictionem *R*, interdictione *M*, in condicione *F* 17 ipsum *Iun:* in ipsum *MR* 18 in Christum *seclusi* differentia *scripsi:* indifferentia *MR* 20 manarit *M* 22 exponere *MR*[1], deponere *R*[3] *uulgo* 24 AD COLOSSENSES EXPLICIT *M* (*in mg. add. m. 1:* ad philippenses), de epistola ad Philippenses *RF* 25 audentius *R*, audientius *MF*

sermonis existimationem, plerique ex dilectione, nonnulli ex aemulatione, iam aliqui et ex simultate Christum praedicarent, erat utique uel hic locus taxandae ipsius praedicationis de diuersitate sententiae, quae tantam efficeret etiam animorum uarietatem. sed causas solas animorum, non regulas sacramentorum in diuersitate proponens, unum tamen Christum et unum eius deum quocumque consilio praedicatum confirmat et ideo: nihil mea, inquit, siue causatione siue ueritate Christus adnuntietur, quia unus adnuntiabatur siue ex causatione siue ex ueritate fidei. ad fidem enim praedicationis retulit mentionem ueritatis, non ad regulae ipsius, quia una quidem erat regula, sed fides praedicantium quorundam uera, id est simplex, quorundam nimis docta. quod cum ita sit, apparet eum Christum praedicatum, qui semper adnuntiabatur. nam si alius longe ab apostolo induceretur, fecisset diuersitatem nouitas rei. nec enim defuissent qui praedicationem euangelicam nihilominus in Christum creatoris interpretarentur, cum et hodie maior pars sit omnibus in locis sententiae nostrae quam haereticae. quo nec hic apostolus de diuersitatis denotatione et increpatione tacuisset. ita, cum diuersitas ne taxatur quidem, nouitas non probatur. Plane de substantia Christi putant et hic Marcionitae suffragari sibi apostolum, quod phantasma carnis fuerit in Christo, cum dicit quod in effigie dei constitutus non rapinam existimauit pariari deo, sed exhausit semetipsum accepta effigie serui, non ueritate, et in similitudine hominis, non in homine, et figura inuentus homo, non substantia, id est non carne.

7] Phil. 1, 18. 23—27] Phil. 2, 6—7.

1 sermonis existimationem *MR* (*cf. l. 13:* quorundam nimis docta): boni existimationem *Iun* 2 simultate R^3, simulate MR^1 3 taxandae R^3, taxandi MR^1 4 tantam (a *ex* u *a m. 1*) *M* 8 causationes *M* 13 nimis docta R^3, animis docta MR^1 16 nouitas rei R^3, non ita spei MR^1 19 nec *MR*, ne *Pam* 22 sibi apostolum *M*, apostolum sibi *R uulgo* 24 rapinam *R*, rapina *MF* 25 exhausit R^3, et haec sit MR^1 26 hominis ⟨factus⟩ (= γενόμενος) *fort.*

quasi non et figura et similitudo et effigies substantiae quoque accedant. bene autem, quod et alibi Christum imaginem dei inuisibilis appellat. numquid ergo et hic, qua in effigie eum dei collocat, aeque non erit deus Christus uere, si nec homo uere fuit in effigie hominis constitutus? utrobique enim ueritas necesse habebit excludi, si effigies et similitudo et figura phantasmati uindicabuntur. quodsi in effigie et in imagine ⟨dei,⟩ qua filius patris, uere deus, praeiudicatum est etiam in effigie et imagine hominis, qua filius hominis, uere hominem inuentum. nam et 'inuentum' ratione posuit, id est certissime hominem. quod enim inuenitur, constat esse. sic⟨ut⟩ et deus inuentus est per uirtutem, sic et homo per carnem, quia nec 'morti subditum' pronuntiasset non in substantia mortali constitutum. plus est autem, quod adiecit: et mortem crucis. non enim exaggeraret atrocitatem extollendo uirtutem colluctationis, quam imaginariam ⟨in⟩ phantasmate scisset, frustrato potius eam quam experto nec uirtute functo in passione sed lusu. Quae autem retro lucri duxerat? quae et supra numerat: gloriam carnis in nota circumcisionis, generis Hebraei ex Hebraeo censum, titulum tribus Beniamin, Pharisaeae candidae dignitatem. haec nunc detrimento sibi deputat: non deum, sed stuporem Iudaeorum. haec et si stercora existimat, prae comparatione agnitionis Christi, non prae reiectione dei creatoris, habens iustitiam non suam iam, quae ex lege, sed quae per

2] cf. Col. 1, 15. 14] Phil. 2, 8. 18] cf. Phil. 3, 7. 19] cf. Phil. 3, 3. cf. Phil. 3, 5. 22] cf. Phil. 3, 8. 24] cf. Phil. 3, 9 secundum recensionem Marcionis

1 non et *R*³, et non *MR*¹ 2 Christum *R*³, Christi *MR*¹ 4 deus *Pam:* dei *MR* uere *R*³, uero *MR*¹ 5 utrubique *M* 7 uindicabuntur *M*, uindicabitur *R uulgo* 8 dei *addidi* patris *R*³, in patris *MR*¹ deus, praeiudicatum est *Oehlerus:* dei praeiudicatus est *MR* etiam in *R*³, et iam ne *MR*¹ 11 sic⟨ut⟩ et *scripsi:* sic et *MR*, sicut *Eng* 12 sic et *scripsi:* sicut *MR* 14 crucis *R*³, crucem *MR*¹ 15 exaggeraret *Lat:* exaggerat *MR* colluctationis (= *Todeskampf*) *Eng:* collectionis *MR*¹, subiectionis *R*³ *uulgo* 16 in *addidi* 17 uirtute *R*, uirtutem *MF* 18 duxerat, quae *uulgo* 19 in nota *MR*¹, notam *R*³ *uulgo* 21 nunc *Iun:* non *MR*¹, modo *R*³ *reliqui* 22 haec etsi stercora *M*, haec existere cor *R*¹, haec ac si stercora *R*³ *uulgo* existimat prae *uulgo; sed inde a uoce* prae *incipit apodosis*

ipsum, scilicet per Christum, ex deo. 'ergo,' inquis, 'hac distinctione lex non ex deo erat Christi.' subtiliter satis. accipe itaque subtilius. cum enim dicit: non quae ex lege, sed quae per ipsum, non dixisset 'per ipsum' de alio, quam cuius fuit lex. Noster, inquit, municipatus in caelis. agnosco ueterem ad Abraham promissionem creatoris: et faciam semen tuum tamquam stellas in caelo. ideo et stella a stella differt in gloria. quodsi Christus adueniens de caelis transfigurabit corpus humilitatis nostrae conformale corpori gloriae suae, resurget ergo corpus hoc nostrum, quod humiliatur in passionibus, et in ipsa lege mortis in terram deiectum. quomodo enim transfigurabitur, si nullum erit? aut si de eis dictum, qui in aduentu domini deprehensi in carne demutare habebunt, quid facient 'qui primi resurgent'? non habebunt de quo transfigurentur? atquin cum illis, dicit, simul rapiemur in nubibus obuiam domino. si cum illis sublati, utique cum illis et transfigurati.

Ad Philemonem

21. Soli huic epistolae breuitas sua profuit, ut falsarias manus Marcionis euaderet. miror tamen, cum ad unum hominem litteras factas receperit, quod ad Timotheum duas et unam ad Titum de ecclesiastico statu compositas recusauerit. adfectauit, opinor, etiam numerum epistolarum interpolare.

Memento, inspector, quod ea, quae praetractata sunt retro, de apostolo quoque probauerimus, et si qua in hoc opus dilata erant expunxerimus, ne aut hic superuacuam existimes itera-

3] Phil. 3, 9 secundum recensionem Marcionis 5] Phil. 3, 20. 6] Gen. 22, 17. 7] I Cor. 15, 41. 8] cf. Phil. 3, 21. 12] cf. I Cor. 15, 51—53. 14] cf. I Thess. 4, 16. 15] I Thess. 4, 17.

1 per Christum *M*, Christum *R uulgo* 7 et stella *MR*³, stella *R*¹ 8 transfigurabit *R*³, transfigurauit *MR*¹ 12 transfigurauerit *Rig* 13 domini *scripsi:* dei *MR* demutari *Lat:* deputari *MR reliqui* 15 transfigurentur. atquin *uulgo* 18 AD PHILIPPENSES EXPLICIT *M* (*in mg. add. m. 1:* ad philemonem), de epistola ad Philemonem *RF* 20 hominem (e *ex* u *m. 1*) *M* thimotheum *M* 24 ea quae *MR*³, aeque *R*¹

tionem, qua confirmauimus rem pristinam, aut illic suspectam habeas dilationem, qua eruimus tempori ista. si totum opusculum inspexeris, nec hic redundantiam nec illic diffidentiam iudicabis.

1 qua *MR*³, quam *R*¹ rem *Eng* (*cf. 647, 16 not. et 644, 13 not.*): spem *MR* 2 tempori (= *suo in tempore*) ista *scripsi:* tempora ista *MR*, tempore ista *Iun*, ipsa ista *F Oehlerus*, temporius ista *Eng* 4 ADVERSVS MARCIONEM LIBER QVINTVS EXPLICIT *M*, Explicit liber quintus aduersus marcionem *F*

GETTY CENTER LIBRARY
3 3125 00640 4251